

244 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

ut hac ratione faceret memoriale seu monumentum Liberationis ex captivitate Babylonica.

Egregium verò monumentum! Legem sacram sine mandato Divino immutare, Literas à Deo datas abrogare, & humanas gentium propharum substituere, Sacrorum Prophetarum scriptis manus inferre. Bellè sanè hoc cum officio Esrae Scribæ velocis in Lege Domini quadrasset! Hoccine esset קורן טורה י'שנה coronam Legis in pristinum statum restituere, quo encomio à priscais Hebræis ornatur Esra? Annon in eum sic compete-re videtur illud. Jeremiæ 8. v. 8. עכבר עשה Ecce in vanum adaptavit stylum suum scriba? Annon hoc esset שׁמְךָ בֵּית הַמֶּלֶךְ בְּמִבְיאָה תְּזִיר אֶל מִזְרָחָה porcum quasi in Dominum sanctuarii introducere? מושך תְּקִנָּתָה הַלְּאָה Annan hæc correctio, corrumpio potius videtur? Sed de hoc monumento nec Esra canonica historia, nec priscorum Hebræorum monumenta quicquam memorant.

74. Sunt etiam qui argumentantur ex Nominibus Literarum Hebraicarum, quæ dicunt esse Chaldaica:

¶. Hoc esse falsum: Nomina literarum, & formâ & significatione, dicentes Hebraica. Quia litera sentit, fallit & fallitur.

Non desunt quoque, qui hanc Objectionem movent; Chaldaica lingua fuit prima: Ergo ipsorum quoq; litera prima, ut Plenius alicubi scribit, Assyriorum literas semper fuisse arbitror.

¶. Apo. Negatur antecedens: Primatus enim honorem non Chaldaicæ vel Assyriacæ deberi linguae, sed Hebrææ, satis, ut opinor, constat ex Dissertatione nostra de Linguae Hebrææ Origine & Antiquitate. Si Assyriorum dicerent linguam fuisse primam, id est, eorum qui Assyriam olim incolebant, facilius concederemus. Primorum enim hominum habitatio fuit in Assyria: & Chaldae Generis Hebraorum Parentes fuerunt, ut Joseph. eos vocat lib. i. contra Apion. Sed hinc non sequitur, illos eam linguam locutos esse, quæ posterioribus temporibus in illa terra fuit usitata. Deinde, falsa hac hypothesis nititur, Literas hodiernas Hebræorum esse Assyriorum proprias, & apud Hebræos mutuaticias; cùm contrarium sit verum.

Atqui, instant, hac ratione incognite manent Literæ Chaldaeorum antiquæ, neq; quidquam de illis nobis constabit, quæ vel quales ille fuerint!

¶. Literas illas investigent, qui primatum illi linguae deferunt. Quid mirum, imò quid incommodi, incognitas nobis esse ipsorum literas, cùm nulla planè quoque illorum superfint, saltem apud nos, antiqua illorum monumenta propriâ Lingua conscripta? Libri Chaldaicæ dialecto conscripti, quos nos habemus, non sunt Chaldaeorum, sed Judæorum; neque in Chaldaicæ, sed ferè in Judæa scripti, postquam Judæi ex Babylone reduces fuissent,

fuissent, & linguam illam addidicissent. Negant autem Hebraei, tempore Captivitatis Babylonicae, se suas literas cum Assyriorum literis permutasse; sed Chaldaeos, post Scripturam ab Angelo in pariete exaratam, & publicationem veri & Sacri Characteris Hebræorum ab Esra factam, suas abiecisse, & hos usurpare dicunt. Adhac cur major providentia Divinæ cura in custodiendis superstitionissimæ gentis literis requiritur, quibus non nisi vanissima quæque commenta & somnia humana, quam in Characteribus peculii sui, quibus Sacro-Sancta ipsius lex & oracula, conscripta fuere? An credibile, Deum Judæos Chaldaeorum ιερουμαθεολογιας constituisse, aut Legem suam, quæ *Lex veritatis*, Mal. 2, 6. gentis mendacissimæ ιερουμαθεολογιαν;

Moyet etiam nonnullos, quod Plinius, & alii Greci & Latini historici, Phœnicibus inventionis literarum gloriam, ipsorumq; literis, quo Samaritana, primatum adscribunt.

Hic verò locum opportunum mihi videtur habere id, quod Josephus scribit lib. I. contra Apion. Mirari satis nequeo eos, qui de rebus antiquissimis solis Greecis fidem adhibendam, & ab iis veritatem cognoscendam existimant: nobis verò (Hebrais nempe) & ceteris hominibus non credendum. Nam equidem planè contraria video, &c. Primo etenim argumentis variis in dubium vocari posset fides istorum authorum in hoc negotio; deinde, accuratius pervidendum, quinam Phœnices illi sint aut fuerint: tertio, an Samaritanæ literæ hodiernæ, sint ipsissimæ veterum Phœnicum literæ: quartò, hoc dato & concessò, videndum, unde id habuerint? Inde nempe, quod illarum tantum figuræ tunc in vulgus notæ, & ad alias gentes perlatæ fuerint, claram & in archivis reservato Charactere Sacro, &c.

75. Atque hæc sunt, quæ de hac materia proferre hac vice Divina concessit gratia. Ex iis quilibet nunc eam sententiam eligat, quæ ipsi probabilis magis videbitur. Suo quisque per nos fruatur judicio. Nemini hic præscriptum quicquam volumus. Quid Hebrai de hac quæstione sentiant, quidque de ea ex illorum scriptis, quorum quidem penes nos fuit copia, hauriri possit, bonâ fide, pro nostra tenuitate, aperimus, eademque Christianorum querundam Scriptorum, insigni eruditione virorum, iudiciis confirmavimus & illustravimus. Si Antiquitatem Literarum hodiernarum Hebraicarum non satis liquidò & evidenter demonstravimus; argumentis saltē non omnino fortassis contemnendis munivimus: Si ad argumenta contraria non sufficienter & accurate satis respondimus; saltē quid à viris doctis ad illa respondeatur, quidq; responderi possit, exposuimus. Hoc verò luce meridianâ clarius ostendimus.

disse nos putamus, Hebræorum, quæ veterum, quæ recentium, & maiorem & meliorem partem, contrâ quâm alii nobis hactenus persuadere voluerunt, pro Literarum Hebraicarum Antiquitate stare ac militare. Si quis meliora & certiora afferre possit, ei lubentes volentes cedemus. Pro his sit

TIBI GRATIA DOMINE JESU.

¶ C E N T R U M D E S C O V E R Y

A D L E C T O R E M .

Affertâ, ad Librorum Sacrorum sinceritatem astriuendam, Literarum Hebraicarum antiquitate, & authentiâ, in Codicibus Hebraicis; proximum nunc esset, ut sequeretur;

Primo, Dissertatio de Punctorum, Vocalium, & Accentuum, Origine, Antiquitate, & Authentiâ;

Secundo, de Codicum Sacrorum Hebraicorum, quoad Literas, Puncta, Accentus, & Voces &c. Integritate, & divina authoritate;

Verum quia hæc peculiaribus libris prolixè, contra Novatores maximè hodiernos, vindicavimus; in Tractatu nostro *De Punctorum & Accentuum in S. S. V. T. libris, Origine Antiquitate & Authoritate*; & in *Anticritica*, seu, *Vindictis Veritatis Hebraicæ*; ad illos Benevolum Lectorem hîc remittimus; quò sic plenam harum Controversiarum, quæ Textu

Hebraico moventur, tractationem & discussio-
nem habeat.

DISSER-

DISSE^TRAT^O QUINTA
 De
 NOMINIBUS DEI
 HEBRAICIS.

THESS I.

VERISSIMUM est illud Servatoris nostri, qui ipsa est Veritas, effatum: *Hac est vita aeterna, ut te cognoscant verum Deum, &c.* Joh. 17. 3. In quâ quidem cognitione, licet imperfectâ in hâc vitâ (quia monente Apostolo, *hic ex parte tantum cognoscimus, i. ad Cor. 13. 12.*) Summum hominis Christiani bonum positum est, juxta illud Prophetæ: *Ne jactet se sapiens, &c. sed in hoc gloriatur, qui gloriari vult, quod intelligat & cognoscat me,* Jerem. 9. 22.

2. Cùm verò Deus, in se & essentia sua consideratus, cognoscatur à nobis vel ex Nominibus, vel ex Attributis propriis, non potest non utilissimæ esse utraque consideratio.

3. Nos itaque in præsentia de Nominibus Dei, ex infinitis, quæ de hâc materia dici & scribi possent ac solent, missis illis, quæ ad sublimiorem Theologiam spectant, mysticis item & Cabalisticis Speculationibus, quædam duntaxat, & quidem maxima ex parte Philologica, quæ S. Thelogiae, & Sanctæ linguae Studiosis potissimum scitu necessaria & utilia sunt, delibare constituimus.

4. D. Hieronymus in epist. ad Marcellam, decem, ex Hebræorum sententia, enumerat Dei nomina; נָא, אֱלֹהִים, (vel אֱלֹהִי singulare) בְּכָאוֹת, עַלְוָן, אֲחֵיה, אֶדְנִי, שְׁמָה, חַדְשָׁה. Totidem etiam numerant Hebræorum Cabalistæ, sed paulò aliter ea recensent.

5. Possunt autem enumerata Nomina Divina ad duas potissimum revocari Classes: Quædam enim desumpta sunt ab Essentia Dei: ut, אֱלֹהִים, אֱלֹהִי, quædam ab Effectis & Attributis ejus, ut sunt cætera Nomina. Et hoc ordine nos quoque strictim ea pertractabimus.

I. CLASSIS.

6. Inter Essentialia Nomina, quæ tria esse diximus, primum locum assignavimus Nomi **הָיָה**, tanquam omnium Sanctissimo, Deum ipsum maximè propriè & diserte, ab æterna & independenti existentia, denominanti.

7. Hoc Nomen variis epithetis ab Hebræis insigniri solet. Et Primo quidem vocatur **אֵשׁ הַחַיִּים** vel **שֶׁמֶן הַחַיִּים** Nomen substantie vel essentie, **אֵל הַצְבָּרָה**. Derivatur enim à Radice **תְּחִי** vel **תְּחִיָּה** (nam utraque in lingua Hebreæ est usitata) **Esse, existere.** Sed ab initio est formativum Nominum proprietum, ut in **פָּרוֹשָׁה**, **נָפָרָה** & aliis, desumptum ex tertia persona Futuri. Unde **תְּחִיָּה** est **Ens**, **Existens** à seipso, ab æterno, & in æternum, omnibusque aliis extra se Essentiam & Existentiam communicans. Nam ille revera **Est**, qui à seipso est, & ab æterno, cæterisque omnibus **Esse** largitur. Rabbi Berachiel, citante R. Jehudah Muscato in Cosri f. 242. col. 2. vult **אֵשׁ הַחַיִּים** explicandum esse Nomen quod est Substantia. Sic enim ait: Vocarunt Nomen Tetragrammaton **הַעֲצָם**, h. e. **אֵשׁ הַחַיִּים**. Sic explicarunt Sapientes **הַעֲצָם** non, ut R. Moses in lib. More **מִתְּמוֹתָיו** **הַמָּרוֹה** **אֵשׁ הַחַיִּים** Nomen docens essentiam Dei; quemadmodum hec phrasis intelligitur de creaturis usurpata. Nam in Creaturis, Ipse, & Nomen earum, sunt duæ diverse res, sed quoad Deum Benedictum, ipse est Nomen ejus, & Nomen ejus est Ipse. Jam enim audivisti ex me, quod Literæ sint Radicale, quod dividitur in Literas, in cogitatione Dei. Unde Ipse & Nomen ejus sunt unum, & in Emanatione, dum revelantur literæ, revelatur Nomen. Sic est sententia Cabalistarum. Et tamen ante Emanationem radix ejus fuit in ipso, postea demum autem revelatum fuit. Ideo rectè senserunt, qui dixerunt, Ante revelationem fuit Ipse & Nomen ejus Unum: rectum etiam est, quod in Emanatione revelata sint Literæ & Nomen &c.

8. Hanc Nominis istius Sanctissimi notionem divinè expressit Johannes, verè hac in parte **תְּהִלָּה**, h. e. Dei interpres, in Apocal. cap. I. v. 4 quando scripsit; **χάρας ὑπὸν ἡ ἡμέρα, τότε οὐλαῖς, καὶ οὐλαῖς, καὶ ἐξόρθῳ.** Gratia sit vobis ab Eo Qui est, & Qui erat, & Qui venturus est: & v. 8. Dicit Dominus (Hebraicè **אָמֵן** **הָיָה** quod legitur Amar Adonaj, Dicit Dominus) Quia autem haec letio Nominis **הָיָה** per **אָמֵן** vim Nominis essentialis non exprimit, idcirco porrò additur, **οὐλαῖς, καὶ οὐλαῖς, καὶ ἐξόρθῳ,** **οπαθευζότως.**

9. In qua explicatione notandum, **οἰκεῖόμενοι** idem esse quod **οἰκεῖοι**, ex ratione loquendi Hebreæ. Illi enim hoc vocabulum **Futurum** exprimunt quandoque per **וְיֻתָּה** simpliciter, quandoque per **לְכֹוֹא וְיֻתָּה** **Futurum venire, Venturum**, adeò ut **וְיֻתָּה** **Futurum**, & **וְבָא וְיֻתָּה** **Venturum**, apud ipsos promiscue usurpentur, hac tamen cum differentia, ut Elias in Thisbi observavit, quod hoc, **וְיֻתָּה לְכֹוֹא** **Venturum**, plerumque adhibetur in fine sententiae,

tentiæ, illud in continuata sententia. Quæ observatio optimè hæc quadrat, & explicat, cur potius dicatur *וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה* quæm *וְאֵיךְ תִּשְׁאַל*. Sic in Schemoth rabba, *וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה* Ehjeh explicatur per *וְאֵיךְ תִּשְׁאַל* *וְאֵיךְ הוּא עֹשֶׂה* *וְאֵיךְ תִּשְׁאַל* *לְכָדְךָ* *Ego fui, & ego sum nunc, & ego sum venturus.* Deinde *וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה* pro *וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה* in istis locis ponit, aperte liquet ex Apocal. 16. v. 5. *וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה*, *וְאֵיךְ תִּשְׁאַל*, *וְאֵיךְ תִּשְׁאַל* uti locum illum restituit D. Beza, ex antiquo & fide digno exemplari M.S.

10. Et optimè quadrat hæc expositio cum ipsa forma Nominis. Nam omnium trium temporum characteres & notæ in eo sunt expressæ. Litera *Jod* ab initio, Characterica est *Futuri*: *Vau* in medio, *Participii*, temporis *Presentis*; *He* in fine, cum *Kametz* subscripto, *Preteriti*. Atque non est alienum ab hoc, quod Cabalistæ quidam observarunt ad Exod. cap. 3. idèò Deum illic duo ista nomina usurpare & Mosi revelasse, *וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה* *Ego fui, וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה* *I ero.*

11. Deinde vocatur ab Hebræis etiam *שם המים* *Nomen proprium*; quia soli Deo proprium est, & illi soli competit, juxta id quod legitur Jesa. 16. v. 21. & 42. 8. Exod. 6. 3.

12. Atque hinc est, quod etiam Grammaticè eas proprietates servat, quas Nomina propria Vitorum apud Hebraeos habere solent, quæque describuntur ab Aben Esra Exod. 3. Ephodi in Opere suo Gram. cap. 9. & aliis. Nam 1. Nomina propria non assumunt *He hajediah* ab initio; quia illa, tanquam individui Nomina, sui notitiam per se suo Nomini exhibent, nec alio signo opus habent: Non enim dicimus *הָאָבָרָהָם*, *הַיְשָׁרָאֵל*: Ita nunquam legitur *וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה*: Præfigitur autem cæteris quibusdam Nominibus; dicitur enim *וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה*. 2. Non recipit *affixa pronomina*. 3. Non admittit *formam constructam*. Hinc in illis locis ubi legitimus *וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה* *Dominus exercituum*, omnino videtur esse Ellipsis, pro *וְאֵיךְ אַתָּה עֹשֶׂה* *Dominus Deus exercituum*, utalibi frequenter legitur. Contra analogiam enim & naturam Nominum priorum est, ut cum Nominibus appellativis construantur; maximè hujus Nominis Divini propriissimi. 4. Non declinatur, neque flectitur ex numero singulare in pluralem.

13. Tertiù vocatur *שם חֲמַפּוֹרֶשׁ* *Schem hamphorash*, quod pro diversa verbi Hebræi *וְרָא* significatione, diversimodè quoque exponunt. Qui-dam enim reddunt *Nomen explicatum vel expositum*. Sic volunt dici, quod eo Divina essentia propriè exprimatur & explicetur, imò quod Deus ipse Mosi, & per eum Israëlitis, eo suam essentiam exposuerit: aut quod exponatur, pronuntietur & proferatur, seu per cognomen *'אֱלֹהִים Adonaj*, seu per *אֱלֹהִים*, aut *אֱלֹהִים*, aut *אֱלֹהִים*, literas, de quib[us] videri potest Galatin. de Arcanis Ca-

250 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

thol. Verit. lib. 2. cap. 18. Alii שֵׁם הַמִּפְרָשׂ Schem hammephorash volunt dici q. Nomen separatum & segregatum, quod planè ab aliis Dei nominibus sit distinctum & sejunctum, soli Deo, tanquam primæ causæ & Enti entium, competens. Vide Ikkarim fol. 53. col. 1.

14. Quartò vocarunt illud à numero literarum שֶׁבֶת אֶחָד וְאֶחָד Nomen quatuor literarum, vel שֶׁבֶת בֶּן אֶחָד Nomen filius quatuor literarum. sc. literis constans, ad cuius imitationem Græci dixerunt τετραγύμνος.

15. Honoris causâ etiam pluribus aliis nominibus insignire solent, שֶׁבֶת הַנְּכָבָד וְהַנְּרוֹא Nomen gloriosum & terribile, ex Deuter. 28. 52. Ad timendum Nomen gloriosum & terribile hoc, יְהוָה D O M I N U M Deum tuum. Item, השם נֵם illud, per Syncedochen, idq; ex Levit 24. 11. יְהוָה בָּן הַשָּׂרָאֵל מֶלֶךְ Et expressit filius mulieris istius Israëlitidis Nomen; τὸν ἄρρενα; scil. Dei proprium, magnum & gloriosum, ut Hebræi exponunt.

16. His breviter sic præmissis, quæstiones aliquot de hoc Nominе paucis placet attingere.

17. Primo enim quæri potest; An Moysi primum hoc Nominе sе Deus revelaret, atq; adeò ante Mosen ignotum & inauditum fuerit?

Occasione quærendi præbet locus Exod. 6. §. 3. ubi legitur; יְהִי אֶלְעָזֶר וְאֶל־אַבְרָהָם וְאֶל־יַצְחָק וְאֶל־עַקְבָּן וְשֶׁמֶן יְהוָה לֹא נִזְעָת' לְהָם Abraham, Isaaco, Jacobo, in (nomine) El Schaddai; sed nomen meum יְהוָה non notum feci eis; vel, nomine meo יְהוָה non notus factus sum eis. Ex quo loco videtur colligi, ignotum Patribus hoc Nomen fuisse. Nos tamen statuimus, Patribus sanctis omnino non ignotum fuisse hoc Dei nomen. Nam ex. gr. Genes. 14. §. 22. dicitur, Abrahamum dixisse ad Regem Sodom, לְרוּ מָנָסְךָ אֶל־יְהוָה אֱלֹהֵינוּ Lero manus meas ad Dominum excelsum, &c. Genes. 13. 4. Et invocavit ibi Abraham nomen יְהוָה Genes. 15. §. 2. dicitur Abraham Deum his verbis allocutus esse, אֶל־יְהוָה Et vers. 7. dicit Deus ad Abrahamum; אֶל־יְהוָה Ego sum יְהוָה qui te eduxi ex Ur Chaldæi. Ex horum & aliorum locorum collatione patet, non ignotum fuisse ipsis Nomen hoc. Ad illorum conciliationem varie respondent. Breviter, existimamus non inconcinnè responderi posse, Deum Exod. 6. non tam de Nominе, quam de re ipsa per hoc Nomen significata; cognitione videl. illa Dei clara, Moysi una cum Nominе, hic & Exod. 3. revelata, locutum esse, quam longè illustriorem à Deo accepit Moses, & per eum Israëlitæ, quam Patres ante ipsum. Nulli enim ante Mosen de facie ad faciem apparuit. Adde quod, si subtiliter verba ista Mosis explicare quis vellet, ea etiam hoc pacto possent reddi: Apparui Abrahamo, Isaaco & Jacobo, in El Schaddai & nomine meo יְהוָה, neq; tamen notus factus sum eis. Nam etsi nomen hoc

Hoc audiverint, tamen vim & efficaciam ejus non tam bene intellexerunt, neque tam claram & illustrem Dei cognitionem sunt assecuti.

18. Secundo quæritur: *Quenam genuina hujus Nominis fit lectio & pronunciatio?*
Duo hic quæruntur. 1. *Quomodo primitus fuerit pronunciatum & lectum?*
2. *Quomodo hodiè sit legendum?*

19. De primo variae sunt doctorum virorum sententiæ, vel potius conjecturæ, dum alii cum Samaritanis JAHVE, aliis cum Græcis JAO, aliis cum Latinis JOVA, alii cum recentissimis quibusdam JEHOVAH, aliis aliter pronunciandum volunt. Nos asserimus, quemadmodum Mosis tempore etiam vulgo ejus pronunciatione nota erat, ut colligere est ex Levit. 24. v. II. 15. 16. ita veram & genuinam ejus pronunciationem hodiè ignotam esse, &c. cum reliqua Judæorum gloria, urbe, Templo, Regno & sacerdotio, interisse. Liquet hoc satis evidenter. 1. ex unanimi Judæorum consensu, per longam traditionem inter ipsos recepto. Vide eam in Lexico Hebraico ex Kidduschin fol. 71. 2. ex ipsa illa varietate, quæ inter eos est, qui hujus nominis consonas cum suis vocalibus exprimere sunt conati. 3. ex inconstanti punctuatione ejus, dum modò יְהוָה modò יהוה punctatur.

20. Alteram quæstionem quod attinet, quæritur; *Rectiusne illi faciant, qui Nominis Tetragrammati Consonantes cum punctis sibi additis legunt JEHOVAH, an verò illi, qui per vicarium nomen ADO NAI?* Nos asserimus, rectius facere illos, qui legunt Adonai, idq; propter sequentes rationes:

Primo, Quia puncta hæc Nomi ni יְהוָה hodiè subscripta, non sunt ejus propria, sed nominis יהוה. Unaquæque autem vox pronunciari debet cum suis vocalibus. Quia ergo hoc Nomen, non proprias, sed alienas habet, etiam secundum illarum consonas est legendum. Quod verò hæc puncta non sint ipsius propria, multis modis probari potest.

1. Si propria essent, & Jehovah vera fuit pronunciatione, utique constanter & immutata permanerent, præsertim in Nomine hoc Dei proprio & essentiali. Atqui sæpiissimè mutantur puncta ista, & quidem non promiscue, sed concurrente Nominis יהוה, ne scil. bis legatur Adonaj: tunc enim punctatur יְהוָה Jehovah, punctis scil. Nominis אלהים Elohim. Unde manifestissimè arguitur, lectionem & punctuationem illam non esse genuinam, sed A D O N A I. Quod Jod habet Scheva simplex, cum יהוה Adonaj habet Scheva compositum ab initio, parum interest, cum Scheva ab initio vocis apud priscos instar A rapti, hoc est, Catephpathach pronunciatum fuerit. Vel etiam fieri potest, ut compendii causâ ita scriferint, quia creberrime in Sacris literis occurrit, Hebræorum quidam putant mysterium subesse.

252 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

הוּא יְהוָה לְקֹרְאֵת שֶׁבַע כָּלְבַד תְּחִתַּת הַיּוֹם לֹא חֲטָף פָּתָח כְּרָאוּ אֶל הַאֱלֹהִים אֲזֶל מִקְבֵּל הַאֲמָת לְמַעַן אֲשֶׁר חָבוּרָה הַאוֹתִית וְהַנְּקֹדָת יְהֹוָה לְעֵב כָּלְבַד כְּמַלְאָו וְצִוּוֹפָו שֶׁל שֵׁם הַעֲזָם מֻולָּת כִּי גַם אֱלֹהָה בְּלֹשׁוֹן יְהֹוָה נְקֹדָחָטָף סְגָל מַה שָׁاءָן בְּנֵן אָוֹן חֲטָף פָּתָח אָוְן לְכָל הַיּוֹם h.e. Quod verò Nomen hoc Tetragrammaton, quando per ארָנוֹן legitur, habet Scheva simplex sub Jod, non Chatephpathach, ut requirit litera א, id, juxta Cabalistas, ideo factum est, ut compositio literarum & punctorum ascendat tantum ad 72, secundum plenitudinem & combinationem (Cabalisticam) Nominis essentialis. Adde quod Nomen אלה in singulari quoq; numero punctatur cum Chatephsegol(unde, vult dicere, fieri potest, ut, quando per אלְהָם legitur, א notetur cum א): אֵלֹהָם verò non sic notatur cum Chatephpathach(atq; ideo fortassis notatur 'cum', quando per אֵלֹהָם legitur:) Aut certè factum hoc est propter aliam aliquam causam, quam ego ignoro. Samuel Arcuvolti in cap. 26. עדנת הבשטים שֶׁבַע תְּחִתַּת הַיּוֹם בְּלִי פָּתָח כִּי לֹא יְהֹוָה חֲטָף פָּתָח כִּי אָם בְּאָחָת עַזְלָמָעַן יְהֹוָה חָבוּרָה הַאוֹתִית וְהַנְּקֹדָת לְמַסְכָּר עַבְבִּי כִּי יְהֹוָה חָשָׁם הַגְּנָבָה בְּצִוּוֹפָו וּבְמַלְאָא. וְאָם כִּי אֵין הַנְּקֹדָת הָאֱלֹהָה עָמִית לֹא. וְהָטָע מַלְאָא בְּשָׁאָנוֹ בְּכִתְבָּה אַנְיָבָרָא, וְסָוד ה' לְיִרְאָז: h.e. Scheva sub Jod est sine Pathach, quia Chatephpathach non competit nisi literis gutturalibus: aut, ut compositio literarum & punctorum ascendat ad 72. Huc enim ascendet Nomen illud gloriosum in plenitudine & combinatione sua. Unde ista puncta non sunt ipsi essentialia. Et hec est ratio illius dicti apud Talmudicos: Non legor sicut scribor. Secretum autem Domini est timentibus ipsum.

2. Quia Literæ serviles & præfixæ ה, ל, כ, ב punctantur non ad formam punctationis יְהֹוָה, sed vicarii nominis אֵלֹהָם ADONAI. Sribitur enim יְהֹוָה יְהֹוָה, בְּיְהֹוָה, מְיְהֹוָה, לְיְהֹוָה, מִיְהֹוָה, בְּמִיְהֹוָה, בְּיְהֹוָה, לְיְהֹוָה &c.

Unum exemplum excipitur הלְיִתְהָה Deuter. 32. 6. quod juxta cæterorum formam punctandum fuisset: altera verò forma videtur docere legendum Haljehovah. Vox autem hæc tria habet irregularia; Primo נ majusculum, de quo vide Tiberiadem cap. 14. Secundo Pathach sub ה, pro Chatephpathach: Tertio ה in quibusdam libris caret Schevâ.

In Bibliis majoribus annotatum est ad marginem: Juxta Sorientes נ seorsim scriptum est, & seorsim: Juxta Nabardenses נ seorsim, & seorsim: Juxta alias libros est una dictio.

R. Bechai sribit de hac voce; He in hac voce solum vel seorsim scriptum est, & quidem cum Pathach: sub ה autem Scheva quiescens. Debuisse quidem habere Scheva mobile, ut קְשָׁר: sed quia impossibile est, ut continuo legantur duo Scheva, idcirò constituendum fuit Scheva quiescens, ut sub fieret mobile, neg corruppe-

tumperetur punctatio Nominis Divini. Est autem vox anomala & irregularis, cuius similis non extat in tota Scriptura. Sic non potuit Lamed habere Chireck, ut in יהוה; quia hac quoq[ue] ratione destrueretur punctatio litera Jod in Nomine Tetragrammato, sicut accidit in voce יהוה. Hac de causa sic punctanda fuit ista dictio.

Aben Esra in libro *Mosnajim*, fol. mihi 208. col. 2. de eadem voce היא בלה וורה והנה זה דהא גילה לנו סוד גדול והוא שזהא לא יתכו היותו בשוא ופתח כי אין יכולת באדם לקרוא שוא נע אמר לא היה אוט אחריו על בן עיתה ההא בפתח כורך החין התמהין וידוע כי תחת הלמד יהיה שוא נע במשפט כל למד גוסף כמו ליעקב. ואל תשיט לבך לкриאה שאנו קוראים כי הארכנו להניח הלמד שהוא נע בעבורו היה שוא נע תחת אלף אדוון כשייה נצמד על בן יהה ההא פתוח וורה עלי סלו לרובב עברות ביה שמו. ואלו היה הלמד מתגעגע בחירק במשפט למד יהודה לא נפתח היה אדור הביא ומחייב אחר תברר זה הסוד והמשליכ בז. Ut verum fatear, non satis assequor, quid his omnibus sibi velit, unde malo illis interpretandis supersedere, quam inconditam & insipidam versionem Lectori obtrudendo, duplificem illi molestiam facefere. Conclusio illius est, *המשכיל יבין Intelligens haec capiet.* Istiusmodi ergo intelligentibus haec talia relinquamus hac vice.

3. Quia post hoc Nomen literae בגד כתת insigniuntur cum Dagesch leni, tanquam post אדני, non post יהה, nam post hanc formam id non debet fieri.

4. Alia ratio videtur peti posse ex forma seu terminatione hujus Nominis in ה. Quod si enim haec punctatio propria est Nominis hujus Divini Tetragrammati, tum habet terminationem foemininam: Acutitona enim in ה sunt generis foeminini: At non conveniens vel probabile videtur, Nomen Dei, & quidem Proprium, pronunciandum & proferendum esse sub forma Nominaum foemininorum. Hinc graviter reprehendens Aben Esra Rabbi Marinum Grammaticum, quod Psal. 66. x. 5. ubi de Deo legitur, *נוֹרָא אֱלֹהִים Terribilis opere*, vocem foemininam *לִילָה* pro Nomi ne divino sumat; ומי תן ולא תנתנו ידו לכתוב כי קרא השם על רוך שמות הנקבה Utinam, inquit, non prevaricata esset manus ejus, scribendo, quod Deus appetetur secundum formam Nominum foemininorum; in libro *Tzachut* fol. 148. col. 2.

Secundo, Quia antiquissimi Bibliorum Interpretes, Evangelistæ & Apostoli, Patres item hujus linguae periti ad unum omnes, Nomen יהה jam ita legerunt, neque reddiderunt per voces, quæ τὸ ἐναὶ vel *Essentiam Divinam*, sed quæ *Dominum* significant; non quod ignorarent, hoc Nomen *Essentiam Divinam* denotare, sed quia illius loco legebant *Adonaj*, quæ vox *Dominum* significat. LXX, Græci, qui 300, circiter annis ante Christum floruerunt

254 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

vix aliter unquam, quam per κέντρον, reddiderunt. Hos secuti sunt Aquila, Symmachus, Theodotion: Origenes etiam in Hexaplis, in quorum altera columna textum Hebraicum Characteribus Græcis expresserat, Tetragrammaton hoc nomen per Αδωναίον semper expressit, ut liquet ex Epiph. Chrysost. & aliis, qui loca ex illis Hexaplis producunt. D. Hieronymus semper pro eo habet Dominus; & Exod. 6.3, ubi Tetragrammaton occurrit, ille (siquidem ipse vulgatae versionis author est) reddit: *Nomen meum Adonaj non indicavi eis.* Ita Paraphraſtæ Chaldae, Onkelos & Jonathan, qui paulo ante tempora Christi floruerunt, loco Tetragrammati usurpant Adonaj. Sic etiam reliqui Interpretes, Arabes, Syri, Persæ, Aethiopes, &c. Evangelistæ & Apostoli, ut in cæteris plerunque LXX. Græcorum versionem sunt sequuti, ita hic quoque ab ea non recesserunt. Christus ipse hanc eandem consuetudinem retinuit & imitatus est; Ex gr. Deuter. 6. γ. 16. in Hebræo est; *λα τόπον ατή ιώνα αλλίγιας* Non tentabis I. H. V. H. Deum vestrum; Christus, hunc locum allegans Matth. 4. γ. 7. dicit: Scriptum est εν τη περιστολῃ Κύριον τὸ Θεόν τε. Sic ibid. γ. 10. cap. 5.33. Matth. 22. γ. 44. ex Psalm. 110. *Dixit Dominus Domino meo, ubi in Hebræo est,* Λα τόπον ατή ιώνα αλλίγιας *Dixit πάτερ Domino meo.* Cur utrumque expressit Christus per nomen Domini? An quia ignoravit, in Hebræo primum essentiæ Nomen esse? aut quia veram ejus pronunciationem nescivit? Nequaquam; sed quia ita vulgo proferri solembat. Huc etiam fortassis uno oculo respexit Johannes in Apocalyp. cap. 19. γ. 12. his verbis: *ἐγαγέρθη ἡγεμονία ὁ θεός τῶν καὶ μὲν αὐτοῦ*.

Tertio, Quidnam sibi volunt Epitheta illa, quæ Patres Græci huic Nominis tribuerunt, dum illud vocarunt ἀνεφάντηρ, ἀρρένερ, ἀφετον, ἀλεκτυ, ἀφετυ-
λον λόρρηρ, καὶ οὐδὲν μηδενάδηρον? An quod per se & suâ naturâ tale sit? Annon potius, quod propriis suis vocalibus exprimi amplius non possit, sed alienis, & per consequens etiam alterius nominis consonantibus efferratur.

Quarto, Quia plerique ex dissentientibus πάτερ legunt per Elohim, quando ad ejus nominis formam punctatur πάτερ, nec aliter tunc legi debere aut posse, fermè omnes consentiunt. Cùm itaque parium eadem sit ratio, & ibi vicarium nomen substituunt, cur non idem faciunt & hic?

Quinto denique, quia recentissima est hæc pronunciatio, patrem habens, ut omnes volunt, Galatinum, qui superiori tantum saeculo floruit: qui tamen ipse eam nunquam utitur, præterquam uno in loco, ubi dicit, ita legi posse, non debere.

21. Ex his concludimus, longè rectius eos facere, qui legunt ADONAI, quam qui JEHOVAH; cum à suis partibus habeant & rationes firmissimas;

mas, & autoritates gravissimas, neque ullo modo superstitionis Judaicæ illos accusandos esse.

22. Si quis de causa querat, *Cur aliter legatur quam scribatur?* breviter respondemus; 1. hoc Nomen (ut suprà diximus) vulgo notum fuisse & usitatum, 2. cum ex quotidiano usu forte non tantum evilesceret, sed nimis leviter & profanè usurparetur, videri lege quadam ejus prolationem extra usum sacrum & necessarium fuisse prohibitam, & personis sacris duntaxat concessam & reservatam. 3. hâc ratione ejus notitiam in vulgo progressu temporis desisse, & inter paucos remansisse, 4. Urbe & templo vastaris, totoque cultu Mosaico abolito, etiam hujus Nominis pronunciationem planè, & ex singulari Dei judicio, inter Judæos periiisse. Itaque existimamus, ex Δασέᾳ & religione primò hoc factum esse, cui, ut fieri solet, mox aliqua accessit superstitione (cujus reliquias multas adhuc cernere est inter Judæos, veluti, quod hujus Nominis consonantes, extra Biblicum contextum non scribunt, sed alias substituant, veluti Ιωνος Fedorad, aut duo Ιωνος, quod non delent, non frangunt, si vas, vel alii instrumento, sit insculptum, & penè adorant, &c.) Tandem autem factum est ex necessitate, ut etiam nunc hodiè, dum nemo planè amplius extat, qui genuinam ejus cognitionem habeat.

23. Ex plurimis quæ contrà proferuntur, unum tantum hic attingemus, quod maximè videtur plausibile, & à paucis vel tactum vel explicatum; *Quod si enim non fuit pronunciatum & lectum JEHOVAH, quare hujus letionis forma assumpta in Nominibus quibusdam propriis virorum, qui boni, ut videtur, eminis causâ solebant sua Nomina ex Divino hoc Nomine componere; unde Jehonathan, Jehojadah, Jehoram, &c. in quibus utiq, verisimile est Jeho in illis esse ex Jehovah, nec tamen legitur Adonathan, Adoram, &c. ut omnino probabile hinc sit, pronunciatum tunc temporis fuisse JEHOVAH.*

In hac Objectione duo distinctè videnda; Primò, *An omnino certa & evidens sit horum Nomina ex Nominis Divino & alio prophano, compositione?* Secundò, *Si ita se res habeat, an ex pronunciatione & lectione illorum Nomina concludi possit pro lectione Jehovah?*

Primum ergò quod attinet, *An videlicet illa Nomina ex Nominis Divino sint composita?* Sunt, qui Compositionem istam negant. Ita sensisse videtur R. Abraham Aben Esra, unde est quod ad vocem יְהוֹשָׁפָט Joelis 3. v. 13. scribit: *זה מפראש יהושפט כי השם שפטת זה דרך דרש הוא כי על דרך הופשת נכוון הוא שקרא שם אדם בשם יושפה כמו צוריישדי וק השם הנכבד לא יקרא בשם אדם Et qui exponit vocem Jehoschaphat, per, Deus judicabit eos, id facit allegoricè: Nam juxta viam simplicem & literalem conveniens quidem est, ut nomen Hominis compositione*

ponatur

ponatur cum Nomine factoris ejus (Dei) aliquo, ut צְרוּ שְׁדֵי Tzuri Schaddaj, (quod
 compositum ex Nomine צָרָא Rupes, & nomine Divino שְׁדֵי Schaddaj;) sed nomen illud Gloriosum non componitur cum Nomine humano. Ille ergo statuit, interpretationes istas esse allegoricas & impropias, eo quod Majestati humi-
 jus nominis, quod Dei proprium est, indecorum videatur esse, ut illud cum Homine aliquo communicetur. Et, si ita esset, constans maneret punctatio. Atqui variat. Nam pro Cholem aliquando est Schureck, ut ex יְהוּחָל Jehúchal videre est, Jerem. 37. v. 3. quod etiam reddunt, Domini omnia, vel,
 Domini perfectio. Adhæc, non semper ita scribuntur: frequenter etiam sine aspiratione, יְהוֹנָתָן Jonathan, יְהוֹיָדָה Jojadah, טְפַתְּזִיר Josaphat, יְהוּחָל Juhal, &c. quæ formæ illorum videntur esse primæ & propriæ, deductæ ferè ex futuro conjugationis Hiphil cum formativo, quod innumeris penè nominibus propriis formandis adhibetur. Litera נ videtur inserta vel euphonie causâ, quia prisca lingua Hebræa aspirationes crebras amavit, ut reliquæ ferè linguæ Orientales recentiores, quantum possunt, eas vitant: vel euphemia, pietatis vel devotionis causâ ex Nomine Tetragrammato ascita; idque fortè ad imitationem Dei, qui istam literam nomini Abrahami, de suonamine, ut Hebræi volunt, inseruit, ut qui prius אֶבְרָם Abram, postea אֶבְרָם Abraham diceretur. Sic Nomihi Josephi, quod יְסָף ubiq; scribitur, Psal. 81. 6. Litera נ extraordiariè inseritur; עדות ביהוספ שְׁמֵן Testimonium in Jehoseph posuit illud; ad quem locum R. D. Kimchi putat, Joseph & Jehoseph esse synonyma: sic enim scribit: יְהוֹסֵף כָּמוֹ יְסָף יְהוֹחָנָן, יְנָדָב וְיְהוֹנָדָב h. e. Je-
 hoseph idem est quod Joseph, sicut dicitur Jochanan & Jehochanan, Jonadab & Jehonadab, promiscue. Talmudici & illorum similes quaesiverunt mysteria: In Talmud סותה cap. 7. fol. 36. col. 2. שְׁמֵן שְׁמֵן קָדוֹשׁ שְׁמֵן 'עדות ביהוספ' שְׁמֵן 'עדות ביהוספ' שְׁמֵן 'הזה' שְׁמֵים בستر הַסְּפָר שְׁמֵן קָדוֹשׁ שְׁמֵן שְׁמֵן בפרהסיא נקרא כלו ל' שְׁמֵן של הקב'ה h. e. Dixit R. Simeon Sanctus, Josepho, qui sanctificavit nomen Dei in occulto, addiderunt unam literam de Nomine Dei benedicti, sicut dicitur; Testimonium in Joseph posuit illud, Psalm. 81. 6. Jehudah, qui sanctificavit Nomen Dei in propatulo, totus vocatur de Nomine Dei benedicti (quia in nomine יהודָה omnes quatuor literæ Nominis Tetragrammati sunt comprehensæ, &c.) Secundum hos ergo unica litera ה est de nomine Tetragrammato. In Vajikra rabba sect. 23. fol. 196. col. 1. בְּהַם הַעֲבֵרָה וְשָׁתְּפַת הַקְבָּה שְׁמֵן יְסָף וְעַל אֶלְיוֹן יְסָף מִנְזָן שְׁנָא' שְׁבָרָחוּ מִן הַעֲבֵרָה וְשָׁתְּפַת הַקְבָּה שְׁמֵן עַמְּהָם וְאֶלְיוֹן יְסָף וְפָלְטִי יְסָף מִנְזָן בְּאֶתְפָּר עַדות ביהוספ שְׁמֵן יְהֻנָּדָה עַל שְׁלָא גַּנְעָה בְּאֶתְפָּר transgressionem, cum quibus proin Deus Nomen suum communicavit, nempe Joseph, Jahel, & Palti. De Josepho unde habetur? Ex loco illo; Testimonium בְּיהוֹסֵף in Joseph, &c. Nam hic Jod & He restantur de eo, quod non tetigerit uxorem Potipharis

ipharis. Ergo secundum hos etiam **ה** tantum insertum; Jod enim jam ante fuit in ipsius nomine. Hoc Medrasch R. Aharon Aben Chajim Fessanus Arabs in *Lef Aharon ad Judic.* 4. fol. 24. a. sic exponit, עזרות שם שירצה עדות על יוסק שלא חטא ולא נגע אפיו במחשבה בשם **ה** שנותיסך על שמו ונקרא בשם יהושע שנראה שהוא משותף לו תברך ולא תחנן זה אלא אם כן נפלט מן העבירה למורי *Testimonium in Joseph posuit*, Psalm. 81. quo vult significare, *Testimonium de Josepho*, quod non peccarit & tetigerit uxorem Potipharis, ne cogitatione quidem, esse in Nomine **ה**. Nomini ejus hic superaddito, dum vocatur Jehoseph, quod speciem habet, ac si Deus vel Dei Nomen cum ipso communicatum esset, quod non quadraret, nisi omnino immunis fuisse a transgressione. Et hic ergo author vult, literam **ה** nomini Josephi insertam fuisse, non ut conficeret nomen Tetragrammaton, sed nomen **ה**, & id quidem non proprie, sed tantum per indicium, respectu literarum, non vocalium. Vide & Zohar in *Levitico* col. 21.

Pro altera sententia, quod videlicet istius formae Nomina, aut saltem nonnulla, ex Nomine proprio Tetragrammato יהוה, & alio, sint composita, ista videntur facere Nomina, quae ab initio nonnunquam habent אל, nonnunquam יה. Talia sunt, **EL nathan**, & **JEHOnathan**: Sic, **ELchanan**, & **JEHOchanan**: **EL jadah** & **JEHOjadah**; **ELschabah**, & **JEHOschabah**: **ELyakim**, & **JEHOyakim**. Sic legimus 2. Reg. 23. §. 34. quod Pharaeo Necho Rex Aegypti, cum Regem constituissest **Eljakim** filium Josiae, in locum patris ejus, nomen eius verterit **Jehojakim**, quo nomine etiam postea in sacris notatur; in recognitionem scil. quod ipsius authoritate & potestate regnum obtinuerit; & quod Deus eum non reprobarit, sed *Divinitus constitutus* fuerit: Hoc enim significat **Eljakim** & **Jehojakim**.

Respondent Hebrei nonnulli, concedendo, ex parte hic nomen Tetragrammaton concurrere ad hanc compositionem, verum non directe & primariò, sed indirecte & oblique. 1. Quod nomen adhibetur non integrum, ut alia quædam nomina Divina in compositionibus, יה, אל; sed quoad nonnullas tantum literas, quæ in aliis quoque nominibus prophanicis quandoque occurunt, ac proinde huic nomini cum aliis sint communes. Huc facit quod legitur in *Afis rimmónim* cap. 22. Posteaquam de Nomine אהיה loquutus esset author, dixissetque illud aliquando etiam occurtere *sensu prophano*, subjungit; בְּלֹשׁן חֹול נורא מֶאֱד לֹא יִשְׁתַּחַוו אֶל הַשֵּׁם הַגָּדוֹל כִּי אֲפִילוּ גַּם אֲוֹתִיתָיו לֹא בָּאוּ בְּלֹשׁן חֹול אלא בתספת אלך אחריהן לאפוקניהם מקודשת השם דכתיב מקום שיפול הארץ שם יהוא הארץ לנוֹ וְהַדּוֹתָה לְיהוָה בֶּן נָמָשִׁי וְשָׁאָר שָׁמוֹת צִוְּאָה בְּוֹ יְהוָשֻׁעַ יְהוֹצֵדֶק יְהוִיכִין וְזָהָבָתָם

258 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

h.e. Idcirco Nomen E 1. JEH, quamvis sit quoq; summe tremendum, non tamen equatur Nominis magno Tetragrammaton, quia ne tres quidem ejus literæ occurruunt sensu & usu prophano, nisi subsequentे Aleph (vel alia litera) ut sic eximantur & excipiuntur à sanctitate Nominis hujus, sicut scriptum est; In loco, ubi deciderit arbor, illic יְהוָה Jehu erit, Eccl. 11.3. Cum quo convenit nomen יְהוָה Jehu filii Nimschi, 1. Reg. 19.16. & alia ei similia: Item ista; Jehoschua, Jehozedek, Jehojachin, &c. 2. Licet compositio aliqua sit respectu literarum, tamen non quoad puncta, quae confitans est Hebræorum sententia. Ratio Impositionis hujus formæ Nominiū propriorum videtur profluxisse ex forma illorum Nominum, quæ ab initio habent syllabam ו, quæ forma est antiquissima & ante Mosen quoque usitata, sicut patet ex Nominis יְהוָה Josephi, & יְבנֵה Jochebed, matris Moysi, Exod. 6. v. 20. inserta litera ו, ut suprà dictum. Syllabam autem hanc ו esse in istis ex contractione Nominis Tetragrammati certò asseverari non potest, cum etiam adhuc apud quosdam controversum sit, num ante Mosen Nomen hoc Patribus notum fuerit.

25. Alteram quæstionem quod attinet; *An compositione ista concepsa, concludi posset ex lectione illorum Nominum pro lectione J E H O V A H?*

Respondetur negando; Posito enim, istam compositionem ex Nominis Tetragrammato factam esse, tamen nec dum sequitur, quod illi intendunt, ista puncta esse propria Nominis יְהוָה; sed ut in eo sunt mutuatitia, ita & hic talia manebunt.

Inst. *Atqui ista puncta in illis nominibus compositis pronunciantur una cum consonis. Ergo & in Nominis simplici.*

¶. Quod in istis Compositis consonæ Nominis יְהוָה unà cum punctis illis exprimuntur & pronunciantur, secus quām in simplici Nominis Divino, causa est, quia Nomen illuc non est integrum, neque propriè Nomen Divinum & sanctum illud, sed æquivoce & communiter; cùm etiam aliae voces multæ sint, tres istas literas cum his vocalibus præ se ferentes, quæ nequaquam dici possunt ex Nominis Divino esse compositæ. In prophanatione aut prophana illorum usurpatione nulla judicatur fieri prophanatio Nominis Divini, nec ullus unquam hoc nomine blasphemiae aut contumelie in Deum reus factus. Præterea, non ideò illis Nominibus puncta ista sunt addita, ut aliter voces illæ legerentur, quod patet ex præfixis; Non dicitur יְהוָה sicut dicitur יְהוָה, sed יְהוָה, יְהוָה, &c. Adhæc, si propria hic est compositio, & puncta hæc propria, cur non in omnibus similibus compositis adhibetur? Atqui hoc non sit, ut paulò ante vidimus ex בְּרִית, deinde etiam ex illis Nominibus, quibus hoc Nomen in fine eodem modo addi videtur; ut, מְנַחָה, אֲדֹנָה, שְׁעִירָה, & aliis quām plurimis

plarimis similibus. Nam, quā specie illa priora dicuntur esse composita ex Nominе Divino Tetragrammato & prophano, eadem hæc dici possunt esse composita ex prophano & Divino: Certè יְהִי־שָׁמֶן idem significare videtur quod שָׁמֶן: Sic יְהִי־זָרְקָנָה idem quod יְהִי־צָדָקָה: Item יְהִי־אַתָּה idem quod שָׁמָן. Item idem quod בְּנֵי־יְהִי־כָּל & quædm alia. Cur jam illa puncta magis propria dicentur esse Nominis Tetragrammati, quæ adhibentur in Compositione ab initio, quā illa quæ in fine?

26. Posito ergo, Nomen hoc Tetragrammaton hoc sensu etiam esse
ārenθāvilev, quod vera ejus lectio secundum puncta vocalia interciderit,
quæri & illud nunc potest; *Quamdiu illius Nominis usus & notitia inter Iudeos*
duraverit, & quo circa tempore illud amiserint?

De Tempore Templi primi non puto cuiquam dubium esse : Sub Templo vero secundo etiam motum ipsis fuisse, varia habentur testimonia :

In Talmud Babylonic, Joma cap. 7. & Talmud Hierosolymitanus Megilla legitur; *Quis est sensus ejus, quod scriptum est, Et benedixit Esra Deo-
MINO Deo magno?* Nehem. 8. §. 6. **שָׁגֵדּוּ בְּשֵׁם הַמּוֹרֶת** *Quod magnificavit
eum per Nomen Tetragrammaton.*

משם שמעון הצדיק נמנעו אחיו הכהנים מלברך בשם
Ex quo mortuus est Simeon justus, cessarunt Sacerdotes benedicere per Nomen; scil. Tetragrammaton, ut R. Salomon supplet.

Sed & post Templi vastationem adhuc per aliquot annos notum fuit
peculiaribus quibusdam viris:

In Talmud Kidduschin cap. 4. prolixa narratio extat, quod sciverint Nomen quatuor, duodecim, & quadraginta duarum literarum, ita ut Rabba putarit, se publicè illud expositurum pro concione; sed dixit ipsi quidam senex: Occultandum est.

In Joma cap. 3. in fine, mentio fit ejusdam Bar Kamzar, qui unico du-
etu singulati artificio poterat scribere Nomen Tetragrammaton de quo

260 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

videri etiam potest R. Jehuda Chajath in libro מִשְׁרָכַת אֶלְעָזָר in capite de אֶחָדָה Unitate Dei.

Hæc ex Hebrais; unde omnino videtur colligi posse, circa vastationem Templi secundi & Urbis, aut paulo post, plane intercidisse.

27. Tertiò quæri potest circa hoc Nomen; An ita sit Dei proprium, ut non etiam competit creaturis?

Ad hoc respondemus; Omnipotens soli Deo proprium esse, Deo vero quoque soli in Sacris literis, neq; ulli creaturæ unquam, saltem proprie, tribui. Quod illa loca attinet, in quibus videtur tribui, vel Arcæ, Num. 10. 35. 36. & alibi, Hierosolymæ, Ezech. 48. §. 35. Angelis, Judic. 6. &c. negamus, ea quicquam contraria sententia, illiusque patronis, Arrianis, Photinianis, Socinianis aut aliis, favere. In plerisque enim potest & debet commodissime ac rectissime Nomen illud ad Deum ipsum referri: vel explicanda sunt per Ellipsin, aut per Metonymiam signi & rei significatae, ut vocetur בֵּין־דְּבָרִים res nomine domini ipius rei, ut loquitur Josephus Albo in libro Ikkarim lib. 2. cap. 27. Cæterum de hac quæstione consultat Lector benevolus Dissertationem nostram de Arca Fœderis, in quâ plenius eam exposuimus.

28. Quartò quæritur; An hoc Nomen Deo Patri soli, non etiam Christo ac spiritui Sancto, tribuatur?

Ad hoc respondetur breviter ex ipsâ naturâ Nominis istius; cum sit בְּשָׁמָן Nomen essentiæ, illis necessario competere & tribui, quibus essentia illa est communis. Cum itaque essentia Divina unica tribus personis sit communis; nomen quoque essentiæ iisdem commune erit. Huc facit, quod ex ipso hoc nomine sacrosanctam Trinitatem quidam probare intuntur. Dicunt; In hoc nomine Tetragrammato tantum tres esse literas distinctas יְהָוָה; quæ totidem hypostases in adoranda Trinitate denotent: literam autem secundam ה, denotare secundam personam, & duplicari ad indicandam duplificem Christi naturam. Huc referunt quidam, quod in antiquis Paraphrasibus Chaldaicis Manuscriptis Judæorum, nomen hoc Tetragrammaton scribitur per tria Jod cum subscripto ו, hoc pacto ו, & nonnunquam circulo inclusa; Tria Jod putant denotare tres hypostases; tria æqualia Jod, tres personas æquales; unicum Kametz tribus illis subscriptum, Essentiam unicam tribus personis communem.

29. Quintò etiam quæri potest; Cur hoc solum præ ceteris vocetur Tetragrammaton, cum & alia quatuor literis constent, præsertim וְיְהָוָה, quod itidem est essentia ke ג

id. & ejusdem originis, nullaq; alia videatur inter hac duo nomina esse differentia, nisi quod unum sit prima persona Futuri, alterum Tertia? Resp. 1. quia Ebjeh rarius, nec ullibi quam Exod. 3. occurrit: neque præterea amplius vel à Deo, vel ab hominibus usurpatum legitur. 2. quia dupl. habet significacionem. Est enim frequentissime tertia persona Futuri, verbi יתְהִ. Videatur de hac quæstione etiam Galatinus lib. 2. cap. 14.

30. Sexto dñi q; quæritur; An per hoc Nomen miracula fieri possint, atq; adeò, an olim Moses & Christus, vi hujus Nomini, miracula ediderint, ut Iudei fingunt?

Ad hoc respondemus; impiam & diabolicam esse superstitionem, credere, peculiarem quandam vim inesse literis, characteribus & numeris, vel in hoc, vel in aliis, seu veris, seu fictis Nominibus, quam etiam saniores Judæi ipſi detestantur & refellunt; quā dē re videri potest R. Moses Ægyptius in Mōre Nevochim par. 1. cap. 61. Nam, ut Augustinus Justinianus Episcopus Nebiensis, ad dictum locum scribit; *Notum ac manifestum est cuilibet aliqualiter intelligenti & ponderanti rationes divinarum rerum, literas & characteres seu figuræ literarum, manu artificis scriptarum, esse puras creaturas, & ideo non habere ullam potentiam aut virtutem a se, nisi recidamus ad ignorantiam idololatrarum, creaturas pro creatore adorantium, quorum peccatum est blasphemia impia & Deo abominabilis.* In genere itaque dicimus cum authore libri Cabalistici שער אורה Schâare órah, fol. 2. בנ' אם קשובה לאצט', בנ' אם כפוץ חפאים אל תאהה, אם אמרו לך אתנו ונמסרו בז' שמות והוכרות שתוכל להשתמש בהם, בנ' אל תלך בדרכ אתם מנע רגלו מנתיבותם כי' אותם השמות והשמותים כולם מע' רשות ומכוורות לצדך בהם הנפותות ולהלכת לאבוריון וכוכ' h.e. Miles, ausculta voci mea, & aures tue attente sunto ad consilium meum: Si seducere conentur te peccatores, ne acquiescito: si dixerint tibi, Veni nobiscum, & trademus in manum tuam Nomina Divina, quibus possum usi; mi fili, ne abito in viam cum ipsis, contine pedem tuum à semita ipsorum: quia illa Nomina, & usus illorum, nil sunt nisi retia & laquei, ad capiendum animas & ducentas eas in perditionem. Mosen quod attinet, non eo fine ipſi Nonen hoc sacrosanctum revelavit Deus, ut eo Miracula faceret, sed ut per illud, & ex eo, Israëlitis veram Dei cognitionem insinuaret & communicaret; eosque de veritate promissionum Divinarum ex æterna & immutabili Dei essentia confirmaret. Alio modo & medio per Mosen miracula illa operatus est Deus: Per fidem, dicit Apostolus, Mosen omnia fecisse, non in hoc Nomen ejusque literas, vel prolatas, vel baculo suo inscriptas, sed in Deum ipsum. De Christo atrocissimam dicimus esse Judaeorum blasphemiam, quā hoc ei affingunt, in impudentissimo scripto, quod vocant שׁולדות, quam jam olim eleganter refutavit Lutherus in libello de Schemhamphorasch, &c. Fecit is sua miracula non per No-

262 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

men hoc יְהוָה prolatum, sed per rem hoc Nominis significatam, hoc est, per Naturam suam Divinam, tanquam verus & essentialis יְהוָה Deus.

31. Hæc de nomine Tetragrammato. Alterum nomen essentiale est יהי יהוה Ero. Quamvis enim illud nullibi alias, quam Exod. cap. 3. legatur; tamen, quicquid contraria obganniant Photiniani, è numero Divinorum nominum illud minimè expungendum, sed rectè inter illa referri & recenseri, censemus. Sufficit enim, si semel extet. Nam 1. Deus ipse sibi hoc Nomen tribuit. Cum enim Moses, ad Israëlitas mittendus, à Deo quæreret de Nominis ipsius, respondit ei Dominus י. 12. אֶת־אֱלֹהֵינוּ וְמַחֲנֵנוּ אֱלֹהִים misit me ad vos; ubi tanquam Nomen Dei proprium adhibetur. 2. quia essentiæ Divinæ rationem accuratè & disertè quoque exprimit, ut eleganter ostendit R. Moses in More Nevochim p. 1. cap. 63. Nam ex multorum, & omnium Hebræorum, sententia, non est alia inter hoc, & Nomen Tetragrammaton, differentia, nisi quod illud est personæ primæ, hoc tertiae; & quod Deus de se in primâ personâ dixit אֶנְאָךְ Ero, vel, sum qui sum, id homines de eo efferunt, יְהוָה Erit, vel Erit, Qui est, mutato in 1, יְהוָה, ut in הַר Chavva, quod est à הַר Vixit. 3. autoritate Hebræorum, qui hoc Nomen inter præcipua decem Dei nomina referunt, ut videre est ex libro שער אורן Portæ lucis, Josephi Gecatilie, quem de Nominibus Dei decem scripsit, & autoritate D. Hieronymi, Patrum in Hebraicis doctissimi, & aliorum.

32. Quid objicitur; Deum his verbis, Ehjeh ascher Ehjeh, promittere tantum, se populo suo ad futurum, & illos ex præsenti & aliis tribulationibus liberaturum, atque iis perpetuo ad futurum; id nos minimè laedit. Subordinata enim se invicem non tollunt. Utrumque voluit ut populo insinuaret Moses, & æternitatem ac immutabilitatem essentiæ Ipsius, & immutabilitatem in promissionibus. Unum enim ex altero fluit. Nam quemadmodum Deus immutabilis est in sua essentia; ita quoque in suis promissionibus.

33. Etymologiam ejus quod attinet, habet simpliciter formam Futuri à verbo הָיָה Fuit; Unde, אֶת־אָנְחָה de verbo ad verbum est, Ero qui ero, vel, Ero quia ero, semper scil. vobiscum in vestris tribulationibus, tanquam is qui semper Idem est ac permanet. Rectius autem transferri hæc futura per præsens statuimus, Sum qui sum, idque auctoritate veterum Interpretum LX X. Græcorum, qui reddunt ἐγώ εἰμι ὁ ἦν, D. Hieronymi, & aliorum. *Essē*, enim, in præsenti maximè competit Deo, cuius esse non novit præteritum, neq; futurum: Aeternitati non competit præteritum aut futurum, scribit Paulus Burgensis. Atque hac etiam de causa probabile est, Deum noluisse hic mutare

tempus, dicendo: אֲחֵה אֲשֶׁר הִתִּי Ego qui fui; ut doceret, nullam in se esse varietatem temporum. Et futurum sæpiissimè apud Hebræos pro Præsenti, quo illi carent, poni, in re continuaâ seu permanente, notius est, quam ut demonstratione indigeat. Videatur Thesauri Grammatici lib. r. cap. 12. Hinc etiam R. Moses exponit per הַנְמָצָא אֲשֶׁר הוּא הַנְמָצָא Existens, qui est existens.

34. Tertium Nomen Dei essentiale est יְהֹוָה JAH. Nam & hoc Nomen probabile est à Radice יְהֹה Eſſe, & fortè ex ipso Nomine Tetragrammato, descendere, quemadmodum plerique doctissimorum Hebræorum sentiunt, vel dimidiatum aut decūtatum ex Nomine Tetragrammato, ejus duas priores habens literas, ut scribit Aben Eſra, Moses Gerundensis, & alii; vel ex eodem per Syncopem contractum, habens ejusdem primam & ultimam, ut sentit Doctissimus Nicolaus Füllerus, in Appendice ad Miscell. Theologica. Hinc scribunt Hebræi, non tantum idem significare, quod יְהֹוָה sed & numerum eundem literis suis facere, quem facit Tetragrammaton. Nam יְהֹוָה valet 26. & יְהֹה Jah, suis literis hoc modo scriptum יְהֹוָה יְהֹה Jod He, itidem facit 26. Sunt etiam qui Radicem ejus faciunt יה, quæ idem cum יְהֹוָה. Alii observarunt, non tantum esse initium nominis יה, sed & finem יה יה ו medium יה יה ו.

Hæc suo loco relinquimus. Nostræ & Hebræorum sententiæ, favere videtur, quod Psalm. 68. 5. & 150. 6. & alibi, LXX. Græci reddunt hoc Nomen per Κέρα, perinde ut Nomen יה, & Theodotio per τὸ ὄν in τὸν יה. Nec obstat, quod Ief. 26. y. 4. conjungantur hæc duo nomina יה יה ו; Nam licet habeant eandem Originem & idem principium, habent tamen formas diversas. Mysteria, quæ alii hic querunt, nos tanquam incerta, omittimus.

35. Quæritur: An terminatio illa יה, quæ in plurimis Nominibus propriis occurrit, veluti in יה ישׁעָה Jeschajah, יה נְהֹמְנָה Nehemiah, יה אָבָדְגָה Obadjah, יה יְרֻמְּאֵה Firmejah, &c. si idem hoc Nomen יה, atq; adeò ex hoc & alio Nominis sint composita? Resp. Videri quædnon, 1. quia in illis Nominibus propriis non habet Mappik; 2. quia non semper hanc terminationem retinent, sed aliquando affiniunt Van Schurek; ut, יה יְשָׁחַד Jeschajahu, יה יְרֻמְּאֵה Jirmejahu, &c. 3. quia LXX. Græci hoc nomen יה vel reddunt per Κέρα, vel immutatum retinent Ιω: in his vero nominibus propriis non servant terminationem Ιω, sed addunt σ in fine; ut Ζαχαριας, Ιερωνιμος, Ιερεμιας, &c. Quod LXX. יה יה expressum est; ideo fecerunt, quia potius est appellativum, quam proprium. Hinc etiam vulgatus expressit appellative, Amabilis Domino. Confer Deuter. 33. y. 12. Contrà videtur esse, quod quædam horum nominum in fine etiam habeant

264 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

habeant אל: ut, חנניאח Hananiah, idem videtur esse cùm חננאל: Sic אורה & חננאל: Item מיכאל Michael & מיכאל Michal: Item עזריה Asarjah, & עזריאל Asarel, & similia, ejusdem significationis esse videntur. Fortè etiam dici posset, esse Nomen Tetragrammaton ipsum, idque ob easdem rationes, quia ita non habet Mappik, & sàpè in fine additur.

II. CLASSIS.

36. Secunda Classis Nominum Divinorum comprehendit ea, quæ Deum ab Operibus vel Proprietatibus quibusdam describunt. Inter hæc primus meritò locus tribuitur Nomi ni אלהוּ Eloah, cujus considerabimus Scriptionem & formam, Etymologiam, Significationem, & Usum.

37. Circa hoc Nomen observandum, illud sub triplici. Formâ de Deo in Scriptura Sacra legi; אלהוּ Eloah in singulari numero: אלהים Elohim & אלהים Elohe, formâ numeri pluralis absolutâ & constructâ; & cum Affixis pronominibus; אלהי Elohi Deus meus: אלהך Deus tuus, &c. Prima forma יהה semper plenè scribitur, cum Vau scil. expresso, unico excepto loco, Deuter. 32. 17. Reliquæ formæ, אלהים & אלהי, ubique per totam Scripturam, aliquot centenis aut millenis locis, defectivè scribuntur sine Vau, uno excepto loco, ubi juxta Masoram יהה plenè scribitur, Psal. 18. v. 47. Cum Affixis omnia similiter defectivè sunt scripta, duobus exceptis אלהי, Psal. 143. 10. & Psal. 145. 1. De causa hujus rei mox aliquid dicetur.

38. Etymologiam hujus Nominis quod attinet, ea haud ita certa reddi potest, quia in Scriptura nullibi exprimitur.

Sunt qui arbitrantur, derivari ab antiquo verbo אלה, quod apud Arabes adhuc in usu, & Colere significat, ut יהולא sit Colendus, Is cui cultus debetur, Qui coli debet.

Alii dèducunt ab Hebræo יהולא Juravit, quia in Juramentis, Adjurationibus & Execrationibus, Dei fit mentio. Huic repugnare videtur, quod יהולא habet Hēmappikkatum.

Non desunt etiam qui ab יהולא originem ejus petunt. Quod si analogiam Grammaticam respiciamus, vix videri potest, quomodo inde deduci queat; cùm Hēmappikkatum nunquam sit servile, & proinde nec hīc Heemanticum regulariter esse possit. Interim tamen etiam hoc constat, in Nominibus propriis formandis Analogia Grammaticæ non ita accuratam semper haberi rationem, ut vel exunico Nomine יהולא à verbo ירוא, secundum Scripturam, deducto, appareat, in quo tertia radicalis abjecta, quod in nullis verbalibus appellativis facile fieri solet: Sic hīc fortè certas ob causas una possit esse addita. Sic scribit Marcus Marinus in Arca Noæ, in hac voce; Alii, & fortasse verius, ab יהולא deducunt adjecto ו, quasi Potentissimum dices. Huc

Huc inclinat quoque Abarbanel, cūjus sententiam de hac voce hīc re-censere placet, quam habet in Commentario suo in Genesim cap. 1. Primo statuit is אֱלֹהִים אֱלֹהָה, אל omnia esse ejusdem originis, & sensus; primamq; corum vocem ac stirpem esse Nomen אל: Deinde, quando Deo placuit singulariter sanctificare Nomen hoc, addidisse ei duas literas, medium scil. partem Nomini sui proprii & sanctissimi Tetragrammati, ut sic hoc Nomen de sanctitate illius participaret. Sic quandoque ei addidisse Jod & He, unde exstarexit nomen אֱלֹהִים אֱלֹהָה, in quā formā in fine additum sit ad tollendam duntaxat formam constructam, non ad denotandum numerum pluralem: quandoque verò Vau & He, unde orta sit forma אֱלֹהָה: Tertio, elicit binc rationem, cur נָאָלֶה semper scribatur plenē cum Vau & He, unico excepto loco Deut. 32. 17. ubi de Dæmonibus sermo, & dicitur, quod non sint אלהים Deus; sed est vero, אלהים tam sola, quam cum Affixis, duobus aut tribus tantum locis exceptis, defensivè, quia scilicet sufficerunt illis duæ litteræ de Nominis Tetragrammato mutuatae. Duabus autem de causis scribit non integrum Nomen Tetragrammaton huic Nomi adjungi vel inseri: 1. quia Nomen Tetragrammaton docet propriissimè de Essentia Dei, ac proinde inconveniens foret adhiberi in Nominis Deum ab Operibus nobis describente: 2. quia hoc Nomen ELOHIM metaphorice etiam aliis communicatur: Nomen verò Tetragrammaton nequaquam; unde iterum non integrum potuit ei communicari, ne unà cur ijs etiam Nomen Tetragrammaton, quod nulli creature tribuitur, aliis communicaretur. Hæc ille, quæ in medio relinquimus.

39. De Significatione & sensu hujus vocabuli itidem varie Interpretes sentiunt:

Hebræi communiter volunt esse Nomen judicii, seu, significare proprie Judicem, aut Judices, seu Magistratus. Sic R. Moses ben Majemon, R. Salomon, R. D. Kimchi, & Talmudici ipsi, unde in Tractatu Joma fol. 87. 1. ad locum illum; סמ ייחטא איש לאיש ופללו אלהים Si peccaverit vir in virum, judicabit ipsum ELOHIM 1. Sam. 2. 25. scribitur; מאן אלהים Quid est hic ELOHIM? יְדַעַת Judge. Huc referunt etiam sequentia loca; Exod. 22. 8. Et accedit Pater familiæ ad Elohim (judices) Et ibid. v. 9. Ad Elohim (judices) veniet negotium amborum illorum: quem condemnaverint Haëlohim (Judices) duplum rependet. De hac sententia mox plura dicentur.

Author libri Cosri parte 4. ab initio de hac voce ita scribit: אלהים תואר ab dicitur מון הדברים ול"ז יש טהיה בכל כשות ורזה בו מושל בעולם כבויו וישראל כשות ורזה בו כח מכחות הגלל או טבע מן הטבעים או דין מבני טהיה בחולק כשות ורזה בו כח מכחות הגלל או טבע מן הטבעים או דין מבני hoc est, Nomen ELOHIM est Epitheton Dominatoris in rem aliquam, aut Judicis. Et talis est vel Universalis, dominium habens in mundum universum, vel Particularis, in partem aliquam, veluti; Vel virtus aliqua celestis, vel Naturæ rei alicuius, vel Jædex inter homines.

266 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

Don Isaaci Abarbenelis sententia est; hoc Nomen ELOHIM attribuitur Deo, tanquam Effectori & Productori omnium rerum, atque etiam propriè & primò significare Productorem seu Authorem omnipotentem; idque probat ex illis Scripturæ locis, in quibus frequenter, ubi Deus tanquam Creator & Author omnium rerum describitur, hoc Nominè à Spiritu Sancto insignitur: In hunc autem modum suam ille explicat mentem; Deus sub duplice notione à nobis consideratur מְצָרֵנוּ respectu nempt nostri, וְאַתָּה אֱלֹהִים cum non nisi una sit ex parte Dei; primò Respectu Essentiæ & quidditatis ejus simplicissima & perfectissima, שֶׁהָא בָּלְתִי que incomprehensibilis est aliis, prout in se est. De hac docet Nomen Trigrammaton הַחֲדָר: deinde מְצָרֵת השפּוּטוֹ לְכָל וּלְמַתָּמָתָה Respectu Influentiae (acti-
vè seu transitive, ut Philosophi quandoque Verbum Influere, & Nomen Influentie sumunt, pro Immissione seu Communicatione influentiarum) omnibus aliis, que influentiam ab ipso accipiunt secundum perfectionem ejus. De hac docet Nomen בָּתָן ELOHIM; quia scil. hac Influentia sit secundum potentiam ejus infinitam: Nomen hoc בָּתָן אֱלֹהִים significat בְּנֵי אֱלֹהִים Influentem & Existere facientem (h. e. Producentem, Efficientem) omnia per potentiam suam magnam & immensam, juxta id quod Propheta Esajas dicit, אֱלֹהִים יְבוּם בָּרוּךְ הָאָזֶן Elohe Deus (i.e. ex ejus mente, Effectus, Creator) mundi, Deus creans fines terræ, Jesa. 40. 28. Item; Ego sum primus, & ego ultimus, & prater me non est אלֹהִים Elohim (q. d. Influens, Efficientis per Influxum) Jesa. 44. 6. Item; Scitote, quod DOMINU S ipse fit ELOHIM Deus, Ipse fecit nos, Psal. 100. 3. In his enim & aliis similibus locis plurimis Deo attribuitur Nomen אלֹהִים & אלֹהִים sensu Effectio[n]is, Productionis & Creationis. Sic ille.

Usum hujus Nominis quod attinet; Cum non solum de Deo in Scriptura usurpatum legatur, sed etiam aliquando aliis attribuatur, ut putà Angelis, Psalm. 8. 6. Psalm. 97. 7. Iudicibus, Principibus ac Magistratibus; locis pauldantè citatis, & Exod. 21. 6. Psalm. 82. 1. 8. utrumquid videtur; Astris, juxta Hebreorum mentem, Job. 38. 7. Idolis deniq[ue] ac Diis falsis, Exod. 22. 20. hinc queritur; Utrum propriè & primò dicatur de Deo, an de Hominibus, an de Angelis?

Rabbi Moses ben Majemon in More parte 2. cap. 6. ab initio scribit; Nomen hoc propriè significare Iudices, & metaphorice transferri ad Deum & ad Angelos. Sic multi alii cum ipso.

Hanc ipsius sententiam refutat Abarbenel duabus præcipue rationibus:

1. Quomodo, inquit, admittere potest intellectus, ut Nomen אלֹהִים ELOHIM non propriè & primò dicatur de Iudicibus, וּבְחֶרֶךְ הַשְׁאָלָה בְּצָמָס וְאַשְׁוָנָה de Deo Benedicto; cum statim in initio Legis aliquoties de Deo dicatur, & postea per universam

versam Scripturam multis milibus; è contra autem de Iudicibus (siquidem etiam de illis revera dicatur) rarissimè & paucissimis in locis? מה הוא שמה ויזע על הרוב ושנמזה בכתוב תחלה הוא הנה הראשה לא מה שיאמר על המעת שהוא עליו Constat enim, id quod in Scriptura frequentius, & statim ab initio reperitur, pro propriâ significacione esse habendum, non quod rarius occurrit & posterius.

2. Inquit; Si Scripturas accuratè examinare & considerare velimus, deprehendemus, hoc Nomen fortassis de Iudicibus plane non reperi; saltem maximopè hoc apud me est dubium; Quavis enim Onkelos, & plurimi cum ipso Interpretates, hanc vocem ita acceperint & interpretati sint; tamen mihi videtur, secus serem habere; Nam Scriptura semper, quando de Iudicib; loquitur, eos vocat nomine שופטъ Iudicium, aut סְנִירъ Serum, Deuter. 16. 18. Deuter. 19. 18. Deuter. 21. 2. &c.

Quod vero ista loca attinet; Quem condemnaverint אלֹהִים Elohim, יְהָוָה Yahweh ad Elohim, Exod. 22. 8. 9. &c.

Responderi potest, non esse in illius mentem & intentionem Scripturæ, Judices Nominis אלֹהִים Elohim designare; sed indicare, quod omnia judicare debeantur בֵּין הַאֱלֹהִים Elohim; quod Judicium, quia Deus est seu Divinum, secundum Legem & Praecepta, Scriptura vocat אלֹהִים Elohim, juxta id quod scriptum est; ELOHIM Deus stat in congregatione Dei, in medio ELOHIM judicat, Psal. 82. 1. Etenim sic inter alios quoq; populos usitatum & consuetum est, ut de Iudicibus regionis ac provincie alicujus, quando jus dicunt secundum Leges regni, dicatur, quod Rex hoc mandaverit, vel hunc Puniverit: quintino Locus quoq; judicii, seu Dicasterium ipsorum vocatur מִשְׁפָטָה Camera regia vel Imperialis, licet Rex non illa præsens sit. Eodem ergo modo explicari potest illud; Tunc adducet eum herus suus ad מִשְׁפָטָה Haëlohim, Exod. 21. v. 6. & similia; nempe, מִשְׁפָט הָאֱלֹהִים Ad Iudicium Elohim Dei. Evidens hujus rei testimonium est Deuter. 19. 17. ubi legimus; Tunc stabunt duo illi homines, quibus est lis coram יהוָה DOMINO. Num enim hic quoq; dicemus, quod Sacerdotes atq; Judices Scriptura vocet Nominis Dei proprio Tetragrammato? Sanè hoc in rei veritate dici nequit. Quid obstat ergo, quo minus dicamus, eandem esse superiorum locorum & similium, que hujus, rationem? Certe Onkelos hic nomen " intactum reliquit, neg, per Judicem, ut reliqua, transtulit. Optimo autem jure sic vocatum fuit Iudicium; quia Iudicium Dei est, ut Moses loquitur Deuter. 1. 17. In quem sensum etiam Josaphat Iudicibus dicit; Videte quid faciatis: non enim Homini iudicatis, sed יהוָה DOMINO, & vobiscum est in negotio Iudicij, nempe Deus, 2. Paralipom. 19. 6. Ex quibus apparet, quando Scriptura de negotio Iudicij usurpat Nomen אֱלֹהִים Elohim, per hoc Nomen intelligi Deum ipsum, non Judices.

Quod si vero quis omnino statuere velit, Judices vocari ELOHIM, dicendum est, ut multi faciunt, hanc tamen nequaquam esse propriam & primam vocis istius signifi-

cationem, sed metaphoram, quia scilicet Judices Dei loco sunt ad judicium ejus; iudicandum in terra, quemadmodum Legatus nomen Principalis sui accipit: Et quia Judicium & regimen ipsorum sit, aut certe fieri debet, secundum Legem Divinam, hinc vocantur ELOHIM, q. d. Influentes gubernationem Divinam è manu Dei Benedicti. Huc respexisse videtur Aben Esra Exod. 21. 6. vocem אֱלֹהִים בְּרָא אֶת־מַצּוֹת־אֱלֹהִים Stabilentes precepta Dei in terra. Sic igitur hoc quoque modo everitur sententia Majemonidis, quod Nomen hoc significet primo & proprie Judicem; metaphorice verò ad Deum transferatur. Sic iterum Abarbenel, quibus hoc tantum addimus, cum ipso consentire alicubi Septuaginta Græcos. Nam illi Exod. 21. §. 6. pro אֱלֹהִים Ad ELOHIM (Deum) habent, καὶ τὸ οὐρανὸν ἐστιν Ad Tribunal Dei. Exod. 22. 8. Εἰπάντων οὐρανοῖς Coram Deo, sic §. 9. ibidem. Merito enim dubitari posset, an Judices Numero singulari esse Dei indigitare voluerint.

Aben Esra videtur statuere, primò & propriè hoc Nomen dici de Angelis: וְבַעֲבוּר הַיּוֹת כָּל מַשֵּׁיחַ בַּיִת הַמֶּלֶךְ נִקְרָא הָאֱלֹהִים Deum itaquia sic vocari, quod omnia Ipsi opera fiant per ministerium Angelorum.

Hanc sententiam hoc fundamento unico refutat Abarbenel; quod, si ita esset, necessario sequeretur, hoc Nomen ELOHIM in primo Legis Divinæ versu, Genes. 1. dici de Angelis. Hoc autem manifestè falsum est, eò quod Creatio prima à Causa prima procul dubio immediate profluxerit, non ab Angelis, qui ipsis quoque sunt ex numero Creaturarum ejus.

Concludit itaque tandem Abarbenel, primò & propriè hanc vocem de Deo dici, tamquam primo, absoluто, & omnipotente Authore, Producitore, & Effectore omnium rerum; secundariò verò & metaphorice Angelos, & quandoque etiam Corpora cœlestia vocari. אֱלֹהִים ELOHIM, quatenus & per hæc mediatè multa bona hominibus influunt & communicantur, & quidem בְּכָח אֱלֹהָתוֹ י' per Omnipotentiam אֱלֹהִים ELOHIM Dei Benedicti, tanquam illius Dei DEORUM, & DOMINI DOMINORUM, Deut. 10. §. 17. Eadem videtur ferè fuisse sententia authoris Cosri in loco paulò allegato, quando dixit significare primò Dominum universalem, qui nemo alius est, quam Deus, &c. De Judicibus An & quo sensu dicatur, antè jam visum.

41. Cæterum ad Usus hujus Nominis referamus & Lectori communicemus quoque חמש סגולות Quinque, proprietates, quas de hoc Nominе אֱלֹהִים ELOHIM Abarbenel ex Scriptura observavit:

1. Quod non inveniatur uspiam in Scriptura, quod vel Deus ad Prophetam aliquem sit locutus, aut Propheta ad Deum, nisi commemorato vel Nominе Tetragrammaton יהוה; vel Nominе hoc אֱלֹהִים, vel utroque simul:

simil: Cætera Nomina nunquam hoc usu adhiberi; nullibi legi, וַיֹּאמֶר שְׁדֵי
Et dixit Schaddaj: vel; Et dixit, E L: aut E L O H I M T Z E B A O T H, &c.

Causam hujus rei reddit hanc, quia duo hæc Nomina docent, tūm de Essentia & Quidditate Dei, tūm de Influentia ipsius: Hinc putat factum, quod nulla Prophetia attribuatur nisi his duobus Nominibus.

2. Quod Ordinis ratione hæc duo Nomina convertantur, & promiscuè usurpentur; adeoq; nunc hoc, nunc illud preponatur, quando conjunguntur: Sicut quandoque dicitur אֱלֹהִים יְהוָה Adonaj Elohim: sic alias dici, אלהים יְהוָה Elohim Adonaj. In cæteris Nominibus & cognominibus Dei hoc non fieri.

Causam dicit esse, quia significant duas Notiones unitas in Deo benedicto.

3. Sicut Nomi Tetragrammato nullum aliud Nomen preponitur; sic Nomi אלֹהִים E L O H I M nullum aliud preponitur; Non enim dicitur חָנָן אֱלֹהִים Exercituum Deus, aut אֲלֹהִים פָּרָטָה Fortis Deus, aut בָּרוּךְ אֱלֹהִים Gratus Deus. In illo, " רָחוּם וְחִנּוּן Gratus & misericors Dominus , Psalm. III. ¶ 4. dicit esse Ellipsis סָלַת הַמְצִיאוֹת verbi Substantivi E S T, & perinde esse, ac si diceretur, " הָנוּ וְהֵא Gratus & misericors est Dominus.

Causa; quia sicut Essentia & Influentia Dei omnibus rebus sunt priores, nec quicquam prius illis: sic duo hæc Nomina reliquis Nominibus Divini sanctitate & dignitate sunt priora.

4. Quod, cum Nomen aliquod Appellativum adjectivum construitur cum Nomine Tetragrammato, illud non fiat, nisi mediante & intercedente Nomine אלֹהִים vel אל; ut, רָחוּם וְחִנּוּן " אֱלֹהִים D O M I N U S Deus misericors & gratus , Exod. 34. ¶ 6. D O M I N U S Deus exercituum: אֱלֹהִים יִשְׂרָאֵל " D O M I N U S Deus Israël, & alia. In illis locis, ubi legitur,esse ellipsis Nominis " אֱלֹהִים צָבָאת " אֱלֹהִים, pro אֱלֹהִים צָבָאת (ut suprà visum.)

Causa; quia cætera Nomina Divina omnia non attribuuntur Deo, nisi secundum Ipsius opera. Horum quia radix & Scaturigo est Inflentia Divina, idcirco non construuntur illa cum Nomine Tetragrammato, nisi mediante אל vel אלֹהִים, quæ Influentiam denotant.

5. Quod Nomen Tetragrammaton quandoque assumat puncta Nominis אלֹהִים E L O H I M, & per illud legatur: sed non vice versa Nomen אלֹהִים suscipiat puncta Nominis Tetragrammati, & per illud legatur.

Causa; quia Inflentia ipsius sequitur ex Essentia, idcirco afficitur quandoque Nomen יהוה punctis Nominis אלֹהִים, & per illud legitur. Non autem fit vice versa, quia non statim cognitâ ipsius Inflentiâ, cognoscimus quoque Ipsius Quidditatem & Essentiam. Adde quod nomen

270 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

ELOHIM metaphoricè dicitur etiam de aliis; secùs verò Nomen Tetragrammaton, quod nulli alii communicatur.

Hæc Abarbenel, quæ nec examinare, nec ulterius explicare aut illustrare placet, sed Lectoris iudicio permittere, in cuius gratiam ea produximus. Sciendum autem, quæ hactenus ex isto authore protulimus, illa non exactè de verbo ad verbum esse translata, nec eo ordine apud ipsum extare, sed ut brevitati ac perspicuitati, utilitati quin etiam Lectoris consulere mus, ad nostræ tractationis methodum singula applicavimus, & sensum fideliter atque ita expressimus, ut quivis illa intelligere & capere possit.

42. Licet autem, uti vidimns, dictus iste Author non in eam inclinet sententiam, quod אֱלֹהִים & אֱלֹהָי propriè sint pluralis numeri, quamvis etiam eam non planè rejiciat; nos tamen communem & analogiæ convenientem sententiam sequemur, ac proinde hanc porro, quæ hodiè frequens & trita in Scholis est, proponemus quæstionem: *Quo sensu in numero plurali de Deo uno dicatur, &c. An terminationis pluralis vi, vel ex ejusdem, cum verbo aut adjectivo singulari, constructione, sacrosancta personarum Trinitas in Deo necessario evinci posse?*

Graves sunt pro utraque, tam affirmativâ quam negativa, sententia autores. Primus omnium Petrus Lombardus lib. 1. sentent. distinct. 2. ex Nominis pluralis cum verbo singulari constructione Genes. 1. 1. pro Personarum in Divina Essentia pluralitate argumentum extraxit, quem deinde imitati sunt alii. Nos cum Calvino, Mercero, Pareo, Druilio, Bellarmino & aliis, in negativam concedimus sententiam; sequentibus præcipue moti rationibus.

1. Quia Numerus pluralis per se non Trinitatem sed pluralitatem significat, unde non magis Quaternitas, quam Trinitas inde inferri posset.

2. Quia de Deo usurpatum, non semper Trinitatem vel tres personas omnes denotat; sed aliquando unicam tantum, ut Patris, Psal. 45. 8. *Idcirco unxit te אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ Deus, Deus, inquam, tuus, supra confortes tuos.* Filii, ibid. vers. 7. *Soliun tuum, Elohim, ô Deus in seculum & sempiternum.* Hos. 1. 7. *Servabo eos badonaj Elohehem in Domino Deo ipsorum:* aliquando duas personas: ut Gen. 1. 2. *Et Spiritus Elohim Dei incubabat superficie aquarum.* Certè, si Elohim significaret Trinitatem, non posset orthodoxè dici, Pater est Elohim, Filius est Elohim, Spiritus Sanctus est Elohim.

3. Quia idem nomen in numero plurali dicitur etiam de aliis singularibus, in quibus nulla est vel Trinitas, vel pluralitas. Sic dicitur de Unico Vitulo, Exod. 32. 31. Confer Nehem. 9. 18. de uno Mose, Exod. 4. v. 16, & 7. 1. de uno Angelo, Judic. 13. v. 22. Imò, Idolis quoque hac no-

tione

tiōne tribuitur; Dagoni unico, Judic. 16. vers. 17. Astoreth, Deo Sidoniorum, Chemosch, Deo Moabitarum, Milchom, Deo Ammonitarum; & quidem à Deo ipso, 1. Reg. 11. 33. Quam in his vel Trinitatem denotat vel pluralitatem? Et, si tam sanctum mysterium hæc vox denotat, an credibile est, Deum id honoris idolis stercoreis tributurum, ut μυστήριον hoc Nomen cum illis communicaret? An probabile est, tām commune hoc nomen in Sacris literis futurum fuisse, ut inter omnia Nomina Divina nullum magis sit commune?

4. Si hoc Nomen propriè personarum Divinarum Trinitas significaretur, ut per Tetragrammaton Unitas essentia, conveniens quoque esset, ut Deo soli tribueretur, & quidem semper in plurali numero; quies omnes tres personas comprehendit. Atqui plurimis in locis in numero singulari dicitur de tribus personis.

5. Quia alia etiam Nomina pluralia uni Deo in Sacris literis tribuuntur, ex quibus tamen nemo hactenus Trinitatem probare cogitavit aut conatus est: ut, אֱלֹהִים Domini, Mal. 1. 6. אֱלֹהִים אֱנוֹן Domini ego. Cur magis denotabitur, Trinitas, si dicatur אֱלֹהִים אֱנוֹן Elohim ego; quam si dicatur, Adonim ego? Psalm. 136. ¶. 3. Celebrate לְאָדָם Adone Dominos Dominorum. Deuter 10. ¶. 17. conjunguntur אֱלֹהִים אֱלֹהִים & אֱלֹהִים אֱלֹהִים; quam cur Trinitas potius hic probetur ex Elohe haelohim, quam ex Adone haadonim? Sic itidem formam habet numeri pluralis, & quidem in hac formâ de solo Deo dicitur, nec tamen ex illo pro astriuendâ Trinitate tantoper certatur.

6. Si hæc vocabula haberent significationem pluralem, liceret dicere, esse plures Deos veros. Nam sequeremur in hoc Scripturam. Etenim si Hebraicè Personas divinas licet appellare אלהים Elohim Deos, cur non etiam Latinè?

7. Quia constructio hæc Nominis pluralis Elohim, cum verbo singulari etiam adhibetur, quando de diis falsis sermo est. Exod. 20. 2. Non erit tibi אלהים אֱחָרִים Elohim acherim, Dii alii coram facie meâ. Sic cætera Nomina Dominii frequentissimè solent construi. Exod. 21. 4. Si יְהוָה Domini ejus dederit ipsi uxorem; Et ¶. 9. Etiam Domini ejus occidetur, &c.

8. Quia hoc nomen, de Deo unico & vero usurpatum, non semper cum verbo singulari construitur, sed etiam cum plurali: Genes. 20. 13. Errare fecerunt me Elohim Dii in domo patris mei. 2. Samuel. 7. ¶. 23. Iverunt Elohim Dii ad liberandum eum; pro quo 1. Paralip. 17. 21. dicitur, Ivi Elohim Dii, &c.

9. Quia Interpretes nunquam hoc nomen pluralē pluraliter, sed semper singulariter, reddidere.

43. Quenam igitur, inquit aliquis; est causa, quod Scriptura ita loquatur? Respondetur, Proprietas linguae Hebraeæ. Huic familiare & consuetum est, Nomina Domini, modo in numero singulari, modò plurali, sensu singulari eodem, & de unica persona, usurpare, atque hinc, sensus potius, quam constructionis Grammaticæ, ratione habitâ, illa in numero plurali verbo singulari jungere, aut adjективum singulare illis adjungere; idque vel ad indicandam **רָבוֹת הַמְעֻלָּה** summam majestatem & dignitatem, ut quidam volunt; vel **רָבוֹת הַכְּחוֹת** pluralitatem potentiarum & dominiorum, ut alii loquuntur; vel **רָבוֹת הַפְּעֻולָּה וְהַשְּׁפָעָה** multitudinem & varietatem operacionum & influentiarum ab ipsius tamquam inexhausti fontis plenitudine profluentium; non quidem Dei ipsius, sed nostri respectu; qui id, quod Dei respectu & in Ipsi Unicum est & simplicissimum, pro multitudine & varietate effectorum extra ipsum, sub Pluralitate concipimus, quâ ratione haec loquutio inter eas, quas ~~arguerentur~~ dicunt, referenda videtur.

Has tres ferè reddunt Hebrei loquutionum harum causas, ad quarum considerationem hoc duntaxat hac vice Lectori suggestimus, quod primam attinet, eorum qui dicunt, *Honoris causâ* in illis pluralem numerum adhiberi, illam sequentibus rationibus ab Abarbenele impugnari & refelli:

1. Quod Nomen hoc אלֹהִים in plurali Numero attribuatur iis, quibus Deus honorem ademptum vult & subtractum; Idolis nempe; ut **אֱלֹהִים לְךָ הָיָה** Non erit tibi Dii alii coram facie mea, Exod. 20. Item, **זָבֵחַ לְאֱלֹהִים זֶבַח** Sacrificans Dius (i. e. Deo alieno, Idolo) occidetur, Exod. 22. v. 19. Non probabile utique est, Scripturam S. velle Idola his phrasibus honorare.

Excipitur; *Hoc fieri* מוחשבת עבדיהם ex opinione & mente Idololatrarum.

Sed respondet; Non videri verosimile & conveniens, ut Scriptura Sacra, dum homines ab honore Idolis exhibendo dehortatur, ipsamet illa honoret ex opinione fatuorum & insanorum hominum. Hoc videntur testari & evincere illa loca, in quibus sic vocantur, ubi maximè vituperantur: ut *Sacrificaverunt Demonis, non Deo, אלֹהִים Diis quos non noverant,* Denter. 32. 17.

2. Quod in illis linguis, in quibus usitatum est Honoratores in numero plurali alloqui, id tantum fiat, **כִּי־דְּבָרָו נָדוֹל יְנוּחָה** quando presentem compellant & alloquuntur; quasi ipse æquivaleret plurimis aliis: in persona vero tertia nequaquam ita de Magnatibus loqui moris esse.

3. Quod si haec esset ratio, meritò omnia Nomina Divina cætera ita usurpari deberent. Atqui cætera Nomina Divina, veluti **אֱלֹהִים, שְׁרֵי**, ut & Epitheta Dei, non sic usurpantur.

D. Hie-

D. Hieronymus de hac rescribit Ep. 136. Scire autem debemus, quod Elohim communis numeri sit, quod & Unus Deus sic vocetur, & Plures. Ad quam similitudinem Cœlum quoq; appellatur & Cœli שָׁמָן Schamajim, unde & sepe interpres variant. Cujus exemplum nos in nostrâ lingua habere possumus Athenas, Thebas, Salonas. Et Quæst. in Genesin: Verbum Ebraicum Elohim communis est numeri: & Deus quippe, & Dii similiter appellantur. Ita juxta quosdam בְּהַמּוֹת Bestie, plurale (a singulare בָּהֶם Bestia) jungitur Verbo singulari, & singulariter, juxta plerosque interpres, sumitur pro Elephante, seu alio maximo animante, ob magnitudinem suam, quâ instar plurium est, Job. 40. 10.

44. Ut verò tandem melius mentem nostram explicemus, non in eum finem hæc à nobis dicuntur & statuuntur, quasi vel de re ipsa dissentiremus, & Judæis, aut Photinianis, aliisve Trinitatis hostibus hac in parte favemus; vel Pietatem eorum, qui contrariam sententiam defendunt, condemnaremus; vel etiam hoc argumentum apud domesticos quoque fidei planè elidendum duceremus: (Nam cur non eadem ratione, quâ Hebræorum incredulorum nonnulli, uti vidimus, emphasis in hanc pluralis numeri referunt ad pluralitatem seu potentiarum, seu influentiarum, seu operationum, ad extra scil. eadem nos Christiani eam ad pluralitatem personarum, & opera personalia seu ad intra, referre possumus? Imò quis scit, quid prisci Hebræi per pluralitatem illam potentiarum & facultatum intellecterint?) sed ideo tantum, quod non satis firmum fortasse videatur hinc argumentum, ad SS. Trinitatem probandam, peti posse, & cum solidiora non desint, satius esse, ut iis utamur & adhærescamus, cum subtilissimis hæreticis disputaturi. Cum quis enim ad probandam fidem Christianam inducit rationes non cogentes, cadit in irruptionem infidelium. Nam credunt, quod hujusmodi rationibus invitamus, & propter eas credamus, recte monet Thomas in Summa p. 1. q. 32. artic. 1. Satis de Nomine Elohim, pro instituti nostri ratione: breviter etiam aliquid de cæteris.

45. Sequitur Nomen אֵל, quod formæ suæ respectu originem suam deducere videtur ex Verbis quiescentibus secundâ radicali Vau vel Jod. Hinc à plerisque derivatur ab אֲלֹהִים Fortitudo, Robur, unde Psal. 73. v. 4. וּבָרָא אֱלֹהִים Et sanum est robur eorum: vel ab אַלְכָה Fortitudo, Virtus, Potesitas, &c. Sic אֵל propriè est Deus fortis, à summa fortitudine & potentia sic dictus, quâ non solum supra omnes creaturas eminet, sed & omnium Virtutum & Potentiarum in illis Fons est & principium. Hinc dicit Moses: Quis sicut tu inter גְּאַלִּים Domine? Exod. 15. 11. q. d. Nullus: quia scil. omnes cæteri, qui potentiam & virtutem aliquam habent, ab hoc אֵל habent. Sic David: Quis similis est Domino in filiis גְּאַלִּים Elim? Psal. 89. v. 7.

274 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

Hinc etiam vocatur אֵל (Deus fortis) *supremus, summus*, Gen. 14. §. 20. & alibi: Item אֵלִים Elohim, *Fortissimus omnium fortium*, Dan. II. 36. Hæc causa quod à plerisque Interpretibus hoc Nomen, quando de Deo dicitur, reddatur non simpliciter Deus, sed Deus fortis, sicut de Christo inter reliqua Nomina, quæ à Jesaja ei tribuuntur, cap. 9. v. 5. dicitur, quod sit אל גָּבָר EL gibbor. Hinc scribit D. Hieronymus: EL, LXX. εἷς, Aquila, Etymologiam ejus exprimens, ἕχοντα interpretatur. Alii deducunt ab אל ut ab illo sit decursum, ut οὐ ἀπόλετος. Contrà Abarbenel ab hoc אל (ut suprà vidimus) derivat Nomen אלה & אלהים, & dicit significare נְכֹזֶל Potentem absolutum per Influential suam, secundum id quod scriptum est; Et cui assimilabitur אלהים (Deum?) Jesa. 40. §. 18. Item; tu es אלהים (Deus) faciens mirabilia; Psalm. 77. §. 15. h. e. Influens (translativè) per potentiam tam fortē, ut possis miraculose mutare naturas rerum.

46. *Usus* hujus Nominis occurritum in Forma Simplici, tunc Composita: Simpliciter & extra Compositionem usurpatum, quandoque est Appellativum & Commune, quandoque Proprium. Appellativum & Commune, quando dicitur vel de Hominibus, robore ac fortitudine pollutibus, ut Ezech. 31. §. II. אלהים El gojim, Fortissimus gentium, de rege Babyloniarum & 32. 21. אלהים Ele gibborim, Fortes potentum, Duces potentissimi, &c. vel Angelis; ut Exod. 15. II. Jesa. 31. 2. juxta quosdam interpretes, & alibi. Proprium nomen dici potest aliquo modo, quando Deo tribuitur, ut in locis quamplurimis: אלהים etiam & improprie, quando de Idolis dicitur, ut Jesa. 44. 10. 15. Malach. 2. II. quia Idola propriè non sunt אלהים fortis, juxta illud Deut. §. 32. 21. Zelare fecerunt me eo quod non est אלהים El; sed sunt אלהים Elohim, h. e. אלהים non Dii, Dii nihil, i. Chron. 16. 26. Psal. 96. 5. cum quo convenit illud Apostoli, I. Corinth. 8. 4. Vox enim hæc אלהים contrarium habet sensum, & significat דְּבַרְתָּא Privationem, Defectum, & Impotentiam, juxta illud; Medici (elil) nihil, inutiles, gaudi omnes vos, Job. 13. §. 4. Et אלהים חִי רַעַד O pastor elil nihil, Zachar. II. §. 17. Hoc namq; vocabulum volunt derivari ab אלהים vel אלהים, ac significare מה כלל Shaiun bo כה כלל In quo nullatenus est potentia, Imbecillen, Impotentem.

Cæterum de Deo usurpatur aliquando ut Nomen אלהים, vel potius, tanquam idem, cum eo confunditur. Hinc Jacob dicitur appellatus שְׂרָאֵל IsraEL, quia contendit cum אלהים Elohim Deo, Genef. 32. Sic Angeli, qui vocantur בְּנֵי האֱלֹהִים Filii Elohim, Job. 1. 6. & 2. 1. iidem dicuntur Filii Elohim, Psal. 29. 1. & 89. 7. Et Deus promiscuè dicitur אלהים El elohe Psal. 50. §. 1. &c. & אלהים Elohe haElohim. Ita quod Moses dicit; Quis sicut tu inter Elohim, Psal. 86. 8.

In Compositione frequens est hujus Nominis Divini usus, & quidem cum Nominibus tūm Hominum, tūm Angelorum. Hominum Nominibus quandoque præponitur; אֶלְעָזָר Eleazar, מִיכָּאֵל Michael, אַלְיָשָׁבָע Elischaba, Elisabeth, אֶלְנָתָן Elnathan, &c. quandoq; postponitur: ut in בְּתֹהָאֵל Israël, Bethuel, אַמְנוֹאֵל Immanuel: יַעֲמָדֵל Ismael, פָּנָאֵל Phanuel, & quamplurimis aliis. In Angelorum Nominibus frequentissima est hæc compositio. Unde pleraque Angelorum Nomina, tūm in Scriptura, tūm apud alios Authores, desinunt in אל EL: ut Michael, גָּבְרַיאֵל Gabriel, רָפָאֵל Raphael, Uriel, & infinita alia apud Cabalistas. Hinc scribitur in Schemoth rabba fest. 29. ad locum illum Psalm. 68. 18. Curris Dei sunt duæ myriades DOMINUS in eis; שְׂמֹחַת אֱלֹהִים הַזֶּה מְשֻׁרָב עַמְּכָל כָּל אֶחָד וְאֶחָד מִיכָל בְּנֵרְאֵל. h. e. Nomen Dei est commixtum vel compositeum cum unoquoq; illorum, ut Michael, Gabriel. Sic in Tanchuma. fest. fol. 34. col. 3. שְׂמֹחַת אֱלֹהִים בְּנֵרְאֵל Nomen Dei conjunctum vel communicatum est unicuiq; Angelo, sicut dicitur, Quia Nomen meum in medio ejus, Exod. 23. 21.

47. Hæc de Nomine EL: hoc meritò excipiet Nomen שְׂדֵה SCHADAJ, quia cum eō saepissimè conjungitur. Genes. 17. 1. Ego sum שְׂדֵה אל EL SCHADAJ. Sic cap. 35. n. & alibi.

48. Nominis hujus variae afferuntur Etymologiæ ab Interpretibus: Quidam volunt significare שְׂדֵה Vastatorem, aut מנצָח Victorem, à Verbo שׂוד Vastavit, devastavit; quod scil. Deus eā potentiam, quā omnia creavit, eadem omnia vastare, & in nihilum redigere possit: vel, ut Hebræorum quidam scribunt, quod Deus pro suo lubitū & beneplacito vastet, & aboleat virtutes superiores; syderum sc. & similes. De hac Etymologia scribit Abarbenel Exod. 6. quod licet Deus hoc faciat, tamen inde non possit aut debeat dici שְׂדֵה aut משׂוד; quod hoc Vocabulum significet נִזְבֵּן Raptor, Oppressor, & iniquè agentem, & חֹמֶט Oppressorem, ut Jobi 15. 21. & 12. 6. Obad. 1. 5. Quomodo itaq; inquit, cenna הַכֹּתוֹב את השם הנכבד בתואר טוננה אשר כוֹת cognominaret Scriptura Deum glorioſissimum Epitheto tali in honesto & probroso? Quin &, scribit porro, Victoris nomen propriè non competit Deo: Deus enim cum nulla creatura bellum gerit, neque ulla creatura cum Ipsi: sed Potens, Dominator, Gubernator, Rector, sunt nomina hoc respectu Deo convenientia.

Alii deducunt à Nomine יְסִיף Sufficiens. In ratione verò assignanda variant. Hebrei in Talmud Chagiga fol. 12. col. 1. sic scribunt, מְאֵל וְכִתְבֵּב אֲנֵי All Quid est quod scriptum est, Ego sum Deus Schadaj? hoc est, Ego sum, qui dixi mundo יְסִיף, Satis est: quæ verba in hunc sensum exponit Abarbenel; Mensura cali, mensura celorum & stellarum, Numerus intelli-

276 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

gentiarum abstractarum, & Angelorum, horumq[ue] omnium determinatio, non est ab ipsis, sed à me & a mea voluntate, Ego sum qui omnibus ac singulis suam dedi mensuram, magnitudinem ac numerum! In hunc sensum dixit etiam Rabbi Eliezer magnus, שָׁהַז הַשְׁמִים נְמֻתָּחִים וְהַלְבִּים עֲדֵי. שאמר להם ר'Qui dixit (Creaturis suis,) Satis est. Sic hoc Nomen refertur ad Mundi & creaturarum omnium, à Deo creationem, conservationem & gubernationem.

Alii dicunt ר' Schaddai dici, quasi ר' Scheddaj, Qui sufficiens est, scilicet nec Essentiam suam, nec quidvis aliud, ab alio accipit, atque ita nullius est indigus, juxta illud;

Ipsa suis contenta opibus, nihil indiganostris.

Ubi de Natura sermo est; quæ Poëtæ nihil aliud est quam Deus. Hac de causa Plato etiam Deum vocavit אֱלֹהִים. Aut, quia sufficiens est ad omnia, quæ vult, præstanda, velut Raschi scribit, קָדוֹד שִׁישׁ ר' בָּאַלְהוֹתוֹ לְכָל בָּרִיחָה, quod sit in Deitate ipsius pro omnibus creaturis. Vel, חֶסְרוֹן כָּל הַנְּמַצְאִים, קָלוּם quod ipse sufficiens sit ad supplendum defectum omnium creaturarum.

Sunt etiam, qui deducant à ר' Mammæ, quasi Mammosum dicas, quod omnia alat ac nutriat. Sic reperitur apud Prophanos scriptores, Diana mammosa, Isis mammosa, Ceres mammosa.

Denique potest deduci à ר' Schaddaj, quod idem cum אֱלֹהִים Fudit, Effudit, quod Deus copiose vires, virtutes, potentias ac influentias super creaturas effundat. Sic ר' רָמָא, ר' נְבָא, ר' Schaddaj erit formæ.

Omnes hæ significationes in hoc conveniunt, quod Deus ר' Schaddaj vocetur à summâ suâ potentia, vel potius Omnipotentia. Hinc etiam plerique interpres reddiderunt, Deum præpotentem, omnipotentem, Germ. Allmächtig/ Græci, παντοποτης seu iras.

49. Quoad Usum, non tribuitur hoc Nomen unquam vel Angelis, vel Hominibus, vel Idolis, ut præcedentia quædam, sed semper soli Deo vero; quod ille solus sit Schaddai Omnipotens, אֱלֹהִים & אֱלֹהִים. Neq[ue] obstant loca Ezech. capite 1. 24. Job. 22. y. 25. &c 6. 4. ubi quidam volunt esse nomen prophanicum & appellativum, vel epitheton cuiusvis potentis. Nam & his in locis Nomen Divinum manere censemus. Solent enim ita Nomina Divina epitheti loco adhiberi, ad summum & excellentissimum, aut maximum & vehementissimum quid significandum: vide Thesaur. Gram. lib. 2. cap. 3. neque tamen desinunt manere Nomina Dei: Vox Schaddaj (Omnipotentis) Ezech. 1. y. 24. dicitur eodem cap. Vox El Schaddaj (Dei omnipotentis) ubi Vox אֱלֹהִים Deo tribuitur, & potest esse Ellipsis adverbii similitudinis & præpositionis, pro, *Sicut vox omnipotentis*, i. e. ab omni-

omnipotente, ut dicitur: *Sicut rastatio ab omnipotente.*, Jesa. 13. v. 7. Joël. 1. 15. Quod Job. cap. 6. 4. dicit; *Sagittæ* וְשָׁמֶן *mecum sunt*; id effert David; *Sagittæ* וְשָׁמֶן *infixa sunt in me.* Domine.

50. In Compositione tamen duo Virorum Nomina haec tenus observavi, cum quibus componitur; *Tzuri schaddaj* & אַמִּישָׁד' Ammi schaddaj Num. 1. 6. & 12, pro quibus alibi est צְרוֹאֵל Tzuriel, & אַמִּיאֵל Ammiel.

51. Celebre inter Nomina Divina quoq; est Nomen אֲדֹנָי Do-minus, quo primus omnium Abrahamus Deum compellasse & nominasse, in Scriptura legitur, Genes. 15. 2. dicens: אֲדֹנָי יְהוָה תִּהְנוֹ אֲדֹנָי Domine Deus quid dares mihi? Habet id formam Nominis pluralis cum Affixio primæ personæ, q. d. *Domini mei*. An autem ita sit, potest ambigi? Nam posset etiam esse Numerus pluralis, *Domini*, simpliciter, ad formam Locustæ, Nah. 3. 17. שָׁרִים Principes, Jud. 5. 15. מִלְּאָמָר Fenestræ; Jerem. 22. 14. & similium, in quibus vel non est affixum, sed terminatio irregularis numeri pluralis: & Kametz pro Pathach, ut differat ab אֲדֹנָי *Domini mei*. Quicquid sit, nunquam de Deo dicitur אֲדֹנָי *Dominus meus* vel אֲדֹנָי *Adonai Domini mei* cum Pathach, sed semper אֲדֹנָי cum Kametz, & quidem centies trigesies quater, ut Masorethæ notarunt. Tribuitur autem Deo in numero singulari אֲדֹנָי *Dominus*; & in plurali tam absoluto אֲדֹנִים Malach. 1. 6. quam constructo אֲדֹנִים Deuter. 10. 17. Semper tamen sensu singulari, ut & אלְהָם, quod inde Theologi quidam dicunt esse communis numeri. Dicitur autem Deus jure אֲדֹנָי *Dominus*, vel אֲדֹנִים *Dominus multiplex*, quia universæ mundi machinæ, quæ velut domus aut familia ejus est, imperat, illaq; vicissim servit ei: Unde vocatur אֲדֹנָי כָּל הָאָרֶץ *Dominus totius terre*, Ps. 95. v. 7. &c. קָרְבָּן פְּגָעָה נְתָנָה Luc. 10. 21. קָרְבָּן πάσιν *Autor.* 10.

52. Attamen non soli Deo tribuitur, sed aliquando etiam aliis: & quidem singulare *Adon*, passim de *Hominibus*; plurale de *Unico*: ut אֲדֹם קָשָׁר *Domini durus*, pro *Domini durus*, Jesa. 29. 4. אֲדֹנִי הָאָרֶץ *Domini terre*, de solo Josepho, Genes. 42. v. 30. שָׁמֵר אֲדֹנֵי הַר Schemer Domini (i.e. *Dominus*) montis, 1. Regum 16. v. 24. autem nunquam de *hominibus* dicitur. De *Angelis* videtur dici Genes. 18. v. 3. 27. 30. 31. 32. & Judic. 6. v. 15. 22. quando illi, ut legati, Deum & Dominum suum referunt; quamvis etiam illa ad Deum referri possint, quatenus videlicet Deus ipse per Angelos cum Sanctis est locus.

53. Sanè Masorethæ, Hebræorum Critici prisci, hæc loca omnia iis accensent, in quibus אֲדֹנָי est Nomen Divinum, & à prophanis distinctum. Vocant illi hoc Nomen *Adonaj* Nomen אֲדֹנָי *Confessum*, *Certum*, *Indubitatum*, non, (ut quidam putant, Masoretharum styli imperiti) quod nemo non

278 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

sanæ mentis confiteatur, Deum rerum omnium Dominum & moderato-rem, sed, ut Elias docet in libro Maforeth Tab. 2. Orat. 9. quod ejus puncta sint certa & confessa, quæ ad literas, quibus constat, efferendas, adhibita sint; atque ita voluerunt hoc nomen אֱלֹהִים, quod legitur sicut scribitur, distingue à Nomine Tetragrammato יהוה quod etiam legitur Adonaj, sed non ita scribitur. Nam puncta illius non sunt יְהֹוָה confessa, ipsi nomini quadrantia & propria, sed transsumpta & mutuata ex-Nomine אֱלֹהִים.

54. Usus sui ratione, sæpè solum hoc Nomen usurpatum de Deo legitur, cuiusmodi loca 134. observarunt Maforethæ, quæ videri possunt in fine Concordantiarum; frequentissimè jungitur Nomini Tetragramma-to, & quidem tum ante, tum post illud: Utrumq; enim legimus יהוה אֱלֹהִים, & אֱלֹהִים יהוה. Ubiique autem pro eo solet legi, uti constat. Hæc causa videtur, quod ab Hebræorum Theologis, Cabalisticis maximè, magnis encomiis & elogiis ornari & commendari solet. Rabbi Joseph ben Gecatilia scribit in libro שער אורה Porta luis, in quo expressè agit de Nominibus Divinis: השם הראשון שהוא קורב לכל הנבראים ובו נקנדים לפניו המלך יהוה י' וא' ז' רוך בעולם לראות פניו המלך י'ת' אלא על ד' י' שם זה הוא השם הנקרא אֱלֹהִים Nomen primuan, quod proximum (i.e. facilitum) est rebus creatis, & per quod ingrediuntur in conspectum Regis DEI BENEDICTI, sineq; quo nulla alia datur via videndi faciem Regis, est Nomen illud, quod vocatur ADONAI. Item; שם אֱלֹהִים הוא אוצר Nomen ADONAJ est thesaurus in quo reposita sunt omnia orna-menta regis &c. Item, Non est ulla ratio שם יהוה conjungi cum Nomine JEHOVÆ, nisi per manus ADONAJ. Et quia istud Nomen est regis, Nomini Tetragrammati, & Palatum in quo JEHOVAH habitat, idcirco Nomen in Scriptura semper legitur per ADONAJ, quasi innueretur, scilicet מוצאו בשם אֱלֹהִים quod quisung, querit JEHOVAM, eum inventurus sit per Nomen ADONAI: Item; Omne dominium Dei est כל הממלכה והשלמות היא ביד אֱלֹהִים ADONAJ: Item; ולו שאנן לכל נבריא בעולם דרך להכנס לשם י'ת' אלא על י' ז' per manus ADONAJ: Et quia nulli creatura via patet ingrediendi ad Nomen Dei, nulla etiam orationes, pretationes, & deprecationes ingredi possunt ad Deum, nisi per Nomen hoc ADONAJ, idcirco ordinarunt veteres illud in principio omnium pre-rationum, ut; ADONAJ Domine labia mea aperias, Psalm. 51. 17. Per manus enim hujus Nominis effundit DEUS omnis generis Influencias per Nomen ADONAJ, וכו' in eo sunt reconditi omnes thesauri Regis, & omnes ejus divitiae, &c. Hæc & similia apud Authorem nominatum leguntur, quæ hic adducere visum fuit, quod istis, quæ de Nomine ADONAJ Domini hic dicun-

Dicuntur, eleganter nobis repræsentetur Dominus noster Jesus Christus, & eo sensu Nomen Domini aptissimè ei congruat. Nemo enim venit ad Deum Patrem, nisi per ipsum, Joh. 14. v. 6. Qui ipsum novit, novit Patrem, Ibid. Ille in Patri est, & Pater in ipso, v. 10. II. Ipse & Pater unum sunt, Johan. 10. 30. Nemo Deum non in unquam: unigenitus illi Filius, qui est in sinu patris, revelavit eum nobis, Johan. 1. v. 18. Ille est in quo sunt omnes thesauri sapientia & cognitionis absconditi, Coloss. 2. in quo plenitudo Deitatis habitat (quod Hebræi dicerent שם יהוה במלוא NOMEN DOMINI in plenitudine sua) Ibid. v. 9. plenus gratiâ ac veritate, Joh. 1. v. 14. ex cuius plenitudine omnes gratias à Deo accipimus, v. 16. Si quid Patrem in ipsius nomine petiverimus, dabit nobis, Joh. 14. 13. 14. Hinc, si quis ingenio indulgere vellet, educi possent rationes, quare pii in ardenteribus suis precationibus & obtestationibus ad Deum, Nomen hoc cum Tetragrammato conjunxerint, atq; adeò ei præmiserint, ut Genes. 15. 2. 8. Deut. 3. 24. & 9. 26. Psal. 73. 28. & sic frequentissimè: quare item Daniel in sua prectione cap. 9. hoc nomen præcipue usurparit, ac præsertim v. 17. Lucere fac faciem tuam super sanctuarium desolatum, propter אֱלֹהִים ADONAJ. Sed hæc liberioris sunt otii, neq; præsentis nostri instituti. Vide de hoc Nominе etiam elegantia quædam in Cosri par. 4. ab initio §. 2. & ibi Notas nostras.

55. Restat ut aliquid de Nominibus אלהים & צבאות addamus, quæ D. Hieronymus, in suprâ citato loco, quoque inter decem mystica Nomina in V. T. Deo assignata retulit.

56. Et vox quidem צבאות TZEBAOTH Numeri pluralis est, ac significat Exercitus, à singulari צבא. D. Hieronymus & Origenes existimarunt Nomen hoc solum & absolutè ex sanctis Dei esse Nominibus. In eadem sententia fuerunt etiam jam olim quidam Hebraeorum, uti patet ex Talmud Tractatu Sopherim cap. 4. ubi legitur: *Hæc sunt Nomina Divina, quæ scribis non licet delere vel eradere (quæq; proinde sunt sancta;)* אלהים vel אלהים אל איה (quæq; אלהים אל איה) אשר איה, צבאות, שד', יהוה, אדונֵי בָּיִס אָמַר צבאות ח'וֹל אֲרָשׁ בְּנֵי אֶנוֹר הַזָּה בֵּית אֶנוֹר הַזָּה כּוֹתְבֵי בְּרוּשָׁלַם וְהַזְמָקִין צבאות השם נוֹהָגִין כְּחֻלְשָׁן שְׁרָב h. e. Rabbi Jose dixit, TZEBAOTH est Nomen Commune vel Prophanum: R. Simeon ben Eleasar dixit: Hierosolymæ scribebant Nomen TZERAOOTH, & itorum eradebant: quia habuerunt illud pro Communi & Prophano, sicut legimus; Principes Tzebaoth, id est, exercituum in capite populi, Deut. 20. 9. De differentia hac Nominum Divinorum, quæ delere vel non delere licet, videatur R. Moses ben Majemon in הלכות סוד תורה cap. 6.

57. Sed scire licet, Nomen hoc nusquam solum & absolutè positum Deo attribui, sed semper præcedente alio aliquo Nominе Divino, יהוה Adonaj vel אלהים אל אלהים Elehim, vel utroq; simul, Domini Deus Exercituum.

280 DISSERTATIO V. DE NOMINIBUS

cituum. Hinc etiam Hebrei quidam, qui de Nominibus Divinis scriptarunt, duo hic faciunt distincta Nomina, *Adonaj Tzebaoth*, & *Elohim Tzebaoth*, Nomina scil. Divina cum eo conjungentes.

58. Permoti autem videntur illi ad hoc statuendum, illis locis, in quibus legitur יהוה צבאות ubi absolutè ponitur, non in constructione; quia, ut supra dictum, Nomen Dei proprium & essentiale non construitur; & אלהים צבאות אלהים ubi itidem videtur absolutum esse, ob Nomen præcedens, quod etiam in forma absoluta ponitur, ut Psal. 59. 6. & 69. 7. & 80. 5. 8. 20. Jes. 3. 15.

Sed sciendum, in illis locis vel esse Enallagen nominis absoluti pro constructo, frequentem in lingua Hebræa, ut videre est in Thesauro Grammatico lib. 2. cap. 4. vel, ut alii volunt, Ellipticam & concisam locutionem, pro יהוה אלהי צבאות שׁם DOMINUS Deus exercitum est Nomen ejus, Amos 4. 13. & 5. 27. & אלהים צבאות אלהים מטה Exercitus superiores: Habet מטה Exercitus inferiores. Exercitus superiores sunt primò Angelorum & Spirituum acies, unde David ait Psalm. 103. Benedicte Domino omnes exercitus ejus. Lucæ 2. 13. Et repente affuit cum Angelo multitudine exercitus cælestis laudantium Deum, &c. Sunt deinde Exercitus celorum, astrorum, siderumq; virtutes, juxta illud Gen. 2. Et consummati sunt celum & terra, & omnis exercitus eorum. Deut. 4. 19. Ne quando eleves oculos tuos in celum, & videas solem, & lunam, & stellas, omnem exercitum celi &c. Actor. 7. 42. Ut servirent exercitui cœli, &c. Exercitus inferiores habet quoque inumeros: Exercitus Dei sunt Gladius, Famus, Pestis, qui tres exercitus plerique in expeditionem ad ulciscenda publica scelerata ducuntur: Est Nix, Grando, Ignis, Venti, &c. Sunt Locustæ, aliaq; noxia animalia, Exercitus & Copiae Dei magnæ. Quin & Filii Dei sunt exercitus ipsius, militantes in hac terra pro ipsius gloria adversus Satanam, mundum, & propriam carnem. Hinc Israëlite olim appellabantur Exercitus Dei, Exod. 12. 41. Exod. 7. 4. Sic alios innumerabiles habet exercitus, Visibiles & Invisibiles, quibus bono piorum, & malo impiorum utitur. R. Bechaj adducit ex quodam Medrasch, in Comm. in Leg. fol. 65. 4. *כשאנ' דן את הבריות אני נקרא אלהים כטאן' עושה בראשים מלוחמה אני נקרא צבאות*

Quando

Quando Deus iudicat creaturas, vocatur Elohim: quando impiis bellum infert, vocatur Deus Zebaoth.

60. Et quoniam hoc solius Dei omnipotentis opus est, hinc etiam nulli creaturarum hoc epitheton in Sacris literis tribuitur. Unde D. Hieronymus monuisse videtur, non esse in aliam linguam transferendum, cum etiam Apostoli illud non mutarint.

61. Ultimum nomen est אֵלִיּוֹן Elion, non Heljon, ut quidam scribunt; quod epitheton potius Dei est, quam Nomen Dei. Est autem Nomen Adjectivum, *Excelsum, Altus, Altissimus*, εὐψηστός, ut Graeci reddiderunt. Hinc frequenter aliis Dei nominibus adjungitur: ut אֵל עַל El Elion, *Dens excelsus*, אֱלֹהָיָהּ Adonaj Elion, *Dominus excelsus altissimus*, אֱלֹהָם Deus excelsus. Et quotiescumque seorsim vel absolute ponitur, tale aliquod Nomen Divinum subaudiendum.

62. Tribuitur autem hoc Nomen οὐρανοῦ Deo Opt. Max. propter Majestatis celsitudinem, quod is solus essentiā & gloriā celsissimus sit & altus supra omnia, neque ullus ipso superior, juxta id quod Psaltes ait Psal. 97. 9. קְרַבְתָּ לְפָנָיו כִּי אַתָּה יְהוָה וְאַתָּה עַל כָּל אֲלֹהִים Quia tu Domine excelsus es super omnem terram: raddè exaltatus super omnem Deum, vel omnes Deos. Ad quem locum, ut obiter hoc adspergamus, videtur respexisse Paulus, quando 2. Thess. 2. v. 4. de Antichristo, divinos honores sacrilegè sibi vendicante, ait: ἐπειδὴ πάντες ἐπὶ τῷ κύρῳ λεγόντες θεὸν. Eadem notione vocatur Deus יְהוָה, ex plerorumque interpretum sententia, Hos. 7. 16.

Hæc in præsentia de Nominibus Dei sufficient. Nunc
cum Jobo conclude:

דְּבָרֶת יְהוָה מְבָרֵךְ

Sit Nomen Domini benedictum.

DISSE^TAT^O SEXTA

IN

HISTORIAM
INSTITUTIONIS SS. COENÆ

DOMINICÆ,

In quâ præcipue

DE PRIMAE COENÆ
Ritibus & formâ.

THESSIS I.

NON immerito in magno semper, apud omnes cordatos, Antiquitatis studium fuit æstimatio, quo, in Divinis pariter & humanis, cuncta ad primam & veram suam originem revocantur & reducuntur. Ea siquidem rerum humanarum est inconstantia & vicissitudo, ut nihil, quantumvis optimum, in eodem diu permaneat & perseveret statu. Pronis sumus naturâ omnes, ad novitates & mutationes; adeò ut difficile sit mentes nostras, etiam in illis, quæ tanquam recta & vera semel, cum judicio & ratione, approbarunt, intra eosdem terminos, & eadem in sententia, diu continere.

II. Experientia verum hoc esse docet, proh dolor! temporum præteriorum, docet hodierna; idque non solum in Republica, sed cum maximè in Ecclesia; adeò ut, nisi Deus subinde viros quosdam eximios excitasset, qui doctrinam cœlestem, à novis & superstitionis expositionibus, interpolationibus, additionibus, detractionibus, aliisque corruptelis, indesinenter vindicassent, & in pristinum statum revocassent, jam diu de ea actum & conclamatum esset.

III. Ab

III. Ab hoc nobilissimo & laudatissimo studio celebris est inter Hebræos Esdras cum suo collegio, qui, Ecclesiam Judaicam, & totam Cultus Divini rationem, post captivitatem Babyloniam, à variis corruptelis, erroribus & vitiis, in Babyloniam attractis, repurgavit, omniaque pristinæ integritati & puritati restituit. Unde per vulgata hæc, apud priscos Hebreos, est ipsorum laus & commendatio, *שׁוֹחֵדוּ עַתְּדָה לִזְשָׁנָה* quod Coronam (Legis scil.) in pristinum & antiquum statum restituerint.

IV. Diligenter autem circa Antiquitatem hoc in primis est observandum, eam demum solam & veram esse Antiquitatem, quæ prima: cætera omnia, etiam vetustissima, si ad hominum memoriam exigantur, esse nova, si non sint prima. Hinc Hebræi *Antiquum & Primum* uno & eodem designant vocabulo קָדוֹם Kadmon. Et קָדוֹם Kadmon, pariter est, *Antiquitas & Principium*: quinimò ipsa etiam *Aeternitas*, quâ nihil est prius, nihil antiquius, hoc designatur nomine. Sic de Aeternitate Dei acturi Hebræorum Theologi, eam vocant קָדוֹמוֹת Kadmon, & Deum קָדוֹם Kadmon, ut hoc sensu *Antiquitas & Aeternitas*, קָדוֹם Antiquus & נְצָרָנִי Aeternus hic sint ipsis Synonima. Videatur Josephus Albo in libro *Ikkarim*, seu Articulorum fidei par. 2. cap. 18. Ita in quæstione de Aeternitate Mundi, contra Aristotelem & alios Philosophos disputantes, Aeternitatem vocant קָדוֹמוֹת, Creationem ejus חַדּוֹשׁ Novitatem, Innovationem: & cum Mundum volunt dicere Creatum esse, solent dicere, illum esse חַדּוֹשׁ Chadasch Novum. Videatur hic R. Moses in More Nevochim parte secundâ. Si ipse Mundus Hebræis *Novus*, ejusque creatio *Nova*, quid de plurimis erroribus & superstitionibus, aliquot millenis annis, post mundum creatum natis, dicendum, quæ pro קָדוֹמִים Antiquis sæpè nobis obtrudi volunt?

V. Ad hanc Antiquitatem revocat Christus Judæos in materia de Conjugio & Divortio, in qua per Mosen Deus aliquid indulxit, dicens; *In principio non erat ita*. Benè etiam in hunc sensum, dixit Cyprian. lib. 2. Epist. 3. *Non debemus attendere,*

quid aliquis ante nos faciendum putaverit, sed quid, qui ante omnes est, Christus, prior fecerit.. Neg. enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem, &c.

V.I. Hæc regula si in Ecclesia semper observata esset, atque etiamnum exactè, sepositis præjudiciis, observaretur, brevis sanè & plana, multarum gravissimarum controversiarum, quibus Ecclesia Dei misere scinditur & dilaceratur, foret decisio.

VII. Verùm non est instituti mei ex professo nunc de hac re agere. Eò duntaxat hæc dicuntur, quod, si uspiam alibi, in materia de Sacra Domini Coena, perquam utilis hæc res sit ac necessaria. Nam, ut olim Israëlitæ Pascha, propriis suis commentis & traditionibus, fœdè mox & turpiter contaminarunt, ut vel ex hodiernis ipsorum ritibus plus quam satis est videre ita, si nos Christiani primam & genuinam Sacræ Cœnæ Institutionem & formam semel deseramus, fieri non potest, ut non periculose aberremus, & ad plura paulatim humana commenta delabamur, juxta illud veterum Hebræorum proverbium, linguâ Babylonica conceptum, *בְּרִית־בְּרִית* Errori quando semel ingressus patet, inde sinenter progrederit & incrementa sumit, in Bava basra fol. 21. r. Dato inconvenienti uno, sequuntur plura. Experientia fidem facit.

VIII. Proinde nihil me extra oleas, & Professionem meam, facturum arbitratus sum, si in SS. Theologiæ studiosorum gratiam, Formam & Ritus primæ Cœnæ, à Christo ipso usurpatos, tūm ex Historia Evangelica & Apostolorum scriptis, tūm ex Hebræorum penetalibus, paulò accuratiū excutere & enucleare sategero. Sic enim procul dubio non solum melius & solidius, quænam vera & genuina nostræ quoque Celebrationis forma esse debeat, constabit, sed & illis, quæ à summis Viris de ista re hactenus scripta sunt, lux haud pœnitenda forte accedet.

IX. Näm, cùm Sacramentum hoc in locum Cœnæ Paschæ lis successerit, ejusque occasione, atq; adeò ipso ejus festi tempore,

pore, à Christo sit institutum & sanctum, dubium nullum est, quin rituum, illo tempore inter Judæos in Cœna Paschali, & cæteris conviviis, usitatorum cognitio, magnam quoque ad Cœnae Dominicæ formam accuratiū cognoscendam, lucem afferre queat.

X. Quia verò *כל הדיעת היא בידעת הבנות omnis cognitio est per cognitionem causarum*, optimam hujus quoque tractationis methodum futuram existimo, si juxta causarum ordinem à me instituatur. Quod dum facere aggredior, Divina mihi assistat gratia, & ad veritatis illustrationem oculos benignè aperiat.

I.

DE CAUSA EFFICIENTE.

XI. CAUSA EFFICIENTS & Author seu Institutio, sa-
ori hujus Convivii, est Dominus noster J E S U S C H R I S T U S,
rad Cor. 11. 23. 24. Matth. 26. v. 26. &c.

XII. Dupliciter verò Christus Sacra Cœnæ est author; primò *Exemplo*; dum primus Idem fuit ejus Administer, & Apostolis suis, aliisque Ecclesiæ Ministris deinceps futuris; actionibus suis exemplo præivit, quod imitarentur in dispensatione ejus. Christi enim actio hic nostra est institutio; planè ut Johan. 13. 15. ait: *Exemplum dedi vobis, ut, prout ego feci, sic faciatis & vos.* Secundò, *Verbo & Mandato*; dum ait, *Hoc facite, Lyc. 22. 19.* *Hoc*, scil. quod ego nunc feci, vobiscum accumbendo, Pā-nem accipiendo, benedicende, frangendo, inter vos distribuendo: *Poculum* itidem, &c. *Facite*, scil. posthaec & vos: idque 1. quatenus legitimi à me constituti Apostoli, Praecones & Ministri Evangelii, actiones illas sacras, quas à me nunc vidistis, iisdem ritibus obeundò, & administrando; Vos, inquam, & quicunque in hoc officio, legitimi vestri successores erunt: 2. quatenus Discipuli mei, eadem signa & Symbola accipiendo, panem edendo, poculum bibendo, &c. Vos, inquam, & quicunque, per veram fidem, mei impostorum erunt discipuli, Ecclesiæ & corporis mei membra: quia utroq; respectu vestra interest, meam mortem, ad fidei tum vestræ, tum aliorum, confirmationem commemorare. Istum horum verborum esse sensum, nemini, nullo præjudicio præoccupato, & circumstantias.

totius hujus sacræ actionis æquâ lance ponderanti, potest esse dubium.
Sed quædam adhuc de iis dicentur infra, ubi de Fine agemus. Vide Th. 88.

XIII. Occasio Institutionis hujus Sacramenti, fuit Celebratio Paschatis, quod eodem tempore cum discipulis celebraverat. Quia enim hoc ultimum erat Pascha, quod Christus in his terris secundum Legem celebraturus erat, illudque in posterum, tanquam legale & typicum, morte Christi, per Agnum ejusque mortificationem, figuratâ, & jam-jam subsecutâ, abrogandum erat; Christus Novum hoc Sacramentum in locum Paschatis substituere voluit; non, ut Agnus Paschalis erat, mortis & passionis ejus futuræ umbram & figuram; sed ejusdem jam peractæ, & benefiorum ejus, suavissimum & dulcissimum μνημόνιον. Hinc scribit Orig. in Matth. Tract. 35. *Dissolvens Iudaicum Pascha, & tradens secundum Novum Testamentum discipulis suis, &c. ut per hoc Novum Pascha illud succidat antiquum.* Et Hieron. in Matth. cap. 26. *A Typico Paschate, quod impleverat, ad verum Pascha Sacramentum transgreditur: quod in sui memoriam (ut est in Glossa ordin.) Ecclesiam frequentare solebat.*

XIV. Circa primam hanc præsentis Exercitationis partem, sequens, ad Historiam Institutionis Sacræ Cœnæ exætiūs cognoscendam, incidit quæstio; *An Christus in Cœna Paschali, & eā adhuc durante; An verò, post eam penitus peractam & absolvitam, de novo accubuerit, & Sacramentum hoc instituerit?*

Tres hic sunt Virorum Doctorum sententiae:

Prima est eorum, qui duplēcēm in Judæorum Paschate faciunt Cœnam: primam, eſus Agni: alteram, Azymorum, tamquam Mensarum secundarum & ἑταῖρων Cœnae Paschalis. Itaque existimant, Cœnam hanc sacram in Mensis secundis, Azymorum videlicet, institutam, adeoque Cœnam illam διπλάσιαν, quasi in suam Cenam, Christum commutasse, iudicem penè ritibus & formâ, ut Gilbertus Genebrardus scribit in Chronologia p. 216. Huius sententiae, si non primam originem (video enim in eundem quoque sensum à nonnullis adduci Ben. Ariam Montanum in Matthæum) magnam sanè confirmationem, dedit authoritas summi & incomparabilis viri Josephi Scaligeri, qui in illustri illo, de Emendatione temporum, opere in eam

cam inclinasse videtur, in prima præsertim editione, in qua expreſſè dicit, hoc, quod Christus hic fecit, in mensis secundis & in Κανά τὸν πέμπτον hoc est, (ut ipſe interpretatur) Cœnā ἀνδρῶν factum esse. Plura eo in loco differit ex Hebræis, de veteri ritu celebrandi Pascha tempore Messiae, quæ huic sententiæ favere videntur. Et licet in secunda editione quædam immutarit, præcipua tamen remanserunt. Quia itaq; verbis tanti Viri permoti, multi haſtenus in istam sententiam concesſerunt, eaque paſſim ad confirmationem ejus in medium, tamquam indubitata, producunt, opera pretium erit, ut, qualia ea ſint, & quatenus ad historiæ hujus illustrationem faciant, expendamus. Sic enim non ſolum erroneæ quædam hypotheses, & falſa fundamenta removebuntur: ſed & ad certiorem & accuratiorē quætionis hujus decisionem & declarationem planior via ſternetur. Verba Scaligeri lib. 6. de Emendat. Temporum, edit. secundæ, hac de re, ſunt iſta:

[1] Duplici cœnā fungebantur in ritu Agni Paſchalisi. Quinetiam omnia ſolennia maxima, ut Paſcha, Pentecoste, Scenopegia, florentibus oībus Judeorū, ac templo flante, ſemper duarum cœnarum commiſſione tranſigebantur. In priore hofiti immolatis veſebeantur: hoc erat Sacrificium illius diei. In altera quādam canebantur Κανά τὸν πέμπτον, & vocabatur Κανά τὸν πέμπτον, hoc eſt, Δέκατον ἀνδρῶν Cœna dimiſſoria, quæ erant Secundæ veluti Mensæ apud Gentiles. Et mox: Sic Hebrei, epulis functi, ſecundis mensis gratias Deo agebant, & potionem circumferabant. Id quoq; ho-dieq; retinent. [3] Secunde autem mensa ab aliorum ſolenniū menſis multūm diſcre-pabant. Nam ille in aliis ſolennib; variis bellariis inſtruebantur, easq; aut Gaco verbo [4] Κανά τὸν πέμπτον aut patrio [5] קִנְעָח Kinnuach vocabant. In Paſchali au-tem epulo iſpi convivē interdicebantur omni genere bellariorum, ut eſt in Canone Ritua-lis; מִבְּדִיל אַחֲרֵי פֶּסְחָה מִבְּדִיל אַחֲרֵי קִנְעָח. [6] In locum enim bellariorum afferebatur in tryblio acetarium ex intybis & lactuis agrefibis, quorum quia triftis ſuccus, & amarus, propterea ex aceto, ac aliis nescio qui-bus, embamina conficiebatur, in quod azyma & amara illa olera intingebantur. Vo-cabatur חַרְמָת. Id hodiè conſicuit ad ſpiffitudinem illius embammatis, quod vulgo Mustaceam nonnulli, omnes autem Galli Mustardam à ſinapi vocant. Erat enim fatura olerum amarorum, que aliis ejusmodi ſpiffabatur. Illius mentio crebra in Dige-fis Talmudicis, Titulo הַבְּאֵנוֹ לְפָנֵי מִצְחָה חַרְמָת, ut in his verbiſ: עִירָבִי פֶּסְחָה, Ante-poſuerunt illi tortam azymam, & embamma. Primum igitur offam azymam in illud intingebat paterfamilias, quam devorabat. [7] Deinde ſub gaſape, aut map-pa, aliam tortam azymam reservatam, in tot frusta frangebat, quot in contubernio ſive οργανεῖ convivatores erant. Frustum erat magnitudine olive, quod ſingillatim & or-dine omnibus porrigebat. [8] Cum igitur paterfamilias offam in tryblio intinctam devora-

תְּדַבֵּךְ אֶתְתָּה " אֲלֹהִינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם אָשָׁר קָדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא בְּמַעֲנוֹתָיו וְצַוְּעַד אֲכָלָתְּ בָּצָא
 devoratus esset, hac premittebat; וְעַל־אַבְלָתְּ בָּצָא
 ὁ ἀγράστης ἡμῶν ταῦς ἐβλάψας αὐτόν, καὶ ἐπειδάμενος ἡμῶν τοῦτο τὸν ἑδωδίαν τὸν ἀγράστην, &c.
 Hoc carmine functus pater familiās, & primus omnium azymis operatus, cum partim,
 hoc est, τὰ μάστιχα azymi contubernalibus aut domesticis distribueret; hoc carmine, sed
 aliquot verbis post excidium Hierosolymorum immutato, sacrum prosequebatur:
 אָה [9] לְחַמָּא דַעֲנָא דַאֲכָל אֲבָתָה בָּאֲרָא דַמְּאָרָים : כָּל דַכְפֵן יְתִי וַיְכַל : וְכָל צְדִיק
 יְתִי וַיְסַפֵּחַ : הַשְׁחָא חַכָּא בָּאֲרָא דַשְׁאָל הַשְׁמָא הַכָּא עַבְדֵי לְשָׁנָה דָבָא
 בָּאֲרָא דַשְׁאָל בְּנֵי חִנּוּן Elegantia horum verborum Gracilis melius concipietur: ὅτε
 ὁ ἄριθμος ταλαιπωρίας, ὃν ἔφαγον οἱ σπένδοντες ἡμῶν εἰς τὴν γῆν Αιγύπτου πάντας ὁ πεντάς δεῦρο καὶ
 φυγήτα πάντας οἱ χρεῖαι ἔχον δεῦρο καὶ παχύτερά ταῦτα. νῦν μέρη ἐντάσσεται, εἰς κατατάξην την γῆν
 Ισραήλ. νῦν μέρη ἐντάσσεται, εἰς κατατάξην την γῆν Ιερουσαλήμ ταῦτα. Verba enim, que ad
 priscam formulam pertinent, stante tempore, hac sunt; Ὁδε ὁ ἄριθμος, &c. usque ad
 παχύτερά ταῦτα. Reliqua assuta sunt pro ultimis temporibus, secundum excidium templi. In
 quibus vides etiam τὰ ἀγράστης cum amariis vocari Pascha, &c. Haec tenus Scaliger.
 Quae de Poculo & Lotione pedum habet ibidem, in sequentibus examinabuntur. Ex his ipsius verbis videtur colligi, illum existimasse, Chri-
 stum in altera Cœna Paschali, quam vocat. ΚΡΙΤΙΚΗ ΜΟΝΟΥ hoc est, σάτιον δια-
 λυτον (ipso interprete) sive in Mensis secundis Cœna Paschalis, Sacram
 Cœnam instituisse. Sed frustra, ut ex progressu patebit. Videamus autem
 & ponderemus paulo accuratiū ipsius verba & rationes.

Quod 1. ait; Dupli cœnâ fungebantur in ritu agni Paschalis; de hoc, eo sensu, ut ipse accipit, nec Digesta Judæorum Talmudica, nec libri ipsorum Rituales quicquam habent. Alio verò sensu dici aliquo modo posset, illos duplici cœnâ funstos esse in ritu Agni Paschalis. Vespera Paschatis, antequam agnum comederent, primo ordinariam cœnam, in qua Sacrificium festi (Chagigah חגיגה) comedebatur, peragebant. Ratio 1. quia noctu, sed tamen ante medium noctem, agnum Paschalem comedebant, quia scriptum est, Comedent autem carnem nocte ipsâ, Exod. 12. v. 8. Item, נִיר הַלְלָה Et fuit in medio noctis percussit Dominus omne primogenitum in terra Mitzrajim, §. 29. &c; Nox custodiarum est Domino, ut educeret eos è terra Mitzrajim: ipsa ergo nox erit Domino observantie omnibus filiis Isræl, §. 24. 2. quia non nisi saturis agnum sibi comedendum esse credunt, sicuti tradunt: אָגָן נְאָכֵל עַל הַשְׁוֹבֵן Agnus comedî debet post saturitatem. Vide Talm. Pesach. cap. 5. & 6. Item Commentar. in librum Precum fol. 93. col. 2. Cum hoc die Pascha sit קָרְבָּן seu principale, quare comedimus etiam Chagigah ante Pascha? &c. Facimus istud secundum jura & ritus Paschatis, quod nonnisi à jam saturis comedendum est, ut ejus sapor finita Cœna in ore remaneat. Sed hoc Scaliger non sensit, & nihil facit ad

ad ipsius scopum & mentem: quia omnia in una coena & mensa simul apponabantur; sic tamen, ut ordo in vescendo observaretur. Frustra itaque est, quod tum Scaliger, tum alii, de Duplici Coena scribunt; Agni videlicet, & Azymorum.

2. Quod addit; *Omnia solennia maxima &c. duarum Cœnarum commissione transacta fuisse*, quarum priores fuerint hostia immolate & comestæ, altera *ɔχαεσσινα* & *ἰελαυωνα* decantata, que *סְעִוָּה מְפָסַחָת* Δὲ τὸν ἀπολύτην Cœna dimissoria dicta fuerit, id sine teste dicit. Libri Hebraeorum certè nihil habent de ejusmodi duabus cœnis in his festis. De *רְפָסַחָת סְעִוָּה מְפָסַחָת* sūda mafsekes invenio in Ritualibus Hebraeorum: sed, nec in illis Festis solennioribus à Scaligero memoratis, neque eo sensu. Primo fit *סְעִוָּה מְפָסַחָת* mentio in Ritibus Jejunii, quod celebrare solent die 9. Julii, & inde communiter quoque ab ipsis vocatur *Tishcha beṣ*, hoc est, Nonus dies Junii; in memoriam Tempeli primi & secundi, igne immisso hoc die consumpti. Deinde quoque mentionio ejus extat in Festo diei Expiationum, quo itidem solenne admodum instituunt jejunium. In Festo autem Paschatis, Pentecostes, & Scenopiegias, nihil quicquam de eo reperitur, nequereperiri potest, quod vel ex significatione ejus patet. Nam *סְעִוָּה מְפָסַחָת* non est Cœna Dimissoria, secundis mensis respondens: sed propriè, *Epulum vel Convivium cessare faciens*, *Finem imponens*, cibis scil. & refectioni ordinariæ. Ita autem vocatur ultimum Convivium, seu ultimæ epulæ, quas homo sumit ante Jejunia, post quas epulas nullus ipsi amplius, nisi exacto Jejunii die, cibus est concessus. Videantur libri Rituales Judæorum, Arba Turim, Schylchan Aruch, Kolbo, Levusch & alii, in *הַלְכֹות עֲמֵד תְּשֻׁעָה בְּאַב* Num. 552. & 553. & in *כִּיּוֹת נְמַפְּסַחָת אֶכְלִים Convivium cessare faciens cibos*, ut ibidem legitur. Disputant etiam ibidem, *Quinam cibi in ultima illa refectione, נְמַפְּסַחָת dicta*, liciti sint & permitti? Delicatores enim & lautiores prohibent, ut sunt carnes, sive coctæ, sive elixæ, & cætera olla cocta: Olera autem, & fructus crudos, cum pane permittrunt, &c. Jubent etiam in terrâ, non ad mensam, multò minus in sellis accumbendo, hoc convivium sumere, *כִּי שֵׁיא נְרָאָה וְשִׁלְלָה* *סְעִוָּה עֲנֵיה וְשִׁלְלָה ut speciem habeat convivii humilis & calamitosi, &c.* Ex quibus appetat, *סְעִוָּה מְפָסַחָת nec esse ἀτίκτων ἀπολύτην*, nec in festo Paschatis locum habere; ac proinde frustra hæc omnia hic proferri.

3. Quod de differentiis mensarum secundarum in Paschate, ab aliorum solennium mensis, subjungit; itidem fundamento caret. Nam, ut recte ipsem Scaliger ex canone Paschali observavit, nulla bellaria in Cœna Paschali locum habebant, & post esum agni Paschalis nihil amplius edere licebat,

Itaque nihil necesse est differentiam hic aliquam constituere. Aperta ista res fieri ex iis quae nunc sequentur.

4. De voce אַפִּיכוֹמֶן Aphicomen eruditè observavit, esse Græcam ^{in ix. cap.} & Bellaria vel Tragemata, in Mensis secundis apponi solita, significare. Et ita sumi videtur in allegato veteri Canone, qui desumptus est ex Talmud Tractatu de Paschate cap. ultimo. Strictius sumitur apud recentiores Judæos in Ritibus Paschatis vox hæc אַפִּיכוֹמֶן Aphicomen; videlicet pro Placenta illa mediâ, sub mantili aut mappâ in finem Cœnæ Paschalis, histemporibus retentâ à Patrefamiliâs (de qua consulatur Synagoga Judaica cap. 13.) non loco belliorum, quod probè notandum; sed loco ipsius Agni Paschalis, & in ejus memoriam; eò quod eum extra terram Sanctam nec mactare, nec edere ipsis liceat. Itaque hodiè Placenta illa Caput & principalem quasi partem Cœnæ Paschalis constituit; non ejus Appendicem. In finem autem Cœnæ post absolute & peractum epulum reservatur, quod olim quoq; secundum ipsos, Agnus in fine Cœnæ Paschalis לְלַשׁבָּע postquam aliis cibis jam utcuna saturati essent, comedust fuerit. Canon enim Paschalis frequens est; Pascha sive Agnus Paschalis non comedatur, nisi post saturitatem, hoc est, in ipso fine cœne, uti Maharil in Rituali suo exponit. Vide id in Talmud ipso, Pesachim fol. 70. col. 2. Hinc, uti olim post agnum Paschalem nihil amplius gustare licebat, quod suavitas carnis agni tantò diutiùs palato inhæreret, & per eum quoque memoria præceptorum, & beneficiorum Dei: sic hodiè post placentam istam, Aphicomen dictam, nihil amplius comedere licet, juxta expressum Canonem; אחר אַפִּיכוֹמֶן non est amplius quicquam comedendum; ad quem in Levisch hachor R. Mordechai Pulcher scribit; כיון הו זכר לפסח הנאל על השובע ונוהנים שלא לאבל שום דבר אַפִּיכוֹמֶן: והוא כמו שבתנו אבותינו באכילת אהר אנילת אַפִּיכוֹמֶן כד' שישאר טעם האַפִּיכוֹמֶן בפי כמו שבתנו באכילת הפסח hoc est; Quandoquidem Aphicomen (placenta ista) est memoriale Agni Paschatis, qui comedì solitus fuit post saturitatem, inde consueverunt nihil quicquam amplius, ne quidem fructus, post eum & Aphicomen comedere, ut gustus & Aphicomen remaneat in ore; quemadmodum Patres nostri circa eum agni Paschalis idem quoq; olim observare solebant. Et R. Moses ben Majemon scribit in הלכות חמץ ופסח מבשר הפסח אַפִּיכוֹמֶן בזאת נאית מאה ואינו טעם אחריה כלום כד' טיזה טעם אחריו כלל, ובזאת הוה אוכל כזית מאה ואינו טעם אחריה כלום כד' טיזה Et ultimò comedebat de carne Paschatis particulam oliva in flar, postquam nihil quicquam amplius comedebat. Hoc verò tempore comedit particulam oliva in flar de torta azyma, & post eam nihil quicquam amplius gustare, ut consumatio, finis cœne ejus sit, & sapor carnis agni Paschalis.

Lis vel torta azyme maneat in ore ejus: quia horum comedio est praeceptum Divinum ipsum, &c.

5. **אַבְשֵׁרְיָה** Kinnuach propriè est Abstercio, à radice **אַבְשֶׁרְגֵּר** Abstergere. Solum autem, & nūdè sic positum, non significat Bellaria: sed cum adjectione, **אַבְשְׁרִיָּה** Kinnuach sūdah Abstercio convivii, quòd iis primæ mensæ cibus quasi Abstergatur. Sed hoc levius est. Vide Lexicon in **אַבְשֶׁרְגֵּר**. Gravius & majoris momenti est, quod

6. ait; *In locum belliorum afferebatur in trybllo acetarium ex intybis & lactucis agrestibus, quorum, quia tristis succus erat, &c.* Gravissimè hīch hallucinatus est vir summus. Primo, non distinctè satis illa, quorum vult mentionem facere, proponit. Embamma enim illud, **חָרֹסֶת** Charoseth dictum, non oleribus amaris spissabatur, sed ita res habet: Statim ab initio Epuli Paschalis apponebatur quodpiam sive Embamma sive Pulmentum è pomis, pyris, nucibus, sicubus, amygdalis, malis citreis, & aliis similibus rebus confectum, cui Vinum (vel Acetum) immiscent & incoquunt, cum multis aromatibus, quibus illud spissabant (*non oleribus amaris*) ut *Lateris* speciem præse ferat: Cinnamomum quoq; Zingiber ac similia crassè contusa superinjiciunt, ut *Paleam* & *Lutum* referat; ut sibi hoc pacto in memoriam revocent, majores suos in Ægypto *Palek* & *Luto* laborasse, *Lateresq;* confecisse. Hoc est quod **מַצְהָ וְחוֹסֶת** Charoseth appellabatur. Vide Majemonidem in **הַלְכָות** וְמַצְהָ cap. 7. §. II. Deinde *Acetarium* è lactucis, hederâ, raphanis, petroselino, chærophylio, nasturtio, apponunt: Huic addunt *Patellam* cum aceto, ut in eam herbas illas intingant, & sibi in memoriam revocent, majores suos Agnum Paschalem cum herbis amaris comedisse. Hæc est ratio illius Embammatis & *Acetarii*, de quo loquitur Scaliger. Alter verò error ejus est in hoc, quòd artificatus est, *hai* in mensa secundas illata fuisse, cùm in primis mensis fuerint apposita, uti iterum ex Ritualibus Judæorum patet, & compendiosè in Synagogâ Judaicâ cap. 18. Sine dubio tamen illa usq; ad finem Cœnæ in mensa fuerunt relicta. Tertio, quod scribit, in illud embamma *Azyma* & *amarilla* olera inuncta fuisse, id siebat post exhaustum poculum secundum, posteaquam manus lavissent. Tum enim, inter alia, convolvebant **מַצְהָ וְמוֹרָר** **מַצְחָה** & **מַטְבֵּל** **בְּחוֹסֶת** simul azymum & amara olera, & intingebant in pulmentum illud Charoseth, Majemon in **הַלְכָות** וְמַצְהָ Cap. 8. §. 6. vel seorsim intingebant azymum, & seorsim amara, Idem, ibid. Id hodiè quoq; adhuc in quibusdam locis fit: communiter tamen ferè olera tantum intingunt. Ita scribitur in Talmud, Hillélem, stante adhuc domo sanctuarium, solitum fuisse particulam de agno Paschali, particulam item seu offulam azymam, & amararum herbarum aliquid, convolvere vel in unum compingere, & sic conjunctum

intingere & comedere. Vide in Leutsch Num. 477. §. 1. Talmud Pesachim, fol. 115. 1. Sed hoc nihil haec tenus ad Cœnæ Dominicæ illustrationem, cum ante eam institutam id factitatum fuerit. Baronius in Annalibus suis etiam quædam adducit his planè similia, & quidem in quibusdam de verbo ad verbum convenientia, ut vel alter ab altero, vel iterq; ex eodem fonte ea haussisse videatur. Baronius autem, ut majorem verbis suis fidem conciliat, prætendit, se ex Antiquo Rituali quodam ista descriptisse. Itaq; charactere etiam peculiari distinxit, ac si de verbo ad verbum illa ex Rituali illo antiquo transcripsisset. Sed illius Ritualis nec nomen, nec inscriptio nem, nec authorem, nec impressionis locum nominat, quod utique in re tam rara facere debuisset, ut & aliis inspiciendi facultas data fuisset. Plurimos enim Hebraei libros Rituales habent. Inter præcipuos sunt, *Arbatum*, *Schilchan aruch*, *Jad chasakah Majemonidis* (*Karro vulgo dictus*) *Col-bo*, *Sepher mitzvot gadol*, *Levuschim R. Mardochaj Japhe*, *Maharil*, *Minhagim*, &c. His omnibus, ea, quæ Baronius illic habet, ita sunt contraria, ut palam scribere non verear, illa, sive studio, sive ex ignorantia, pessimè & corruptissimè, planè contra libri illius ritualis (quisquis ille demum sit) mentem, esse versa, & variis modis inversa, perversa, confusa, & depravata, ut vix vestigium veri alicuius Hebræorum ritus deprehendi possit. Ex nullo Rituali Hebraico illa, iis verbis, eo ordine, eo sensu, descripta & translata esse, tam mihi certum est, quam quod certissimum, undecunque ea corraserit Baronius. Quarto, limâ accuratiore indiget allegatio illa ex Digestu Talmudicis Titulo, פסחין פסחים עירובין. Non est Titulus Talmudicus qui sic vocatur: Titulus enim est *Tractatus*, *Codex*, *Heb.* בפסחים *Masechet*; sed est *Caput Tituli*. Titulus seu *Maseches*, ex quo hæc verba citantur, vocatur פסחים פסחים *Pesachim*, & agit de Paschate; *Caput* autem, ex quo citantur, vocatur à primis verbis, non פסחים, ut in Scaligero scribitur, quod esset, *Commixtiones Paschatum*, sed; עירובין פסחים *Vespere*, *Parasceve* *Paschatum*: & est caput decimum & ultimum illius Tituli sive *Tractatus*. Similis error est Genebrardi in Chronologia p. 216. ubi ait; quemlibet diem Veneris ab Hebrais nominari *Parasceven*, sive ut loquuntur עירובין Erubb. Malè: no Erub, sed עירובין Eref. Quid sit עירובין Erub in materia de sabbatho, & aliis festis, vide in Lexico Talmudico p. 1657.

7. quod ait; Sub gaujape & mappâ illos aliam tortam azymam reservasse (ad finem scil. convivii, loco belliorum) & in tot frusta fregisse, quot in contubernio sive φετεροι convivatores erant; id mihi dubium est. Nam ex Ritualibus illorum discimus, illos medium placentam hodie in finem Cœnæ reservare, ut interficiat loco ipsius Agni, quo his temporibus destituuntur. Itaque probabile non est, eandem olim observatam suissationem, quando Agnum Pascha-

Paschalem ipsum habebant, & eo vescebantur. Sed hic adhuc nihil certi statu& defini&.

8. Benedictio ista super azymo non siebat & recitabatur in mensis, ut ille vocat, secundis, & circa ultimam placentam: sed ab initio cœnæ, ante esum agni paschalis, super primâ & secundâ, vel potius sesquiplacentâ (integrâ enim cum dimidia hîc sumunt, cum in aliis festis duos integros panes accipiant, ut videre est in Synagogâ Judaicâ cap. 18.) Similiter

9. Alterum illud carmen lingua Chaldaicâ conceptum, cuius meminit non sub finem cœnæ, & ad ultimam placentam fuit recitatum, sed mox ab initio, & ante præcedentem benedictionem, post primam placentam in manus sumptam. Patet id vel inde, quod in eo istis verbis; *Quisquis esurit, veniat & comedat: quisquis opus habet, veniat & Paschatizet;* pauperes invitentur, quibus non suppetit, unde necessaria ad Pascha comparent. Præpostorè autem fieret hæc invitatio, si cœnâ factâ ad vocarentur. Itaq; omnia hîc confunduntur.

10. In translatione Græcâ istius carminis notandum quoque ἀφάντημα (procul dubio) typographicum. Primum enim ἀλλα, in vocibus illis, νῦν μὴ ἐνέργεια θέλοι, superfluum est, & simpliciter legendum, νῦν μὴ ἐνέργεια, εἰς τελεῖα δὲ, &c. Sed in repetitione illorum verborum rectè sic legitur, ut eiliquet, qui verba ipsa Hebraica conferre potest.

His itaque sic præmissis, quod minus primæ sententiæ assensum largiri queam, sequentes præcipue obstant rationes: *primo*, quia Hebræi nihil de distinta Cœna Agni & Azymorum tradunt, sed ea conjungunt: *secundo*, quia docent, Agnum non primo, & ab initio Cœnæ, sed in fine ejus, comestum fuisse, posteaquam jam aliquo modo aliis epulis fames expleta & depulsa esset: *tertiō*, quia post cœnam agni nulla amplius mensa vel convivium agitabatur, sed addito poculo gratiarum actionis claudebatur: *quarto*, quia tradunt, nulla ἀπόστολος apposita fuisse in Cœna Paschali. Quod vero quidam hujus sententiae patroni scribunt, *Absoluta Cœna Paschali agni in mensis secundis Cœnam institutam fuisse sacram*, oppositum mihi videtur esse in apposito. Nam quomodo Cœna Paschalis fuit absoluta, si secundæ Mensæ restabant? Sic non absoluta, sed abrupta potius fuisse, quod non immerito Calvino absurdum videtur. An nos duas hodiè facimus cœnas, ex iis quæ primis mensis inferuntur, & ex mensis secundis? Sic tot fient cœnæ, vel prandia diversa, quot missus. Adde quod ea, ex quibus illi mensas secundas faciunt, statim initio cœnæ in mensa, ex ipsorum quoq; sententia, fuerunt apposita; Panes nempe Azymi. Quomodo igitur duplarem inde faciemus Cœnam, ita ut peculiaris quoque lotio ad

eam requisita fuerit? Sed Mensas istas secundas planè ignorat Historia Ju-
daica.

Secunda sententia est eorum, qui triplicem hīc faciunt Cœnam. Ethī
iterum discrepant: quidam ita distinguunt, ut faciant *Primam Agni*, *Secun-*
dam Azymorum, *Tertiam Novæ Cœnæ Sacræ*. Sic Andreas Seelmaterus
in Symphonia Evangelistarum, & quidam alii. *Alii pro secunda Cœna Azymorum* ponunt *Cœnam communem usualē* aliorum ciborum post Agnum;
eò quod ex solo agno saturari non poterant omnes personæ familiæ, si illa
præsertim ampla esset & numerosa. Sic Maldonatus, Cornelius à Lapide
& alii. In hanc quoq; sententiam scribit Hugo Grotius in Annotationi-
bus suis in Evang. libros nuper editis, *ut ante Cœnam justam in Paschate Ovina*
antecebat cœna ritualis agni aut hœdi cum azymis, & herbis amaris: sic in Paschate com-
memorativo (quod ille vocat) cœnam quandam iouis xæsar, cœna (sc. justæ & or-
dinariae) permissam fuisse, sed sine sacrificio. Sed neutri horum quoque senten-
tiæ astipulari possum. Azymorum cœna peculiaris in superioribus jam
me est sublata. Iisdem quoque argumentis tollitur Cœna communis &
usualis post esum Agni. Illa enim, ut suprà quoque visum, potius esum
agni præcessit, quam secuta est. Planè hac ratione invertuntur ritus He-
bræorum.

Tertia itaq; sententia superest eorum, qui duas hīc tantum, sed hoc pacto,
faciunt Cœnas; Unam, Agni Paschalis: Alteram, Cœnæ Sactæ novæ à
Christo institutæ, post penitus peractam Cœnam paschalem, ita tamen, ut
continuò ei, & uno quasi actu, mensis non sublati, subjuncta fuerit. In
hac sententia video fuisse veteres plerosq; omnes, quam etiam superioris
ævi Theologi pleriq; sunt secuti, & inter eos magnus & judiciosissimus
Calvinus, qui ad y. 26. cap. 26. Matthæi rectissimè scribit; *Ego hac verba non ita*
accipio, quasi Cœna Paschali hec nova & longè excellentior, permissta fuerit, sed potius si-
nem tum priori convivio fuisse impositum. Et hanc ego quoq; verissimam esse ar-
bitror, & sequentibus rationibus confirmo & demonstro:

1. Christus procul dubio, cùm Pascha hoc discipulos jussérat præpara-
re, & certum locum, ubi id comedere velit, illis designaverit; illud quoq;
celebravit.

2. Verisimile est, plerisque eruditorum ita sentientibus, Christum non
solum secundum Legem, ut illam impleret, sed & secundum consuetudin-
em Judæorum illius temporis, hoc ultimum quoque Pascha, non minùs
ac reliqua, celebrasse, & illorum moribus, si non in omnibus, saltem in ple-
risque, se accommodasse.

3. Ex receptâ autem tum consuetudine Judæorum, ut vidimus, ex-
erat

erat Cœnæ Paschalis ratio, ut Agnus in illius fine, ἡγεμονίᾳ hospitibus aliquo modo saturis, comederetur, ita ut nihil quicquam post agnum cibi capere licetum ac permisum fuerit, idq; ut sapor agni in iporum ore remaneret. Itaque aliter fieri non potuit, quam ut Cœnâ Paschali absolutâ demum id institueret.

4. Non potuit Christus, Cœnâ Paschali adhuc durante, Novum Sacramentum instituere. Nam Novum Sacramentum non habet locum, nisi abrogato Veneri. Vetus ritè non abrogari potuisset, si adhuc durasset, & in ipso actu fuisse. Durasset autem utique, si mensæ secundæ adhuc restitissent.

5. Ex dignitate Sacramenti hujus omnino etiam esse videtur, ut pecuniaris illius Institutioni actus assignetur, neque cum Veteri Paschate commisceatur; uti recte Calvinus & Pareus sentiunt.

6. Natura insuper istius Sacramenti hoc requisivit. Cum enim in locum Agni succedere debuerit, non erat, nisi post illud absolutum & finitum, instituendum.

7. Concordant Evangelistæ Lucas, & Johannes. Lucas quidem cap. 22. v. 20, ubi ait, Christum poculum sumpsisse Μετὰ τὸ οἰνοῦ ποστquam cœnasse. Sic Paulus I. Cor. II. 24. Quis enim horum verborum sensus sit, post ea, quæ à nobis dicta sunt, non potest amplius esse obscurum. Et nos ea non solum ad poculum, sed ad totam actionem, referenda esse existimamus. Non enim diversis temporibus & astibus Panem & Vinum sumpsit ac distribuit.

8. Eodem spectare videntur verba Johannis cap. 13. vers. 2. Καὶ σέβηται Ἰησοῦς. Et cœnâ (scil. Agni Paschalis) factâ. Et vers. 4. ἵζεσθαι ἐν τῷ οἴνῳ Surgit à cœna (scil. Agni Paschalis) Ex quibus simul & hoc liquere videtur, quo tempore Lotio pedum discipulorum à Christo facta fuerit; quod videlicet intercesserit inter Cœnam Paschalem, & Cœnam Dominicam: ita ut, eâ peractâ, continuò ad Institutionem hujus Cœnæ Sacræ & Novæ se compo- fuerit, quod iterum ibidem Johannes clarissimis verbis innuit, dum ait v. 12. Οὐκ ἐν τῷ πόδει αὐτῶν, οὐ ἐλατε ταῖς μάταια αὐτῶν, ἀπετοὺν πάλιν Postquam ergo levaret pedes eorum, & pallium suum receperisset, rursum discubens, scil. ad Cœnam suam instituendam: quamvis historiam ejus deinde præterierit, magis in Concionibus Christi, quam historia ejus contexendâ, ubiq; occupatus Johannes. Ad hunc novum accubitum referendi quoq; sunt ejusdem capititis v. 23. & 28. collat. cum Johann. 21. v. 20. De Pedum lotione ipsa plura mox dicentur. Novi, hæc à multis aliter exponi. Ita vero planissima, & cum Historia Veteri consona, mihi esse videntur. Vulgares expo- fitiones

sitiones cæteræ, neque secum ipsæ satis concordant, nec nullum in Judaica Historia solidum habent fundamentum:

9. Denique hoc idem sensisse videretur D. Hieronymus, eruditissimus & antiquitatis peritissimus literarum sacrarum interpres. Ille enim Matth. 26. ita scribit: *Postquam typicum Pascha fuerat impletum, & agni carnes cum Apostolis comederat, assumit panem qui confortat cor hominis, & ad verum Pascha transgreditur Sacramentum.* Sic Venerabilis Beda: *Finitis Pasche Veteris solenniis, que in Commemoratione antiqui, de Aegypto liberationis, populi Dei agitabantur: transit ad novum, quod in sue redēctionis memoriam, Ecclesiam frequentare solebat, ut videlicet pro carne ac sanguine agni, sui corporis ac sanguinis Sacramentum substitueret.* Lyranus in Matth. *Postquam comederant carnes agni Paschalis, antequam surgerent de Cœna.* Et in Luc. cap. 22. *Hic consequenter instituit Eucharistie Sacramentum, post Legale convivium, &c.* Sed satis de istis.

IL

DE MATERIA.

XV. MATERIA M Sacri & Divini hujus Epuli, à Christo ipso celebrati, quod attinet, fuit ea tum *Externa*, tum *Internæ*; sive *Signum* & *Signatum*.

XVI. Materia externa sive *Signa* duo sunt; *PANIS* & *VINUM*, quibus duobus, licet materialiter distinctis, unum tamen hoc Cœnæ Sacramentum formaliter & perfectivè constituit Dominus Jesus Christus. Matth. 26. v. 26. *Edentibus eis accepit Jesus Panem, &c. v. 27. Et accipiens poculum, &c.* Post utrumque hoc signum adhibitum, dixit; *Hoc facite in mei recordationem*, teste Paulo, 1. ad Corinth. 11. v. 24. & 25. ita tamen, ut ea non per intinctionem confuderit aut miscuerit, sed separatim unumquodque & tractarit, & distribuerit, uti expressè verba Institutionis testantur.

XVII. PANIS autem, quem sumpsit, & quo usus est Christus, sine dubio fuit Azymus. Eum enim panem adhibuisse videretur, qui tūm præstò & ad manus erat. Tum temporis autem ex Lege, Judæis nullum alium, quam Azymum, habere licebat, Exod. 13.7. quam Legem Christus procul dubio violare & transgredivit tum noluit. Et, si superstitiosa illa fermenti inquisitio & expurgatio tum temporis jam usitata fuit

ffuit, quam Talmudici præscribunt, quamq; Judæi hodiè usurpant (ut videre est in Syn. Jud. cap. 16.) ad quam quoq; respicere videtur Paulus 1. ad Cor. 5. 7. vix credibile est, alium panem potuisse habere Christum ad manus & in promptu. Novi, aliter sentire Epiphanium, Hæresi 50. Chrysostomum Homiliâ 82. in Johannem, & Ecclesiâ Græcas, quæ volunt, Christum legitimum diem anticipasse, & proinde ad suum Pascha ἡγεμονα, non ἀρχη, adhibuisse. Unde & ipsi in Eucharistia pane fermentato utuntur, & caliis utendum esse urgent. Nolo hîc ullâ ratione intricatam illam controversiam ingredi de die, quo Christus, & Judæi, Agnum Paschalem comederint? sed eam suo loco hac vice quidem relinquo, neque huic sententiæ de fermentatis panibus à Christo in Festo Paschatis, ac proinde in S. Cœna quoq; usurpatis, obesse puto. Nam cùm ideo procul dubio Christus Pascha celebrarit, ut Legi satisfaceret; Lex autem azymos æquè ac Agnum præcepit in eo festo, dubium non est, Christum utriq; præcepto satisfecisse, sive eodem die cum Judæis Pascha comederit, sive diem anticiparit. Et dum Christus discipulis mandavit, ut sibi Pascha pararent, generale procul dubio mandatum dedit de omnibus iis, quæ ad festum illud ritè secundum legem obeundum pertinebant, ne quis miretur, unde Christus azymos habere potuerit, si Judæos anticipavit.

XVIII. Itaq; tali tortâ azymâ usus videtur Christus, quales tum in usu inter Judæos fuerunt, qualesq; Paterfamilias ille, in cuius domo Pascha celebravit, illi apposuit. Eæ autem non fuerunt parvæ ejusmodi placentulæ rotundæ, tenues, spumosæ, quales hodiè in multis Christianorum Ecclesiis visuntur in S. Cœnâ: sed placentæ grandiores, quæ in frusta inter convivas totius mensæ distribui possent, & tenues quidem atq; latæ, sed tamen etiam mediocrem crassitudinem habentes, instar Panum nostrorum dulciorum rotundorum, ut ad nutritionem corporis aptæ & idoneæ essent. Ideo autem non nimis crassas illas faciunt, ut communes panis tortas, sed paulò tenuiores, quia panes tenues non ita facile fermentantur, ut panes crassi. Vide Levusch hachur Numer. 460. §. 4. Hebræi eas in genere appellant מְזָזוֹת Mazzot. Tres verò illas quas nocte primâ hujus festi comedunt, in specie vocant מִזְבֵּחַ Mizvos q. Placentas præcepti, h.e. singulariter à Deo mandatas, & universis ac singulis imperatas, quod observandum Rituales ipsorum libros legenti, ob vocum affinitatem. De illarum materia, præparatione, & forma, videatur Synagoga Judaica cap. 17. Non enim lubet ea huc transcribere. Probabile etiam est, Christum panem ejusmodi fermentatum integrum, non dimidiatum, adhibuisse: quod ideo observo, quia nonnulli hanç Christi fractionem volunt intelligen-

dam de dimidia illa torta, quam hodie sub finem Agni Paschalis comedunt. Nam 1. cum dimidiata illa torta, in finem cœnæ reservetur ad memoriam Agni, quem hodie extra terram sanctam illis maestare vel edere fas non est, stante templo, in terra sancta, nullus, vel saltem non is, illius videtur fuisse usus, quod tamen in medio relinquimus: 2. quia benedictio semper recitari solet *על פת שם super panem integrum*, si quidem adfit, & haberri possit; idq; *שחוא ורב בורן על השלמה* propter dignitatem *Benedictionis*, que, *super eo quod perfectum est*, fieri debet honoris causa, Levusch hattechelth Num. 167. §. 1. 3. quia uno pane integro melius repræsentatur Unitas corporis mystici Christi, tum inter se, tum cum capite Christo, de qua Apostolus 1. ad Cor. 10. 17. *Quoniam ut unus est panis, sic unus corpus multi sumus: nam omnes unius panis sumus particeps.* 4. quia nihil sacræ huic Cœnæ commune cum Cœna Paschali, cui finem & coridonem jam Christus imposuerat, neq; ulla pacto duæ istæ actiones sunt confundendæ.

XIX. Quæritur hoc loco;

Cum Christus in prima Cœna pane azymo & fermentato sit usus;; annon & hodie tales sint adhibendi & usurpandi, ut conformem cum prima Cœnam habeamus?

R. 1. Hoc minimè esse necessarium. Nam 1. quod Christus hoc loco azymum panem usurpavit, id factum est per accidens, ex necessitate, non absolutâ, quod talis panis ad hujus Sacramenti celebrationem, vel tum fuerit, vel in posterum debuerit esse necessarius; sed tali, quam præsentis tum temporis circumstantia ei imponebat. Talis necessitas hodie nos non premit vel urget. Et Azymus panis erat *חגא* Præceptum Legale Festi Paschatis. Christus autem non instituit epulum Paschale legale; sed illud abrogavit, & Novam Cœnam instituit, quæ quibusvis temporibus celebrari poterat & debebat. Unde nulla amplius est necessitas Azymum panem usurpandi. Insuper ab hac necessitate videtur nos liberare Paulus 1. ad Cor. 5. §. 7.

2. Nec tamen omnino eam Cœnam damnandam esse, ubi usurpantur. Cavenda autem hic 1. omnis superstitione, & necessitatis opinio: 2. vitrandæ spumosæ istæ placentæ tenues, tum quadratæ, tum in primis orbiculatæ, numuli figuram referentes, & insuper à quibusdam crucifixi imagine signatæ; in memoriam, uti volunt, Christi, triginta argenteis nummis à Juda proditi, & crucifixi. Tales enim Christus non usurpavit, sed quales Judæis in usu erant, Deinde communio illa, per unum panem de quo.

de quo omnes participant, significata & repræsentata, his orbiculis tollitur. Denique Fractio quoque impeditur. Confer inf. th. 57.

3. Rectius videri, si adhibetur panis fermentatus ordinarius, & nutritivus. Nam 1. ut modò dictum, Christus noluit ad formam epuli Paschalis, Sacram suam Coenam instituere, quia noluit eam ad certi anni temporis circumstantiam esse alligatam, & Pascha Legale cum præcepto Azymorum hoc Paschate ab ipso fuere sublata & antiquata: 2. quia ita jam in usu fuisse videtur temporibus Apostolorum, & quidem tūm in Iudea tūm apud Gentes. Act 2. v. 42. Erantq; perdurantes in doctrina Apostolorum, & communicatione, & fractione panis, ubi notandum quod Syrus habeat; Et in fractione Eucharistia. Vide & Act. 20. v. 7. In primis autem colligitur hoc ex 1. Cor. 10. v. 16. 17. ubi Paulus ait; Panis quem frangimus, nonne est communio corporis Christi? Quoniam unus est panis, unum corpus nos multi sumus: nam omnes ex uno illo pane participamus. Nam his verbis omnino videtur respicere ad Panem fermentatum integrum ordinarium, quo utebantur, quem frangebant, & super quo solebant, & etiamnum hodie solent, Judæi benedictionem recitare. Vocatur Judæis *כַּרְבָּתְרָה* Torta panis. Hinc apud Majemonidem, in *Hilchos Berachos* cap. 7. §. 4. Optimum est, si frangatur panis integer. Sic in *Orach chajim* Num. 167. §. 14. אָמֵן כֹּל אָוָלִים מִכֶּבֶד אֶחָד Si omnes comedant de pane uno, tum paterfamilias frangens paneum dat unicuique partem suam antequam comedat. Sic: חֲבוֹצָע נָתֵן פְּרוֹסָה מִכְּרָוֶן לְפִנֵּי כָּל אַתָּה Frangens panem, dat unicuique frustum de pane suo. Et quia ex scriptis Apostolorum liquet, primos Christianos frequenter Sacram Coenam, adeoq; singulis diebus Dominicis, celebrasse; nequaquam probabile est, illos in hunc usum Azymos panes coxisse, 1. ad Cor. 5. v. 7. 8. 3. Pane fermentato integro, apto ad frangendum & distribuendum inter omnes communicantes, elegantissime & appositissime repræsentatur, tūm Communio illa cum Christo & membrorum inter se, 1. Cor. 10. tūm Spiritualis illa nutritio animæ per carnem Christi, Joh. 6. Haec sufficiant de Signo primo, nimirum *Pane*.

XX. Videamus nunc alterum quoq; Signum, *Vinum* videlicet, quod Evangelistæ vocant *γεννημα της ουπέλας*, Genimen vitiæ, ut Hebræi *פְּרִי הַגָּבֵן* Fructum vitis, Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Judæi præstantissimum & generosissimum vinum, & hac de causa Rubrum communiter, comparare jubent ad Festi Paschalis celebrationem. Hinc scribunt in *Levusch* הַלְכָות פֶּסַח Num. 172. §. II. אֶזְעָם שְׁדוּכוֹ לְהַזְּבֵחַ מִשְׁׁבָּחָת מִן הַלְּבָבָן Præceptum est, inquirere & comparare vinum ru-

ברום; quia illud generosius esse solet; quam album. Unde, אֲמַת שָׁלֵן זְהֹא: Si constet, album esse melius, quam rubrum; illud prefertur. Vino autem utuntur quandoq; puro & mero, quandoq; diluto, ita ut id sit liberum & indifferens. Unde in Sepher mitzvoth gadol fol. 118. l. Mensura poculi est quartarius; בֵין זְוַעַבִין שֶׁן בֵין ח' ב' מ' מ' rini sive novi sive veteris; puri seu diluti, uti traditur in Tosephos. Aliquando etiam adhibent vinum Aromatices, קְנַדְתָּן conditum illis dictum. An Christus usus sit rubro an verò albo? perinde nobis est. Constat ipsum adhibuisse Vinum: illud procul dubio, citra superstitionem, quod ab illo Paterfamilias, in cuius ædibus Pascha celebravit, fuit propositum.

XXI. Christus vocat πόντον Poculum; Paulus Poculum benedictionis, כּוֹסֶם הַכְּרָבִית & Poculum Domini; metonymicā locutione & per ellipsis, pro Poculum vini; ad imitationem Hebraeorum, qui in historia & ritibus Paschatis describendis, ubi de vino illius festi vel cenæ agunt, tantum בּוּם Poculi, vel כּוֹסֶת Poculorum mentionem faciunt: ut צְרוּךְ כִּי אָדָם לְשֻׁתָּה בְּ כּוֹסֶת Omnes in cœna Paschali oportet quatuor pocula libere: Item, שָׂוְתָה בּוּם שְׁנִי בְּ כּוֹסֶם secundum. Sic, צְרוּךְ לְבָרָךְ אֶל בּוּם וּכְסֶם Benedicendum est super quolibet poculo. Vide inox iterum aliquid de hoc poculo.

XXII. De Materia poculorum in Cœna Paschali, nihil scribunt, sed de mensura & capacitate, quam dicunt fuisse רַבְעִית quartarium. In Sepher mitzvoth gadol: צְעִירָה כִּי כָסְמָה מִתְחַדֵּת Mensura cuiusq; poculi est quartarius. Nihil etiam praescribitur de Forma. Beda de locis sanctis cap. 2. refert, Christi poculum suo tempore Hierosolymis visum, argenteum; sextarii Gallici capax, & αρμφωλή: e. ex utraq; parte an satum fuisse, cuiusmodi poculorum usus apud Graecos antiquissimus. Fides esto penes illum Chrysostom. Hom. 60. ad pop. Non erat calix aureus, prætiosa tamen erant illa omnia & tremenda, quoniam erant spiritu plena. Videatur & Gabriel Biel lect. 52. in Canonem Missæ. Sufficiant hæc de Materia Externa.

XXIII. Materia interna, sive Signatum in hoc Sacramento duplex est; duplice Materiæ externæ respondens; Corpus vide-licet, & Sanguis Christi; illud, quæ crucifixum & fractum; hic, quæ effusus. Utriusque hujus meminit quoque Christus.

XXIV. Panis, tamquam signo Externo, respondet Corpus Christi, pro nobis datum & fractum. Docet hoc Christus, dum panem discipulis exhibendo & præbendō, ait; Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: quod Paulus 1. ad Cor. 10. v. 16. explicat; Panis quem frangimus; nonne communio corporis Christi est? Plura

Mura ad hanc locutionem explicandam, post tot insignes Theologos, addere nunclibet, ne vel actum agere, vel funestam illam contentionis Sacramentalis ferram ego quoque hic reciprocare velle videar. Externos hac vice ritus potissimum persequi & illustrare, mihi est propositum:

XXV. Apud Veteres Hebreos Agnus assūs, in Cœna Paschali in mensa appositus, vocabatur olim נספּוֹ שֶׁל פָּסְחָה Corpus Paschatis, vel integrè כְּבֵשׂ הַפָּסְחָה Corpus Agni Paschalis. Hinc legitur in Talmud, Tractatu de Paschate, cap. ultimo, in Mischnâ: מִבְּמִקְרָא קָדוֹשׁ טְבִיאָס לְפָנֵינוּ גַּוּפּוֹ שֶׁל פָּסְחָה In Sanduario, (id est, durante & stante adhuc Sanctuario) apponeliant coram eo Corpus paschatis, sive Agni Paschalis. Sic in R. Mose Majemonide in Hilchos Châmetz umâtzah cap. 8. §. 1. מִבְּאַיִן שְׁלֹחֵן עֲרוֹךְ וְעַלְיוֹן מְרוֹרָה וַיְמִירָק אַחֲרֵנוּ וְמִצְחָצָנוּ שֶׁל כְּבֵשׂ הַפָּסְחָה Afferebant olim coram eo mensam apparatam, & super ea herbas amaras, atiacq. olera, panem azymum, & corpus Agni Paschalis. Et iterum §. 7. מִבְּרַךְ אַוְכֵל Benedic!, & comedit de corpore Paschatis. Sic in libro Mechilta, qui ex antiquioribus est, fol. 4. col. 1. חָסָף לְזַהֲרֵב שְׁתִ' מִצּוֹת דְּזֹא מִן הַמְצָה Addit ei (scil. Agno Paschali) Scriptura duo adhuc precepta alia (Azymorum sc. & Amarorum) prater id quod de corpore ipsius dedit (ut videlicet igni asfetur.) R. Bechaj fol. 75, 2. ad Exo. cap. 12. וַיַּדְעַ בְּ חַפְיזָה בְּכָאֵן בְּגָנוֹ הַפָּסְחָה הַתָּה Constat, quod ea, que de Corpore Paschatis in hoc capite habentur, praeceptum fuerint perpetuum. De corpore Paschatis, h.e. de ipso Agno Paschali. An ergo fortè Christus ad hanc locutionem hic allusit, quasi voluisse dicere; Ecce modo maëstatis & comedistiis נִסְפּוֹ שֶׁל כְּבֵשׂ הַפָּסְחָה corpus Agni Paschalis, tanquam memoriale liberationis Aegyptiacæ, & typum corporis mei pro vobis in mortem tradendi: sed nunc Agnum Paschalem & corpus illius abrogatum volo, & pane isto mediante, exhibeo vobis Corpus meum, quod jam-jam pro vobis in mortem tradi & frangi debet, ut in posterum memoriale habeatis & symbolum tunc mei, qui verus ille sum Agnus, per typicum figuratus, tunc sacrificium mei, non peragendi, sed reipsa jam peracti & exhibiti; tunc deniq. liberationis, non ex Aegypto corporali & terrestri, sed spirituali, per remissionem peccatorum. Nam, uti alia in V. Test. umbra erant rerum futurarum: τό δέ σωματα corporis autem Christi, Coloss. 2. v. 14. ita quoque Agnus Paschalis, Joh. 1. 29 i. Petr. 1. v. 19. Apocal. 13. 8. &c. Haec conjectura probabilior fortassis videri possit, quam illorum, qui haec verba conferunt cum illis, quæ habentur in legendâ Judaicâ Paschali, הא לְחַמָּא דְעַנְיָא דִ' אַכְלֵי אַבְהָתָא בָּאַרְעָא דְמִזְרָחִים Hic, vel, Talis est panis afflictionis, quem comederunt Patres nostri in terra Aegypti: quicunq. esuit, veniat & comedat, &c. Sed in medio hoc relinquimus & nihil aslevamus.

XXVI. *Vino, tamquam altero Sacramenti hujus signo, responderet Sanguis Christi; non simpliciter, sed quatenus effusus pronobis in remissionem peccatorum; Et accepto poculo, &c. dixit; Hoc est sanguis meus Novi illius Testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum, Matth. 26. Marc. 14. v. 24. Lucæ 22. 20. Paulus ait; Poculum benedictionis, cui benedicimus, nonne communio sanguinis Christi est? 1. Cor. 10. 16.*

XXVII. Dum ergo utraq; materia interna ita limitatur, ut dicatur, *Corpus Christi nobis dari, quatenus pro nobis datum, h. e. crucifixum & mortuum; Sanguinem, quatenus pronobis effusus in remissionem peccatorum, hinc colligitur; In Cœna, neque Corpus & sanguinem Christi proponi absque mortis illius virtute, & beneficiorum communione: neq; Virtutem Mortis, Communioneq; beneficiorum, absq; corpore & sanguine; sed utrumq; simul, propriam causam, cum proprio effecto, & proprium effectum cum propria causa. Ut proinde hæc quoq; ad Materiam hujus Sacramenti internam pertinere, intelligamus.*

III.

D E F O R M A.

XXVIII. Quemadmodum materiam hujus Sacramenti dixi fuisse duplificem: ita duplificem quoque constituo ejus Formam; *Externam scil. & Internam.*

XXIX. Ad Formam externam refero ea, quæ Christus in ipsa Cœnæ administratione partim ipse peregit & observavit, partim discipulis observanda & agenda mandavit. Ea consistunt partim in Factis, partim in Dictis. Suntque vel Antecedentia Cœnam, vel Comitantia, vel Consequentia.

XXX. Ad Antecedentia referunt communiter *Lotionem pedum discipulorum*, cuius Johannes meminit cap. 13. à v. 4. ad 18. De hac istam placet hic proponere quæstionem; *Utrum Lotionem pedum ritus fuerit ordinarius, à Judais in Festo Paschatis, & aliis conviviis, ante accubitum observatus?*

Ita quidem sentiunt Viri docti plerique omnes; Scaliger suprà citato loco, Beza, Baronius, alii; & quidem ita confidenter & indubitanter, ut doctissimus Casaubonus Exercitationa xvi, contra Baronium, Num. 22. scribat;

Scribat; *Hoc non solum verum, sed vel pueris notum esse, morem fuisse Iudaorum, pedes ante accubitum lavandi.*

Sed, pace tantorum virorum, ego contrà ajo, in omnibus Iudaorum libris nec volam nec vestigium hujus moris reperiri, neq; etiam vel doctissimis Rabbinis, ne dum pueris, fando quicquam de hoc more inauditum unquam esse. Perlustrantur omnes illorum libri Rituales, evolvatur totum Talmud, ne unicum quidem testimonium inde producetur. Itaque eadem fide h̄ic Rituale Hebraicum Baronius pro hoc ritu in testimonium advocat, quā suprā pro Mensis secundis Paschalis convivii.

Et, si rectè attendamus, Lotio hæc non peracta fuit ante Cœnam pa-
schalem, sed ante Cœnam novam, ad finem perductâ veteri.

Scaliger lib. 6. de Emend. Tempor. Primo duplex pro hoc more ex He-
bræorum Ritualibus producit testimonium: *Primum ex verbis istis Agga-
dæ, sive Legendæ Paschalis: מה נשתנה חמץ הילוח שבעל הלילות און און מטהבלט אפ' לו פעם אוזת והלילה זהה שת' פעםיס און און מטהבלט אפ' לו פעם אוזת והלילה זהה שת' פעםיס* quæ verba ille ita red-
dit; *Quām diversa nox hec à ceteris noctibus; quod in aliis noctibus semel tantum lavamus:*
in hac autem bis, &c. Sed pesimè ista sunt à Scaligero lecta, intellecta & con-
versa. Vox *טַבְלִים* non passim est punctanda, *Mittabelim*, sed activè,
מְטַבְּלִים *Metabbelim*; unde in quibusdam libris est ex Hiphil, *מְטַבְּלִים* *Matbelim*. Dein-
de, non agitur h̄ic de Lotione, sive pedum, sive manuum, sive totius corpo-
ris: Nihil etiam ibi de simplici lotione cæterarum noctium, vel duplici no-
ctis Paschalis. Verba illa itaq; sic sunt reddenda: *Quām diversa nox hec à ceteris
noctibus? Nam in aliis omnibus noctibus, ne semel quidem intingimus: in hac autem
nocte bis.* Agunt non de Lotione corporis: sed de intinctione herbarum
amararum, olerarum, vel etiam panis azymi, in embamma Charōseth, & in
Acetum. Hoc ita est apertum & manifestum, ut nihil sit apertius. Lucer-
nam in meridie inter Hebræos accendere videretur, qui hoc probare vellent.
Non semel, sed innumeris propè vicibus occurrit in Ritualibus hæc Intin-
gendi consuetudo. Idem error est in altero Canone Hebraico quem adfert:
אֲזֶן לְטַבֵּל שְׂנִי בָּמְרוֹן Opus est secundâ lotione tingi in intybis. Sensus enim
est; *Oportet secundâ intinctione intingere (non Intingi) intyba, (non, In intybis.)* Bis intingere solent herbas amaras: Prima intinctio fit ante coenam post ex-
haustum poculum primum, in Acetum, & vocatur *Tibbul rischon*. Altera, post poculum secundum, in embamma Charōseth, & vocatur
טְבִילָתְּ שְׁנִי Tibbul scheni. Vide Synag. Jud. cap. 18. Frustra itaq; sunt omnia, quæ
de Lotione pedum huic fundamento superstruuntur à Scaligero, & aliis.

Adfert deinde Scaliger locum illum Lucæ 7. 44. ubi Dominus ipse Pha-
risæo, à quo cœnâ exceptus fuerat, objicit, discubituro sibi aquam ad pedes da-
tam non fuisse.

Sedi

Sed locus ille nihil ad rem facit; Non enim dico, Pedum lotionem planè non in usu fuisse inter Judæos: sed hoc dico, non fuisse ordinarium morem in conviviis, vel in Festo Paschatis; vel saltem nullo idoneo testimonio, ex Hebræorum scriptis, hoc probari posse. Nam hoc certum & indubitatum est, hospitibus peregrè adventantibus aquam ad pedes abluerendos fuisse præbitam & exhibitam, tūm ad detergendum pulverem, itinere contractum, tūm, quod id ad lassitudinem viæ & cæstus tollendam, pertineret. Patet id exemplo Abrahami, Genef. 18. 4. Lothi, Genef. 19. 2. Viri illius de monte Ephraim, Judic. 19. 21. Hoc est itaq; quod hoc loco Christus Pharisæo illi objicit, quod sibi, ex itinere Hierosolymam recens adventanti hospiti, hoc humanitatis & hospitalitatis officium non exhibuerit. Ex toto enim illo capite constat, Christum eo tempore iter fecisse, & de uno loco in alium transmigrasse. Ad hunc morem respicit Paulus 1. ad Tim. 5. §. 10. εἰ ἦλιος πόδας ἔνθετο Si sanctorum pedes lavit; synecdochice unam officii speciem pro omnibus ponens.

Denique adducit Scaliger exemplum Pharisæi illius, qui, cùm Iesum ad cœnam invitasset, mirabatur, eum, antequam totum corpus abluisset, discubuisse; οὐδὲ πέπλον ἐσπάνει τὸν κρέας. Lucæ 11. 38.

Ad hoc 1. responderi potest, verbum βαπτίζεσθαι hoc loco idem esse quod λούεσθαι & λεγείται, uti Beza explicat in Annotationibus majoribus, ut pro Manuum lotione duntaxat usurpetur.

2. Si quis urgeat, totius corporis lotionem intelligi; dico id non ad rem facere: quia hoc loco quæstio est de Lotione pedum. Integrum corpus lavari solebat ob contractam immunditiam aliquam, Lege prohibitam, vel saltem Statutis Rabinorum & Pharisæorum. Et verisimile videtur, ideo Pharisæum hunc miratum esse, Christum accumbentem ad mensam, ante prandium non lotum fuisse, quod Christus recens ex magna turba hominum promiscuorum venerit (§. 29.) unde, ex Pharisæorum opinione, immunditatem contraxerat, ac proinde lotione opus habuisse ipse videbatur. Hinc cum hominibus plebejis non solum non comedebant, Matt. 9. 11. non ambulabant; unde dicunt; אֵין דָרְךָ הַחֲנִימָם לְאַתָּה מִן־הָאָרֶץ וּמִן־גּוֹבֵיς Non solent sapientes egredi cum hominibus plebejis, vilibus & contemptis: Et Chaldaicè, אֵין גָּדֵל בְּאוּכְלָסָא וּבְנָנָא Non egreduntur cum populo Rabbini nostri: sed ne tangi quidem ab illis volebant; unde in libro יְמִינָה legitur (citante Drusio de Trib. sc̄tis Judæorum lib. 2. p. 98.) Pharisæi non permittebant se tangi à populis terra. Hinc dicit Pharisæus ille Lucæ 7. 39. Hic, si esset Propheta, nosset, que & qualis sit ea mulier qua tangit ipsum. Nam est peccatrix, q. d. Utiq; non permitteret, ut ab ipsa tangeretur. Vide & Jesa. 65. 5. Ita, teste

recte Epiphanio contra Hæres. lib. I. Mos Samaritarum est, cùm Judæo occurrerent, aut Christiano, aut Muhametano, ut dicant; Ne tangas me. Eos enim omnes, qui diversam religionem profissentur, pro pollutis habent. Apposita sunt hanc ad rem verba Epiphani: Ἐχετε γάρ τις αἰδηταὶ τιναί εἰσι οὐ παλαιαὶ. Εἴρηται δὲ καὶ μεμικρύδιοι στύθει. Οὐδαὶ τοις ιπαθοῖς βαπτιζόμενοι ἐπειδὴ οὐδέποτε τῶν αἰδητῶν. μαστός γάρ οὐ γένεται τὸ τινος αὐτοῦ, ἀλλὰ τινος αὐθεόπτου αὐτοῦ. αὐτος δέξιατο. i.e. Habent autem & alias quendam dementia consuetudines antiquas; quod videlicet urinā se prolunt, ubi ab exteris venerint, polluti nimirum. Et quod in aquam se unā cum vestibus immergunt, ubi contigerint alium ex alia gente. Inquinationem enim putant, aliquem attingere, aut alium quendam hominem alterius dogmatis tangere. Multa enim est horum dementia. Et aliquam multò post de Dositheis agens, αὐτοῖς inquit, οὐδὲ τοις τάσσεται, οὐδὲ τοις τάσσεται τοις τάσσεται. Τοῦτο τὸ βδελύτερον πάντων, οὐδιότερον, id est, Eodem modo etiam Circumcisōnem & Sabbathūn habent, & quod non attingunt aliquem, eo quod omnem hominem abominantur. Adhac solebant Pharisæi à foro venientes, non manus tantum, sed etiam totum reliquum corpus lavare ideò; quod in foro peccatores & immundi versarentur; Idque faciebant antequam cibum sumerent; ut est Marc. 7. 4. Καὶ δὲν ἀγορεύει, τὰς μὲν βαπτίσαντας, τὰς δὲ φορεῖσθαι. Quia itaque Pharisæus ille vidit Christum, ex magnâ turbâ, quam cinctus erat, venientem, existimavit, sanctitati ejus conveniens fore, si lavaretur, antequam cibum caperet.

Neque hic ergo locus, ad probandum istum morem in festo Paschali, facit. Hoc certum est, nihil de pedum lotione, eo sensu, apud Hebræos ullibi, quod putem, reperiiri.

Quoniam igitur tandem, inquietat aliquis, Factum hoc Christi referendum? Planè, respondeo, fuit factum extraordinarium, non inter ceremonias ordinarias vel Paschatis, vel Cœnæ referendum, quo discipulis suis insigni & admirando Humilitatis exemplo præire voluit, uti scipsum sati Christus ibidem explicat, v. 12. 13. 14. 15. 16. 17. unde Theophyl. recte scribit: Lex humilitatis hoc loco præcipitur. Simile exemplum est Abigaëlis, ad servos Davidis dicentis; Ecce Ancilla tua, in ancillam ad lavandum pedes servorum Domini mei, 1. Sam. 25. 41. Sic itaque non solum hospitalitatis, sed etiam extremæ humilitatis erat, pedes alteri lavare; Hospitalitatis aquam præbere; Submissionis, lavare. Hinc scribit R. Leviben Gerson ad istum locum; אמרה זו על צד הונחה להזרות שדי לה אם תחיה לאשה אחד מעכדי דוד; h. e. Dicit hoc per modum humilitatis, ad docendum, quod sibi satis foret, si fieret uxor annus è servis Davidis, eiq; pedes instar uxoris lavaret.

XXXI. Comitantia Coenam sunt ea, quæ Christus in ipsa Coenæ administratione peregit. Hæc duo sunt præcipue, Accubitus, & Signorum tractatio ipsa.

XXXII. Primo memorant Evangelistæ, Christum accubuisse; Ανέκειο, inquit Matthæus: sic Marcus, Ανακείενται αὐτῶν. Lucas, ἀνέπεσε. Johannes; Αναπτύσσων πάλιν. Quibus verbis respondebat apud Hebræos קם, quod in hac materia semper hoc sensu usurpatur pro Accumbere, Discubere cibi capiendi causâ; Unde, Accubitus: Accumbentes; forte quod Accubitus in Circulum fieri soleret, uti R. Hai exponit, notante Rabbenu Jona in Alphefi, Berachoth. סבב enim est Circuire, Ambire, &c. R. Moses ben Majemon in Berach. cap. 6. §. 6. in Misch-najoth, explicat per קתנה מטה' אכילתם על השם si inclinaverint; מטה' קתנה על eo quod soliti fuerint comedere super lecto parvo in φυγεῖα. Hinc etiam legitur pro Lecto, Pulvino, in quo ad mensam accumbitur, Talm, Schab. fol. 63. col. 1. lin. 1. idem sc. quod מטה'.

XXXIII. De ratione Accumbendi veteram, quæ apud Græcos & Latinos Scriptores reperiuntur, plures viri docti jam abundè scripsierunt. Iis relictis, placet ex Hebraicis quædam addere, quæ de ipsorum more Accumbendi mihi observata. In Talmud Codice de Benedictionibus cap. 7. fol. 46. col. 2. אמר ל'ה ד' ש גלותא לרב שתה אך עלי נב' דרבען קשיש' אthon פרסא' בצרא'. סעודה בקאי מיניעו בזמנ שון שת' מנות נזה' מסב בראשו שנ' לו למעלת הימנו בזמנ שhn שלש מנות גדו' מסב באמצע שנ' לו למעלת הימנו שליש' לו למטה הימנו Aechmalotarcha quidam ad Raf Scheschet: Etiamst veterani Rabbini vos sitis; Persa tamen, in iis quæ ad mensam & convictum pertinent, vobis longè sunt peritiores. Quando duo sunt lecti, maximus accumbit in capite, (h.e. primo lecto, vel, primo) & secundus supra ipsum. Quando tres lecti sunt; maximus accumbit in medio, secundus supra ipsum, tertius infra ipsum. [Glossa R. Salomonis ad hæc verba est: Quando duo sunt lecti] Confuerunt cibum capere accumbendo, super latus sinistrum inclinati, & pedibus in terra positis, unusquisque super peculiari lecto. Et secundus supra ipsum.) In lecto secundo versus cervicalia vel caput maximi. Quando tres, &c. tertius infra ipsum scil. ad pedes ejus.]. Sequitur in Talmud: אמר ל'ה וכו' בע' אשטע' בהדי מתרץ' תרוץ' זיתיב ומשתע' בהדי Dixit, (i. e. opposuit; scil. Raf Scheschet) ipsi (Aechmalotarchæ) Itaq, si velit (maximus scil. vel primus) colloqui (scil. cum secundo) oportet ut se erigat & assurgat (de accubitu suo,) erectusq; sedeat, ut cum ipso colloquatur? [Nam quamdiu inclinatus jacet, non potest cum ipso colloqui: quia secundus jacebat à capite ejus, & facies ejus (sc. majoris) aliorum, non versus ipsum est conversa. Itaque, vult

Vult dicere Raf Schescheth, videtur mihi melius esse, ut secundus sedeat infra ipsum, ut verba ejus, etiam cum inclinatus est, audire possit. אמר ליה [אָמַר לִיהְ] Respondit ei Aechmalotarcha; שָׁנָן פָּרָסָא' דָמָא' לִיהְ בְּמִחוֹג Aliam consuetudinem habent Persae; Nutibus & signis ei annuntiant, & mentem suam exprimunt. Et paucis interjectis iterum dicit Raf Schescheth: אֲנָא מִתְנִיתָא יְדֻעָא וְתַנְיָא כִּיצֵד סָלָר אֲנָא מִתְנִיתָא יְדֻעָא וְתַנְיָא כִּיצֵד סָלָר חִסְבָה בְּזֶמֶן שָׁהָן שָׁהָן מִתְהָה הַיָּמָנוּ בְּזֶמֶן שָׁהָן שָׁהָן חִסְבָה בְּזֶמֶן שָׁהָן שָׁהָן מִתְהָה הַיָּמָנוּ Ego Mischnam vel Μίσχναν οἶδα, in qua traditur; Qualisnam est ratio Accumbendi (sc. inter Judæos?) Quando duo sunt lecti, maximus accumbit in primo, & secundus infra ipsum (R. Salom. ne, si primus aliquid velit loqui cum secundo, assurgere & erigere se cogatur.) Quando tres sunt lecti, maximus recumbit in primo, secundus supra ipsum, tertius infra ipsum, (R. Salom. sic, si velit, potest loqui cum tertio: &, si velit loqui cum secundo, satius est ut erigat, quam ut deprimat, secundum, coram eo qui minor ipso est, ut ille sit infra, & is qui minore est, supra.) Hæc ibi. Hanc postremam traditionem hinc iisdem verbis transtulit Majemonides in librum Jad, in הלכות ברוכות, cap. 7. §. 1. in quo de ritibus conviorum agit, tamquam consuetudinem inter Sapientes Israëlis olim usurpatam. Ex hoc discumbendi ritu manifestum fit, quomodo Johan. 13. 23. dilectus ille discipulus in sinum Christi dicatur recubuisse.

XXXIV. Accubitus porrò siebat in latus sinistrum, sive in cubito sinistro. Hinc scribit R. Salom. ad vocem וְ Amos 2. ¶ 8. כל מס'נת ספודה בהטהה Omnis accubitus ad epulas fit cum inclinatione; quia accumbens innititur sinistra sua. Et in Ritibus festi Paschatis scribunt; כשהוא נסמן על טמאן מ'סב לא טה אל נבו ויא אל מיטן Quando accumbit, non inclinabit in tergum suum, neq; in faciem, neq; in dextram, sed in sinistram. Nam, הס'בת י'ין אינה ההסבה Accubitus in dextram, non est accubitus.

XXXV. Situs autem iste neque erat planè jacentis, neque planè sedentis; sed partim sedentis, partim jacentis. Hinc conjunguntur quandoque apud Hebræos duo ista verba Accumbere, & ישׁב Sedere. Majemonides in Hilchos Berachos cap. 7. §. 1. Quando ingrediuntur ad prandium, maximus inter omnes lavat manus suas primo: וְאֶחָר כִּדְנָכְסֵין יוֹשְׁבֵין מִסּוּבֵין postea ingrediuntur & assident accubentes. Et Sedere pro Accumbere etiam quandoq; ponit videtur. Ezech. 23. 41. וַיַּשְׁבַּת־אֱלֹהִים כְּבָדָה Et sedisti super lectum honorabilem: & mensa instructa est ante ipsum (sc. lectum) R. D. notat; Moris enim erat apud ipsos. להסב במתות accubere in lectis, ut ex verbis Rabbinorum nostrorum discimus.

XXXVI. Accubitus iste primis saeculis siebat ab hominibus super terra, vel gramine, aufsæno se reclinantibus: postea super lanatis pellibus: demum lecti sunt inventi, mensæ, scamna, cathedræ, & reliqua instru-

menta domus, ad usus hujus vitaæ necessaria. In his, & ad hæc, cibum cæpiebant tum accumbentes, tum sedentes: diutissimè tamen retentus, & communissimè apud plerasq; gentes, & Judæos quoq;; observatus fuit mos accumbendi inter epulas, tamquam ad quietem & mollitatem omnium aptissimus. Lectos sive Thoros Hebræi vocant מִתְוָת Mittoth, ab Inclinando, Reclinando. Sic Græcè Κλίνη, ἀπ. Εκκλινειν. Unde Τείκλινος, Triclinium, Cœnaculum seu Conclave trium capax lectorum. Latini similiter dixerunt Cubitum, Accubitum, Accubita, Accubitalia: unde & in Levitico magno, קְרֵב לְמִלְחָמָה קְרֵב בְּאַקְרָבִיתָן שְׁנָיו Simile est hoc regi accumbenti in accubitu suo. Hi lecti sternebantur in cœnaculo vel oeco, conclave quodam, ordine, idque secundum quantitatem & numerum convivaram. Hinc Marci 14. vers. 15. & Lucæ 22. vers. 12. mentio fit Cœnaculi magni στρατιας (lectis scil.) In Bibliis: Hebraice videtur vocari posse חדר המתוֹת Oecus lectorum, ex 2. Reg. II. v. II. תְּאֵן אֶלְיָהוּ Talmudici Græcâ voce etiam saepius vocant τρίκλινος. בֵּית המתוֹת Locum lectorum, Talm. Beza fol. 22. col. 2. quod plures saepè lectos contineret. Hinc in Talmud de Sabbatho: חמץ חבורות שבתוֹן אחד Quinq; φεγγειαι, que Sabbathum celebrant in Triclinio uno, Eruvin cap. 6. in Mischina. Quotverò in singulis lectis discubuerint, variant autores. Hebræi singulis convivis singulos assignant lectos, ut supra ex Talmud visum. Ita Christus discubens cum discipulis duodecim, singuli peculiarem lectum habuissent. Baronius conjicit Christum & Apostolos tribus lectis accubuisse: in uno cubuisse ipsum cum Johanne & Petro: reliquos in duobus jacuisse quinos. Id improbat Casaubonus, & putat, illis quatuor potius assignandos, quod quisq; lectus trium convivium capax fuerit. Neater tamen probationem aliquam suæ sententiae affert. Hebræorum ea quam attuli est sententia.

XXXVII. Præterea singulos convivas peculiarem olim habuisse mensam, Hebræi asserunt. Nam accubitus iste fiebat ad mensam. In Talmud Tractatu de Benedictionibus cap. 6. fol. 42. l. in Tosephos, sive Additionibus: הַז הַז שְׁלֹחָנוּ קְטָנִים וְכֵל אֶחָד לְפָנֵינוּ Hhabebant parvas mensulas, & unusquisq; seorsim comedebat super mensam suam peculiari. Et ibidem in infimâ paginâ: שְׁם הַז רְגִילָם כָּל אֶחָד להסכל מתחו ועל שְׁלֹחָנוּ אֶבֶל עכשוו בְּנֵי אֹמֶם עַל שְׁלֹחָן אחד Quia ipsi (prisci) solebant singuli accumbere in lecto suo, & ad mensam suam: nunc verò omnes comedunt; ad mensam unam. Rabbenu Jona in Alphei majori, in Berach. f. 33. col. 1. בִּמְיָם שְׁחִין שְׁלֹחָן וּמִפְתָּח לְפָנֵינוּ In diebus illorum (priscorum) quando mensa & mappa erat coram unoquoq;, necessarium erat, ut discumberent, ut conjungerentur, &c. Sic in Colbo fol. 54. col. 1. Moris tum fuit, ut discumberent in lectis, & coram uno quoq;

quod peculiaris mensa esset: ac propterea unicuique etiam apponenda erat Mazza & oleum amara; ad mensam ejus: apud nos vero id jam non est necesse. Eundem olim Germanorum fuisse morem, Tacitus est author, scribens de illis: *Lauti cibum capiunt: separate & singulis sedes: & sua cuicunque mensa.*

XXXVIII. Quod vero probabile sit, illos etiam quandoque sedentes cibum capere solitos, videturum ex Scripturæ quibusdam locis, tum ex Talmud liquere. Scripturæ loca sunt inter alia; Gen. 27. v. 19. & 37. 25. Judic. 19. v. 6. & 1. Sam. 20. 18. 25. 34. Item r. Reg. 13. v. 20. quamvis ex eo, quod suprà allatum est, dici possit, **שׁב Sedere** ibi sumi pro **חַסְכָּה Accumbere**, quemadmodum Paraphraſtæ Chaldaei, Onkelos & Jonathan, in illis locis per Chaldaeum **אֲסֹחָה transtulerunt**: ut vice versa apud recentiores etiam **חַסְכָּה Accumbere**, pro **שׁב Sedere**; ponitur; quod hodie omnis discubitus ad mensam sedendo fiat. In Talmud Berach. cap. 6. in Mischna distinguuntur, ubi de ratione Benedicendi in mensa sermo est: **הַיְשִׁבָּן כִּל אֶחָד מִבְּרֵךְ** h. e. *Si sedent, unusquisque benedit pro seipso: si vero accumbant, unus benedit pro omnibus.* Ad quæ verba videat Hebræorum notas, qui volet, & qui potest.

XXXIX. Hæc accubitus fuit apud Hebræos priscos ratio communis in conviviis omnibus. In Festo Paschatis peculiaris ejus erat significatio, quod putarent, Accubitu sive Reclinatione significari Libertatem: unde ea nocte omnes reclinari sedere tenentur. Vide Synag. Jud. cap. 18. Hanc significationem alii quoque huc trahunt. Sed quia vetus Cœna Paschalis jam erat celebrata, immo quæ abrogata; & Nova hic instituitur, nullum huic Paschali consuetudini peculiari locum hic concedere possum.

XL. Unicum adhuc circa ritum praesentem noto; Cum Accubitus iste factus sit cibi capiendi causæ, procul dubio ad Mensam factus fuit, vel quod Mensæ loco erat; non ad Altare aliquod; ut proinde nobis quoque ad exemplum Christi Cœnam celebrantibus, non Altare, sed Mensa sit necessaria. Forma autem Accubitus ejusmodi non est necessaria: quia, quod antiquis erat Accubitus, id nobis est Sessio ad mensam, quod Hebrei dicunt in Tosephos Berachos fol. 42. 1. **יש'נה שלנו הַיְקֻבָּת לְנוּ בְּחַסְכָּה.** **Seſſio nobis est bodie consueta, ut Accubitus olim illis.** Satis de Accubitu.

XL I. Sequitur nunc ipsa Symbolorum seu Signorum Tractatio, à Christo observata. Ubi videndum distinetè, quænam observarit, primo circa Panem; deinde, circa Poculum.

XL II. Et ante omnia hoc ipsum probè notandum, quod duo ista symbola Christus distinxerit, & distinctas actiones &

Ceremonias, ad illas adhibuerit, contra eos, qui, panem in Vinum intingendo, illa confundunt, planè contra exemplum Christi, uti amplius in particulari singulorum excusione videbimus.

XLIII. Quæ circa Panem adhibuit, sunt vel *Facta*, vel *Dicta*.

XLIV. *Facta* sive *Actiones* recensentur ab Evangelistis quatuor; 1. *Accepit panem*: 2. *Benedixit*, 3. *Fregit*. 4. *Dedit*.

XLV. Primò dicitur Christus Panem *Accepisse*; λαβών ὁ Ιησοῦς τὸν ἄγλον; sc. *in manus*. Ita solebant olim Judæi, Benedictionem super pane recitaturi, eum in manus sumere. In Levísch hattechéleth Num. 167. לֹא יבְרַךׁ עַד שִׁתְפּוֹם הָמִם בֵּין שִׁירָא וְכָל שְׂעִירִים הוּא מִבְרָךׁ 3. Non dicit benedictionem, donec assumperit panem in manum suam, ut omnes videant, quod super eo benedicat. Sic in Schylchan Aruch: *אין לך קומת שיתפום הלוחם* Non est benedicendum, antequam apprehenderit panem. Panem, scil. integrum, ut suprà visum Thesi 18.

XLVI. Secundo *Kai οὐλογίσται* Et *benedixit*, (manu scil. tenens panem). Sic Matthæus & Marcus. Hebraicè est id וַיְבָרֶךְ. Inter Judæorum consuetudines laudandum hoc in genere, quod nihil comedant sine præcedente Benedictione: unde ajunt; אָסֹר לוּ לְאָדָם שִׁיחָנָה כִּל הַנְּחָנָה מִן חַטָּאת Prohibitum est homini ullâ re frui in hoc mundo sine benedictione, Berach. f. 35. 1. Et col. 2. נְאָלָה כִּי לְבָרְכָה Quicunq; fruitur re aliquâ ex hoc mundo sine benedictione, perinde est as if spoliaret Deum, &c. Formula Benedictionis super pane, tûm usitata, & clarâ ac distinctâ voce recitata, si Judæorum traditionibus fidendum, erat; ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם לחשמן דארץ Potum ש' התה ambas suas manus panis impositas habet. In Myrothecio Cameronis Matth. 26. scribitur; Εὐλογίαν hanc à Judæis vocari εὐλόγη Sanctificationem. Non hæc εὐλογία Panis sic vocatur, sed ea quæ super Poculo recitatur. An verò Christus iisdem verbis usus fuerit, nolim affirmare. Quinimò dubitandum non esse puto, Christum hic nequaquam vulgari & Judæis suetâ (aut saltem non solâ) sed suâ singulari, & quidem antehac ab ipso non usurpatâ εὐλογία, atque ad rem præsentem accommodatâ, usum fuisse, per quam symbola Sacramentalia sanctificavit, atque ab usu communi ad usum nouum & mysticum separavit, constante ex Precibus & Gratiarum actione.

XLVII. Pro

XLVII. Pro voce *λογίας*, Lucas & Paulus habent *λαξεσίας*: sed eodem sensu. Nam 1. nisi synonymas acciperentur, quomodo illa inter se commutassent, & promiscue unum pro altero adhibuissent Evangelistæ? quomodo Lucas à Matthæo & Marco hic discrepare posset? quomodo Poculum Coenæ Domini Paulus vocaret *ποτήριον της λογίας*, super quo Christus, non Benedixisse, sed Gratias egisse dicitur? 2. Si *λογίας* non idem denotat quod *λαξεσίας*, Poculum nullam habebit Benedictionem, sed solum Gratiarum actionem: & Panis non habebit Gratiarum actionem, sed solum Benedictionem. 3. Marcus cap. 8. v. 6. & 7. sumit *λαξεσίας* & *λαξεσίας*, pro eodem. Et quod Marcus cap. 8. v. 6. dicit *λαξεσίας* & *λογίας*, id Matthæus cap. 14. in eadem historia unicâ voce *λογίας* exprimit. 4. patet idem ex loco Epist. 1. ad Cor. 14. v. 16. Επεὶ εἰς λογίαν τῷ πνεύματι, δὲ ἀναπληγῶν τὸν τόπον τὸν ἰδιότατον, πᾶς ἐγενέτο Ἀρχὴ εἰς τὴν σῇ λαξεσίαν. Quandoquidem si benedixeris spiritui, is qui implet locum idiote, quomodo dicturus est Amen ad tuam Gratiarum actionem? nam quid dicas, nescit. Ubi quoque notandum, quod Vulgatus interpres vertat; Super tuam Benedictionem. Ergo *λαξεσία* ipsi idem fuit quod *λογία*. 5. Verbum **לָבֶב** in V.T. quoque diversimode ab interpretibus redditur. De Homine ad Deum, seu, de Creaturis erga Creatorem, usurpatum, significat; Oravit, Adoravit, Laudavit, Celebravit, Gratias egit. Jos. 22. 33. וַיִּבְרֹכֵו אֱלֹהִים בְּנֵי יִשְׂרָאֵל h.e. Et benedixerant Deo filii Israël; Chaldæus transfert; **אֲמֹתָא** Et confessi sunt, gratias egerunt: Vulgat. Et laudaverunt. Vatablus: Et gratias egerunt. Plura in hanc rem, & Scripturæ loca, & Patrum testimonia, & Pontificiorum quoque Doctorum suffragia proferri possent, si, hoc unum agere, nobis hic esset propositum, & res non manifesta esset. Ratio autem, quare inter se promiscue & *κυριώνας* usurpentur, est; quod Hebræum **לְבָב** utrumque significet, & quod unius sacrae actionis duæ sint partes, Precatio sc. & Gratiarum actio. Ita, cùm duobus his verbis promiscue utuntur Evangelistæ, ideò procul dubio factum, quod Christus in hac **בְּרַכָּה** & Gratias egerit Deo pro instantis Redemptionis beneficio, & per Gratiarum actionem, adjunctis cum ea Preciis, symbola benedixerit, h.e. sanctificarit, & ad mysticum usum separârit.

XLVIII. Usus hujus *λογίας* & *λαξεσίας* erat, ut, sicuti Christus aliâs per Benedictionem & Gratiarum actionem sanctificavit panes, aliosque cibos, ad usum naturalem, Matth. 14. 19. Lucæ 9. v. 16. & Paulus omnem cibum & potum sanctificari jubet precibus & gratiarum actione, 1. ad Timoth. cap. 4. v. 3. 4. 5. si hac benedictione & gratiarum actione Panem (*ut ipse postea quoq. Vinum*) à naturali, ad sacram usum, præpararet, destinaret, & sanctificaret, ut essent Sacramentum Corporis & Sanguinis sui; non naturâ,

naturâ, sed Divinâ institutione. Atque hæc est illa *Conversio*, *Transmutatio*, *Transformatio*, de qua apud veteres scriptores Ecclesiasticos legimus; nempe non Substantiæ, aut Quantitatis, aut Qualitatum, sed Relationis, seu usus & officii; ut, qui antea tantum terrestris & communis erat panis, Verbis Dominicis & Invocatione Divini nominis, vi, non verborum, sed Institutionis & ordinationis Divinæ, fiat & efficiatur Sacramentum veri corporis Christi. Hinc etiam factum, ut tota actio *Eucharistias* & *Ecclesiastias* nomine insignita fuerit.

XLIX. Ita ad exemplum Christi, in primitiva Ecclesia Apostolica, peragebatur Divinum hoc mysterium, solâ prælectione verborum institutionis Cœnæ, & precatione Orationis Dominicæ. Hinc sribit Rabanus Maurus in Institut. Cleric. lib. 1. cap. 32. *Cum benedictione & gratiarum actione primum Dominus Corporis & sanguinis sui Sacra amenta dedicavit, & Apostolis tradidit, quod exinde Apostoli imitati fecere, & successores suos facere docuerunt. Et Durandus Rationali Divinorum officiorum lib. 4. cap. 1. *Hac institutione formati, cœperunt Apostoli sacro sanctum frequentare mysterium, propter causam, quam Christus expresserat, & formam servantes in verbis, & materiam tenentes in rebus, sicut Apostolus Corinthi protestatur, dicens; Ego accepi à Domino, quod & trādidi vobis; quoniam Dominus Iesus in qua nocte, &c.**

Item: *Apostoli hanc Missam Christi adauxerunt, dicentes in ea non solum verba premissa, verum etiam Dominicam Orationem superadentes.* Ad hanc simplicitatem Apostolicam in nostris quoque Ecclesiis, post prælectam præparationem, ad dignam tanti mysterii participacionem, & decantato Psalmo; Verba Institutionis Christi à Ministro recitari, & Oratio Dominicæ publicè orari, solent loco hujus *Eucharistias* & *Ecclesiastias*, ut his signa illa externa ad sacram usum consecrentur & sanctificantur; Exinde auditores ad participationem invitari. Et hic, in primitiva Apostolorum Ecclesia, adhuc usitatum fuisse, ut post Benedictionem, à Pastore vel Episcopo recitatam, Populus *Amen* succinuerit & acclamarit pro veteri Judæorum consuetudine, videtur colligi posse ex loco 1. ad Cor. 14. §. 16. *Si benedixeris spiritu, is qui implet locum idiote, quomodo dicturus est Amen ad tuam Eucharistiam?* quem de solenni Cœnæ Dominicæ ritu intelligendum putat doctiſ. Beza in Annotationibus majoribus, & illustri testimonio ex Justino confirmat. Vide, si placet, illic.

L. *Tertiò dicitur Christus, Panem, poste aquam benedixisset, Fregisse.* *Eκλαστε Fregit.* Hebraicè id ex stylo communi Talmudico & Rabbinorum in libris Ritualibus dicitur עזב, ut videbimus ex testimoniis, quæ de hoc ritu producturi sumus, ut non necesse sit aliud verbum querere, quod hoc sensu & usu Graeco κλάω respondeat. Hinc David de Po-

de Pomis עץ in Vocibus externis (i. e. non Biblicis) exponit *Frangere*. Et Judæi in Ritualibus & libris precum Germanicè *Brechen*. Syrum נזק, quo Metaphrastes ille usus est, planè non est de stylo & usu Judæorum: sed in libris, etiam Syro-Hierosolymitanâ dialecto conscriptis, ubique נזק usurpatur.

L I. Ritus hic fuit Judæis communis & familiaris, cuius frequentissima passim mentio, quia Panes illorum ita comparati erant, ut ~~אלאסוי~~ apti ad frangendum fuerint. In Talmud Berach. de Benedictionibus fol. 39. 2. Benedicit (Paterfamilias,) & postea *frangit*. Majemon in Hilchos Beráchos c. 7. דע' הבית מבורך המצא ומשלים הברכה ואחר כן בוצע Paterfamilias recitat benedictionem illam; Qui producis, &c. *eag absolutâ, frangit*. Sic apud alios. De hac Fractione quoque dicunt, רשות אפ' הוציאו טול ואמור ברשות טול' רשות אפ' מושם כנודם maximus, & dicet; Cum venia Doctorum, & Dominorum meorum, &c. honoris ipsorum causa. Hinc, פרוסת הבצעה Particula fractionis, defracta. Item: אינו בוצע Particula fractionis, defracta. Item: Non frangit vel defringit particulam parvam, ne videatur invidus, שבת ט לא לבצוע particular majorem ovo, ne videatur famelius. Item: In Sabbatho debet defringere particulam magnam. Item: אינו בוצע אלא מזוהה מתקומות שבלש יפה ifah Non franget, nisi eo in loco, ubi coctus est optimè, &c. Preceptum est Frangere panem integrum. Item: Accumbentibus non licet edere vel gustare quicquam, ט שיטום הבוצע donec comederit Frangens. Item: Patrisfamilias est Frangere panem; siquidem adfit, &c. Item: Frangens non franget donec accumbentes omnes dixerint Amen. Dicitur autem hoc apud recentiores scriptores tam de eâ fractione, quæ fit scissione cum cultro, quam fractione cum manu. Hodie enim, cum panes grandiores & crassiores habentur, quam ut manu in frusta frangi possint, solent primò incisuram cultro facere, ita tamen ne discedant; ut, cum integer panis tollitur, frustum illud non decidat, sed in pane integro adhuc remaneat; postea demum defringunt manu. His, & aliis, pleni sunt Judæorum libri Rituales, de hac Fractione Panis, ut in seqq. adhuc quædam producentur.

L II. Cum itaque Christus sacram hanc Cœnam, quoad ritus, ad formam aliarum Cœnarum seu epulorum instituerit, hunc quoque ritum observavit.

L III. Quemadmodum autem Panem, Gratias agendo & Benedicendo, in alium usum convertit: ita hunc quoque, aliâs vulgarem Ritum, peculiarem & sacrum Usum ac significationem habere voluit, Corporis vi- delicit sui Fractionem. Facta illa fuit, cum in Cruce corpus ejus, instar Agni

maestati, suspensum, extensum, variis modis convulsum, in latere aperatum, manibus pedibusque confossum, & tandem etiam ab anima separatum fuit; non quod propriè, quoad ossa, fractum fuerit, sicut in Agni Paschalis maestatione os quoque nullum confringi debuit. Non obscurè docet hoc Christus ipse, dum ait; *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: Datur;* scilicet agnus vel ovis ad maestationem, Jes. 53. *Datur;* in manus hominum ut occidatur, Matth. 17. v. 22. *Datur;* ut crucifigatur, Matth. 26. v. 2. & 27. 26. Lucæ 24. v. 7. &c. Aperte vero Paulus; dum pro ~~απόδοις~~, ipse substituit ~~απόδοις~~ Frangitur, quod non satis integrâ fide Vulgatus interprete transfert, Tradetur, contra omnium Græcorum codicum, & ipsius quoque Ambrosii, authoritatem & consensum. Hinc scribit Venerabilis Beda: *Fringit ipse panem, quem discipulis porrigit, ut ostendat corporis sui fractionem, non absq[ue] sua sponte aut procuratione futuram.* Et Prosper: *Dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur: quid aliud, quam Dominici corporis in cruce ministratio, ejusq[ue] sanguinis de latere effusio, designatur?*

LIV. Dum hoc loco Fractionis corporis Christi in cruce, h.e. ejus Crucifixionis & Mortis in cruce, memini, facere non possum, quin in transitu ostendam, quam eleganter hoc Genus mortis seu supplicii, in Eorma maestationis Agni paschalis, præfiguratum & repræsentatum fuerit. Describitur ea in Talmud Tractatu de Paschate cap. 5. in Mischna, his verbis: בֵּין תְּלִין וּמִפְשִׁיטָן: אָנוֹקָרִיָּה שֶׁל בְּרוֹל הַיּוֹם כְּנָחָרִים. וּבְעַמּוֹרָן שְׁבָחָת תְּלִין וּמִפְשִׁיטָן כְּלִין: שָׁאָן הַזָּמָן לְתַחַת וְלְחַפְשֵׁת מְלֹאת זְדִים חֲלִקָּם הַזָּשָׁם וְמִנְחָה נְלִינָה כְּתָפוֹ וְלִימָנָה וּמִפְשִׁיטָן h. e. Quomodo suspendunt & excoriabant Agnum maestandum? Uncini seu clavi ferrei infixi erant in parietibus & columnis (in loco scilicet laniorum in atrio), in quibus (clavis sc.) suspendebant & excoriabant agnum. Si quis in illis non habebat locum (ob multitudinem scilicet maestantium) bacilli tenues & levigati erant illic, de quibus accipiebat, & suo ac socii sui humero unum imponebat, sic suspendebat & excoriabat. Sicut ergo Agnus fuit suspensus, expansus, clavis affixus: ita Christus, &c.

L.V. Porro, ut Apostoli Christum, hoc Fractionis Panis ritu Cœnam celebrantem, & mysterium in eo innuentem, viderunt & audiverunt: ita in eundem quoque modum ipsi religiosè Fractionem observârunt. Clara sunt in hanc rem verba Pauli: ad Corinth. 10. 16. *Panis, quem frangimus, nonne est communio corporis Christi?* Et hæc ipsa sine dubio fuit causa, cur tota Eucœstia Fractio panis ab ipsis nuncupata fuerit, Actor. 2. 42. & 20. 7: ubi Syrus in utroque loco expressè habet אֲוֹנוֹרְסִתְיָא Fractio Eucharistie. Ad quod notandum, quod Syri, Christiani antiquissimi, non solum Fractionem panis in Eucœstia observarint, sed & mysterium in ea latens religiosè

giose suspexerint, sicuti patet ex adjuncta prece, זֶלְעָתָא זֶקְעָתָא דְפָרָא h. e. *Oratio Fractionis corporis*, dicta, quam legere est in Rituali Syrorum Severi Alexandrini quondam Patriarchæ, edito ab Aria Montano Antuerp. Anno 1572. pag. 125. Cùm enim Sacerdos panem frangit, subjungit: הַכְנֵא שְׁרִירָא יְהוָה חַדְשָׁ אֶלְחָדָשׁ וְאֶתְזָבָחָ בְּזַבְבָּא זְאַתְפָרָשָׁת נְפָשָׁת מִן Sic verè ipse passus est Deus Verbum in carne, & immolatus, & fractus est in cruce, & separata est anima ejus à corpore, quamvis omnino divinitas ejus separata non fuerit, &c. Ita eundem ritum diu adhuc post Apostolorum tempora observatum fuisse in Ecclesia, satis constat, & ab aliis abundè jam est demonstratum.

LVI. Existimant quidam, *Fractionem* nihil aliud esse quam *Distributionem*: & *Frangere*, idem quod *Distribuere*. Sed illi neque facta Christi, & verba Evangelistarum, qui aperte Distributionem à Fractione distinguunt, quando porrò ajunt, *Et dedit discipulis suis* (Hoc dare enim est *Distribuere*, uti mox-mox videbimus;) neque etiam vocis hujus vim, & Hebræorum ritus, satis accuratè vel expendere, vel intelligere videntur.

LVII. Qui enim, vel Hebræo alicui persuadere, vel ex Hebræorum scriptis probare vellet, Verbum בְּצֹבָא (quod sine omni dubio Græco οὐδέποτε in hoc usu respondet) idem esse quod *Distribuere panem*, næ ille vel risu seipsum & ludibrio exponet, vel saltem oleum & operam perdet. David de Pomis, ut suprà vidimus, בְּצֹבָא in sermone Rabbinorum explicat per חֲתָךְ (Scindere.) Latinè *Frangere*, Italicè, *Tagliar in pezze*. Sic in libro Precum Hebraico-Germanico וּבוֹצָא מִצְדָּחָה אַמְצָחָה לְשָׁנִים Und bricht sie in zwey theil. Sicalibi alii. Quām aperte Benedictio, Fractio & Distributio panis in Ritualibus Judæorum distinguuntur? Quām distinctè requisita & conditiones Fractionis exponunt? veluti Personam, cui hoc competit, Patria-familias scil. vel alii digniori præsenti in mensa, Qualitatem panis frangendi, Locum fractionis in pane, Tempus, Formam, & Ceremoniam verborum circa eam observandam, ut suprà habuimus Thesi 50. Distinctum habent titulum; הלכות ביצעת הפת הלכות הצעיה Ritus fractionis, Ritus fractionis panis. Videat qui volet librum *Arba turim*, par. 1. sub Num. 167. 268. &c. & librum *Schylchan Aruch*, ibid. *Levisch*, & similes. Post hæc peculiari Canone traditur: הַבְּצֹבָא גָּנוֹן פְּרוֹסָה לְפָנֵי כָּל אֶחָד Frangens dat particulam coram unoquoq., ut jam-jam visuri sumus.

LVIII. Quocirca cavendum, ne Fractionem cum ipsa Distributione confundamus, vel indifferentem ex ea Ceremoniam constituamus. Christi exemplum & actio nostra sit institutio: Apostolorum observatio, nostra confirmatio. Et, si ritus administrandi Sacram Cœnam optimus ille est,

qui ad simplicitatem primæ institutionis quām proximè accedit, & exemplo Christi se tueri potest; tutissimè sanè & optimè fecerimus, si & hanc ceremoniam observaverimus, & in ea Christi passionem & mortem perfidem salutariter intuiti fuerimus. Christus via est, veritas, & vita. Eum ergo si & hīc secuti fuerimus, veritatem nos secuturos, & vitam æternam tandem adepturos, nulli dubitemus. Et hanc ipsam ob causam numularios etiam illos orbiculos improbamus, ut qui, nec Institutioni Christi sunt conformes, neq; ritum hunc fractionis admittunt; ita tamen, ut non statim Ecclesias eas omnes damnemus, in quibus illæ adhuc ob alias quasdam considerationes & circumstantias, sed tanquam veteris superstitionis & idololatriæ reliquæ, tolerantur, siquidem doctrinam veram teinant & tradant, & de emendatione hujus quoque rei serio cogitent.

LIX. Nempe Deus non solet in Ecclesia sua omnia uno eodemq; tempore, simul & semel peragere, & perficere; sed successivè procedit, & posterris etiam quædam nonnunquam agenda relinquit. In Talmud Tractatu Cholin fol. 6. 2. notant Doctores de piis Regibus Judæ, Afa & Josaphato, quod, cùm Regnum suum reformarent, & ab Idololatria purgarent, omnibus Idolis è medio sublatis, ut legere est 1. Reg. 15. & 22. capp. Serpentem tamen æneum, cui filii Israëlis usq; ad dies Hiskiae suffierant, 2. Reg 18. 4. reliquerint; & dicunt, hoc factum esse בְּזַהֲנָדָר תְּרֵבֶת מִזְבֵּחַ ut locus relinqueretur Chiskijæ, in quo se extolleret, pietatisq; ac virtutis suæ specimen edere posset. Is enim demum eum, cum cæteris excelsorum, statuarum, & lucorum reliquiis, confregit, 2. Reg. 18. Simile quid si adhuc in nostris Ecclesiis reperiamus, pii & Christiani Magistratus est, Chiskijæ pietatem, zelum & fervorem imitari, & cogitare, palmam hanc sibi à Deo reliqtam & reservatam esse.

LX. Quartum Christi factum circa Panem, cuius Evangelistæ mentionem faciunt, est, quod Panem Acceptum, Benedictione consecratum, & Fractum, discipulis *Dedisse* dicitur, οὐδὲ διδότε μαζήσας. Et dedit discipulis; unicuique scil. particulam de pane illo fracto. Iterum secundum priscam Hebræorum consuetudinem, quoram de hac re Canon expressus: נָתָן פְּרוֹתָה לְפָנֵי כָּל הַבָּצָע נָתָן וְאַחֲרֵי נָתָן בֵּין וְאַיִן הַבָּצָע נָתָן בְּצֵדָה אֶלָּא אָמֵן כִּי הִיא אֶבֶל: *Fringens* dat particulam coram unoquoq;, & alter (cui scil. eam dat) tollit vel accipit eam manu suâ: neq; licet ei illam in manum comedentis dare, nisi fuerit lugens, Majemon. loco saepius jam laudato. Nempe, Accumbentium unicuique frustum panis fregit, & loco ejus apposuit, quod ipsem deinde manu suâ accepit, &

come-

comedit. Sic in *Levusch hattechéleth*, Num. 167. §. 14. ubi additur; מִתְלָא יְרוֹק הַפּוֹסֵחַ מִשּׁוֹם בְּנֵי אֶחָדִים: וְגַם אֲצֹו לְכֹבוֹד הַמִּקְבֵּל הַפּוֹסֵחַ שִׁיתָן לוֹ זָרָךְ רַיְקָה: Attamen non projicendo dabit particulam illam, quod id facheret ad contumeliam ciborum, neq^z conveniens esset honori accipientis, si projicendo ei daretur. Et ita quidem siebat *אֲמַם כָּלָם אֶחָדִים מִכְבֵּר אֶחָד* si omnes edebant de pane uno.

LXI. Hinc apparet, id quod Evangelistæ dicunt, *Dedit*, nihil esse aliud, quam *Distribuit*: Nam, dare unicuiq^z frustum de pane uno, quid aliud est, quam, panem illum unum per partes distribuere? Hoc verò siebat post fractionem. Distinctæ ergo sunt actiones. Et distinctas quoque habent significaciones. *Frac^{tio}* panis significat perpetiones Christi, in cruce præsertim, sicut vidi-
mus: *Datio* seu *distributio* significat ejusdem communionem, seu potius liberalitatem Christi, sponte communionem sui omniumque bonorum, in cruce partorum, nobis offerentis, ad eamque nos invitantis.

LXII. Quod si verò non soliti fuerint *פּוֹסֵחַ Prusa* particulam illam fractam in manus dare; quantò minus probabile est, Christum in os unicuique discipulorum panem comedendum ingessisse? Cajetanus (citate Cassandro in Liturgicis fol. 81. 2.) scribit: *Non est verisimile*, quod singulorum ori imponendo singulas partes porrexerit, vel manu suā ad manus eorum, sed exhibuit & obtulit particulæ sacri panis in patina, à singulis particulari propriis manibus accipiendam. Addit Caffander: Crediderim ego, quod sicut unum calicem communionem omnibus tradidit: ita in una patina panem in duodecim buccellas fractum, manibus propriis accipiendo tradiderit, & quod Ecclesia usum hunc patinarum Apostolicā traditione accepit. Ita quod sicut calicem unus Discipulus dedit alii: ita patinam cum pane sancto propinquiores Jesu remotioribus successivè porrexerint. Ut proinde illi, qui hodiè eum morem, in os ingerendi communicantibus panem consecratum, observant, neque antiquum morem, neque exemplum Christi, imitantur.

LXIII. Atque haec sunt Facta Christi circa Panem. Videamus quoque ejusdem *Dicta* seu *Verba*. Ea sunt triplicia, tum *Præceptiva*, tum *Οριζנתאה* seu *Determinativa*, tum *ἐπιτύχα*. Factis suis docuit Christus, quodnam sit Dispensantium seu Ministrorum in Administratione hujus Sacramenti proprium officium: Verbis, quodnam sit utrorumque, & Communicantium, & Dispensantium.

LXIV. *Præceptiva* verba sunt, quibus discipulis præcipit, ut Panem exhibatum 1. *Accipiant*. 2. *Edant*: Καὶ ἐπειδὴ πέπειτο Φάγετε. In his non multum dubii vel difficultatis esse potest. Quod ait,

Accipite; iterum docet, quod antè dictum, Christum nequaquam oī discipulorum panem ingessisse: sed vel loco ipsorum, manibus ipsorum accipiendum, apposuisse, vel de manu in manum tradidisse. Prius tamen, si morem discumbendi attendamus, probabilius esse videtur. φάγετε Edite. Non hic certum aliquem edendi modum præscribit Christus, sed communis & vulgari verbo utens, consuetum procul dubio etiam Edendi morem & modum intellexit, ut in illis Aggadæ Paschalis verbis: כל דכפנ' ית' ויאכל Quicunque esurit, veniat, & comedat de pane isto afficiens. Ut proin novam superstitionem redolere videatur, quod nonnulli carent, ne hostiam, quam vocant, dentibus vel tangent vel comminuant; quod item eam non mandunt, sed calore & humore oris liquefactam deglutiunt. Nihil tale vel verba Christi sonant, vel vetus Historia docet.

LXV. οὐσικὰ seu Definitiva verba sunt, quæ Internam, tum Materiam, seu rem significatam, tum Formam declarant, hæc videlicet; Τότο διατραμάτυς Hoc est corpus meum. Sic Matthæus & Marcus. Lucas addit; Τὸ κατέρρευτόν μου σιδόμενον Quod pro vobis datur. Paulus; Τὸ κατέρρευτόν μου κλάμενον Quod pro vobis frangitur.

LXVI. Quemadmodum verbis Præceptivis discipulis suis indicavit Christus, quidnam ipsis manu suâ exhibeat, quidque ipsis facere velit Manu & Ore corporis, Signa videlicet externa. Accipere & Edere: ita his verbis οὐσικοῖς & Definitivis ipsis significat, quidnam simul cum pane ipsis gratiâ suâ internè exhibeat, quidque in hac actione Manu & Ore animæ agere debeant; Fide nimirum, quæ animæ idem est quod Manus & Os corpori, Accipere & Edere, sibiique applicare, &c in succum quasi & sanguinem suum convertere Corpus suum in mortem pro nobis traditum, tamquam Rem Signatam; imò quod reipsa illud acceptari sint, quotquot illorum verâ fide symbola externa sint accepturi. Sicut enim ore corporis editur signum visibile externum Panis: ita Fide, tamquam ore animæ, editur signatum invisibile Corpus Christi, Joh. 6. 35. Unde & Augustinus; Crede & Manducasti. De ratione loquendi & phrasí, unde ea sumpta videatur, dictum aliquid supra th. 25. Quâ ratione eadem verba Formam hujus Sacramenti internam declarant, dicetur mox.

LXVII. Εξηγησιαὶ verba sunt ista; τὸ μεῖναι τὸ εὐλεπτόν αἴδιον Hoc facite ad mei recordationem, quibus & celebrationem perpetuâ hujus Sacramenti discipulis suis Christus injungit, ut supra

suprà viſum th. 12. & modum, quo corporis oblati partici-
pes fieri possint, exprimit: & denique Finem ejusdem decla-
rat, de quo in quarto hujus nostræ Exercitationis membro
agemus.

Atq[ue] haec sunt Facta & Verba Christi circa Panem.

LXVIII. Videamus nunc ea quæ circa Poculum Christus
observavit. Ea itidem consistunt in *Factis & Verbis.*

LXIX. Facta Christi circa Poculum, seu Vinum in poculo;
tria recensent Evangelistæ: Primò, καὶ λαβὼν τὸ πότιον Et ac-
cepit poculum. Secundò, καὶ ξεργίους Et gratias egit. Tertiò,
ἔδωκε αὐτῖς Dedit eis. Quartum, Fusio scil. Vini, Panis Fractioni hic re-
spondens, omittitur. Ratio, quod nullâ certâ ceremoniâ aut solenni ritu
ea fiebat, sicuti de Fractione Panis vidimus. Nihil Hebræi expresse præ-
cipiunt, quisnam poculum Benedictionis infundere debeat in ordinariis
conviviis: sed id à famulo vel ministro (qui שְׁמָמָשׁ Schammasch vocatur) in-
fusum, & Patrifamiliâs, vel alii præstantiori, Benedictionem super eo reci-
tatuero, porrectum vulgo fuisse, non obscurè ex cæteris ritibus illorum col-
ligi videtur. Arbitrarium tamen hoc erat. In Festa autem Paschatis man-
dât, ut si ullâ ratione fieri possint, Baal habbajis Paterfamiliâs non ipsem et in-
fundat, sed per alium ministrum infundi curet: quia omnia in illo festo
magnifice fieri debebant, ad libertatem ex servitute Ægyptiaca restitutam,
denotandam: *Levusch* in Ritibus Paschatis Num. 473. §. 1. Olim in terra
Israëlis scribunt vinum ex ipso dolio effusum fuisse in Poculum consecra-
tionis, ut tanto recentius esset: hodiè verò cum eâ abundantiam vini non
sint instructi, דיו שפכו מז הנקנו שומריס בז הין לשם נבכה sufficere, si effun-
datur ex cantharo in quo vinum asservatur nomine benedictionis, (id est, in eum ex-
pressè finem) *Levusch* in Ritibus Convivii Num. 183. §. 2. Schylchan Aruch
ibid. Poculum debet esse בָּלֶשׂ integrum, non פָּנָם ruptum, Num. 182. Infun-
di debet, ut sit ית' נז'ת כל מ' מ' plenum super onnes ripas suas, id est, omnino re-
pletum & refertum, ibid. §. 3.

LXX. Poculum hoc simpliciter vocatur πότιον ab Evangelistis; quam
vocablo posteriores & recentiores Hebræi suam quoq[ue] nonnunquam fece-
runt, ut videre est in Lexico Talmudico. Sic Latini, Poterium. Unde apud
Plautum: *Saniolo poterio vivimus.* Paulus, τὸ πότιον τῆς ἀλογίας, quod est
Hebraicè בְּשֵׁם הַבְּרִכָה Poculum benedictionis, super quo consecratio vini fieri so-
let in genere, tum ante, tum post mensam. *Quamvis illud, quo consecra-*

תְּכַדֵּעַ כָּס קְדוֹשָׁתְּ
culum sanctificationis, à sanctificatione diei. Poculum quo convivium claudunt; Poculum benedictionis: & pleniū, כָּס בְּרִכַּת שְׁלֹמֹן Poculum benedictionis mensa, gratiarum actionis, Scaliger & alii scribunt, esse הַלְלָה כָּס Poculum hymni: quartum videlicet illud & ultimum poculum, quo Cœna Paschalis cladebatur. Ego vero non puto, cum aliquoties jam dixerim, Actionem hanc Cœnæ Dominicæ omnino à Cœna Paschali distinguendam & separandam mihi videri. Et הַלְלָה כָּס conjunctum ita positum, haec tenus nullibi in Talmud reperire potui.

LXXI. Evangelista Lucas Poculi bis mentionem facit cap. 22. §. 17. & §. 20. Id quomodo intelligendum, & cum reliquis Evangelistis sit conciliandum, merito queritur? Beza in Annotationibus triplicem affert responsonem. 1. Augustini, & aliorum, qui de uno & eodem poculo id intelligunt, cuius autem bis fiat mentio, quod Lucas textus hujus tenorem non continuo ordine prosecutus fuerit, sed interruperit. 2. Eorum, qui prioris poculi propinicatione volunt terminatam fuisse priorem Cœnæ paschalis partem: posterioris vero poculi libationem referunt ad secundas mensas Cœnæ Paschalis, in qua mystica Cœna instituta fuerit. Hanc sententiam nos supra rejecimus in quæstione sub thesi 14. propositâ. 3. Syri interpretis, qui Lucæ cap. 22. §. 17. & 18. plane omittit. 4. Staniplius conjecturam proponit, arbitrans transpositos esse versiculos 16. 17. 18. 19. & 20. ita ut versui 16. annexantur, qui nunc sunt 19. & 20. his subjiciantur 17. & 18. Paulus Fagius Deut. 8. Prius poculum §. 17. exponit de illo, quo Judæi in principio mensæ cibos consecrare solebant; à quo & ille suæ cœnæ initium Christum vult fecisse, ita tamen, ut nondum illud ad mysticum usum applicarit. Alterum §. 20. exponit de posteriori, quo Judæi convivium claudere solebant. Et hoc vult illud esse, quo Christus à Cœna sua mysterium sanguinis sui discipulis suis commendarit. In hac sententia licet non multum absurdum inveniam; nescio tamen, an duplex ejusmodi poculum, ad morem Judæorum, huic Cœnæ Christianæ sit adhibendum. Annotatiū & simpliciū dici potest, ea quæ de priore poculo habentur apud Lucam §. 17. & 18. referenda esse ad primum poculum quo Pascha consecravit? postea autem, sicut & cæteri Evangelistæ fecerunt, historiam Cœnæ Paschalis Lucam abrupisse, & §. 19. progressum esse ad descriptionem Cœnæ sacræ? In quam sententiam abit D. Piscator.

LXXII. Primo itaque dicitur: καὶ λαβὼν Et accipiens, scil. in manus, sicuti antea de pane. Quamvis nolim, Christum ad Ju-dæorum

dæorum superstitiones ceremonias alligare; tamen placet hic quoq; paucis indigetare in eorum gratiam, qui ista ignorant, quæ Judæi hic obser-
vare soleant. Acceptio hæc poculi signanter & solenniter solebat fieri. Pa-
terfamilias poculum benedictionis consecrare volens יְהוָה בֶּשֶׁת, amba-
bus manibus suis accipit illud; cùm incipit consecrare, tollit illud dexterā: ex quo illud in manum accepit, nihil ante benedictionem factam garrire de-
bet, &c. Vide de iis nonnulla in Synagoga Judaica cap. 12.

LXXIII. Secundo; Καὶ ἔχαριστος. Et gratias egit: Quà ra-
tione οὐκέτε & εἰλότε pro eodem sumantur, suprà visum th. 46. Non
negligendum autem, quòd non simul una & eadem benedictione Panem
& Vinum consecrari: sed peculiari benedictione Panem, & peculiari Vi-
num, & sic quoque ratione ista inter se distinxerit. Sed & hoc recepti
inter Judæos moris fuit. Nam, licet Benedictio panis consecret & ad esum
liberos ac licitos faciat omnes alios cibos & liquores, sine aliâ ulteriore
consecratione; Attamen non valet de vino: sed destinata est ei
בָּרוּךְ בְּפִנֵּי עַצְמֹנוּ מִפְנֵי חַשְׁבוֹתוֹ
Benedictio peculiaris propter insignem ejus præstantiam:
& necesse est eam scorsim super illo recitare, Levusch in
Ritibus Convivii, Num. 174. §. 1.

LXXIV. Formula ordinaria Benedictionis seu Consecrationis Vini
in convivio est: בָּרוּךְ אֱתָה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם בְּרוּךְ εσ
Benedictus sis
Domine Deus noster, Rex mundi, creans fructum vitis. Formula benedictionis,
quæ super poculo post sumptum cibum recitatur, est alia, נִבְרָךְ שָׁאכָלָנוּ
בְּנִשְׁלָוּ וְנִטְבוּ חַיָּנוּ וְנוּ
Benedicamus ei qui nos de suo cibavit, cuiusq; bonitate vivi-
mus, &c. Quibus verbis Christus usus sit, cùm Evangelistæ nihil definie-
rint, nostrum quoq; non est determinare. Paulus Fagi in Targ. Deut. 8.
post adductas istas בְּרִכּוֹת five Benedictiones, scribit: Verisimile est, Christum
quibusdam, quæ in his precibus continentur, maxime quod principium & finem attinet,
usum fuisse, non autem alius, quæ à posterioribus Judæis addita fuere.

LXXV. Usus hujus Benedictionis five Gratiarum actionis idem erat,
qui Panis, de qua sup. th. 48.

LXXVI. Tertiò: Εἴδων αὐτοῖς Dedit eis, scil. Discipulis.
Ita quoque moris erat apud Judæos in festivis & solennibus epulis, ut de
Poculo Benedictionis, postquam Paterfamilias illud libasset, omnes in
mensa præsentes gustarent & libarent. In Colbo Num. 25, fol. 21, col. 4. אחר
בְּרִכּת הַיּוֹם שׂוֹתָה כָּל אֶחָד מֵהֶם מִכּוֹס שֶׁ בְּרָכָה מִלְאָה לְגַמְזָנוּ: Post consecrationem vini
bibit unusquisq; accumbentium ex poculo benedictionis haustum. In Levusch, in Rit-
ibus de Sabbatho, Num. 271. §. 14. וּמִתְהַנֵּה מִן הַמּוּבָחָר הוּא שִׁיטְעָם הַמְקֻדָּשׁ תְּחִלָּה

שַׁהוּא הַמְבָרֵךְ וְאֶזְכֶּבֶת יְשֻׁעָה כֹּל שִׁמְפּוֹנִים כֹּל אֲחֶיךָ מְלָא לְגַמְנָיו Preceptum est, optimum ac præstantissimum esse, ut Sanctificans sive Benedicens primò gustet, (de Poculo sc. ab initio mensæ consecrato) ac postea omnes accumbentes gustent, unusquisq; haustum. Sic in lib. Rituali Germanico-Hebræo, & aliis. Videatur & Synag. Judaic. Cap. 15. Quæri potest hic; An Christus ipsem quog; de pane ederit, & poculum libaverit & degustaverit? R. Quamvis adeo diserte nihil de eo tradant Evangelistæ; per consequentiam tamen id colligi potest ex Matth. 26. v. 29. Non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis, &c. Et nihil absurdum est, si dicamus, si cuti Baptismum in propria persona consecravit: ita hoc quoque alterum N. T. Sacramentum suo usu sanctificare voluisse. D. Hieronymus in Epist. ad Hedibiam, Quæst. secundâ: Nec Moyses dedit nobis panem verum, sed Dominus Jesus: ipse conviva & convivium: ipse comedens & qui comeditur. August. lib. 2. de Doct. Christ. cap. 3. Et sacramento corporis & sanguinis sui prægustato, significavit quod voluit. Chrysostom. Homil. 83. in Matth. Ipse quoq; bibit ex eo, ne auditis verbis illius dicerent; Quid ergo sanguinem bibimus, & carnem comedimus? ac ideo perturbarentur, &c. Ne igitur id quoq; accideret, primus ipse hoc fecit, ut tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret. Basilius in Anaphora de Calice: Benedixit, sanctificavit, ac gustavit, & dedit discipulis suis. Antoninus I. p. c. 6. l. 5. §. 2. Factâ consecratione & ipse Sacramentum sumpsit; non quod egeret, vel novum effectum gratia ex eo susciperet, sed ut exemplum illud accipiendi nobis præberet. Atque hæc sunt Facta Christi circa Poculum.

LXXVII. Verba ejus circa idem poculum nunc sequuntur. Ea quoque sunt, ut suprà circa Panem, Præceptiva, οὐετικὰ & Εἰς γῆλυχα; quamvis non omnia à singulis Evangelistis ita exactè referantur. Lucas & Paulus hoc indicant, dum ajunt; ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον Itidem & poculum, scil. accepit, benedixit, & dixit, Accipite, Bibite, &c.

LXXVIII. Præceptiva verba quod attinet; primum, Accipite, peti potest partim ex Luca, quando ait v. 17. λάβετε τὸν καὶ διδούμενόν τοις εἰσιν: probabile enim est, Eum his quoque verbis in poculo hujus Cœnæ usum esse; partim subintelligitur sub altero, quod Matthæus habet. πίθεις αὐτῷ πάντες Bibite ex eo omnes. Hoc enim Bibere, Acceptationem poculi præsupponit. Marcus, hoc etiam mandato præterito, obedientiam discipulorum tantum refert, dicens, Εἰδώκε αὐτοὺς, καὶ ἐποιεῖς αὐτῷ πάντες Dedit eis, & biberunt ex eo omnes.

LXXIX. Ad-

LXXIX. Admiranda hic est duorum Evangelistarum diligentia & harmonia: Unus refert de poculo; Christum diserte & expressè mandasse, Ut Omnes ex eo bibant; Alter; Discipulos Omnes ex eo bibisse. Quis igitur conformitatem cum Cœna Christi agnoscet illic, ubi Dispensans, vel solus edit & bibt, omnibus cæteris præsentibus auditoribus & discipulis negletis, vel panem quidem, sed solum, illis participat & exhibit. Ita ad exemplum Christi Cœna ritè celebranda est, ut & Communicantes adsint, quibus dicitur, *Accipe, Edite; Accipe, Bibite;* & de iis dici possit, *Et acceperunt, & Biberunt omnes.* Non absque singulari Dei providentia factum agnoscamus, quod circumstantiam hanc de Poculo & Bibitione tam diligenter expresserunt Evangelistæ, cùm de Pane simpliciter dictum fuerit, *Edite;* non *Edite de eo omnes:* neque etiam expressis verbis relatum; *Et ederunt de eo omnes,* sicut dicitur; *Et biberunt ex eo omnes.* Apostoli, Christo præsente, non tam Apostolorum & Doctorum, quād Discipulorum (Matth. 26.26. Dedit discipulis) personam sustinuerunt, ne quis prætendat, ipsis tamquam Sacerdotibus aut Episcopis poculum hoc exhibitum fuisse. Idem enim quoque de Pane sequeretur. Paulus generaliter loquitur, cùm ad Corinthios dicit; *Quotiescumq; ederitis, &c. & poculum hoc biberitis, &c.* Sed nolo hic ulterius progredi. Convenientiam autem hæc ceremonia habet cum eo, quod in solennioribus conviviis, inter Judæos, accumbentes in una mensa omnes, de Poculo benedictionis bibere solebant, ut vidimus thes. 77. Idem quoq; usitatum apud eos est, ut ex quatuor poculis in Cœna Paschali, omnes præsentes & accumbentes bibant, sive sint viri, sive mulieres, sive adulti, sive parvuli, præsertim ex poculo quarto & ultimo. Vide Orach chajim Num. 472. & Don Abarbenelem in Sévach Pésach fol. 60. 1.

LXXX. Οειπτὰ verba sunt, ut suprà de Pane, quæ Internam tum Materiam, tum Formam declarant. Ea apud Matthæum sunt: Τὸ γαρ ἐστὶ τὸ αἷμά με, τὸ τίκναντος θερίου, τὸ τελετῶν χρυσόμενον εἰς ἀφεον ἀναρπιῶν Hic est enim sanguis meus, Novi Testamenti, qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum. Sic apud Marcum, nisi quod ille ultima illa verba, *In remissionem peccatorum,* non habet. Lucas: Τὸ δὲ ποτήριον, ἡ κανὴ θερίου τελετῶν αἷμα με, τὸ τελετῶν χρυσόμενον Hoc poculum est Novum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effunditur. Paulus paulò brevius: *Hoc poculum est Novum Testamentum in sanguine meo.*

LXXXI. De his verbis nolo hīc esse prolixus, qui ritus & historiam præcipue nunc consector. Peculiarē ea res Exercitationem requireret.

Et sunt in manibus studiosorum, plurimorum doctissimorum virorum
piæ & eruditioñis plenæ in hanc rem commentationes, quò recurrent.
Verbo expediam. Quod suprà th. 66. dixi de verbis, *Hoc est corpus meum*; idem quoque hīc dico de verbis istis super poculo recitatis, Christum scilicet discipulis suis voluisse illis indicare, quidnam ipsis cum Vino internè per gratiam suam velit exhibere, quidque ipsi, *Vinum hoc sacrum bibendo, manu & ore animæ, verâ nimirum fide, accipere & apprehendere debeant, & accepturi sint; Sanguinem videlicet suum (sanguinem) illum Novi Testamenti, (sanguinem) illum pro multis effusum (sive, paulo post effundendum) in remissionem peccatorum.* Pronomen τέτο apud Matthæum an rectius referatur ad *Poculum*, an verò ad *Sanguinem*? vide quæ eruditè animadvertit D. Ludovicus de Dieu in Animadversionibus suis ad eum locum. Ita; Quomodo apud Lucam, ultima illa verba, Τὸν τε τοῦ αἵματος οὐχισθόν, construantur sine solecismo cum præcedenti αὐτῷ, casu differenti? vide apud eundem in Lucam. Quin verò Christus in his verbis alluserit ad locum Exod. 24. ¶ 8. vix videtur posse dubitari. Annon etiam simul fortè respexit ad Efusionem sanguinis agni Paschalis, cuius rationem ex Talmud breviter hīc referre placet. Traditur ea in Codice de Paschate cap. 5. in hunc sensum: *Dum Agnus macabatur, sacerdotes utring, per series stabant, crateres tenentes, partim argenteos, partim aureos, in manibus suis; una videlicet series habebat crateres argenteos, altera aureos. Crateres autem illi infra erant acuminati in conum desinentes, ne in terram reponi possent, & sanguis hac ratione concreceret. Dum Israélita (paterfamilias) macabat, sacerdos proximus eratere suo sanguinem excipiebat, & ubi plenus erat, tradebat proximo, hic proximo sibi, & sic consequenter. Qui vas sanguine plenum accipiebat, statim alteri vacuum reddebat: sacerdos tandem, altari proximus, נסיך אחד נגיד ה' כהן effundebat cum effusione unā versus altare.* Et mox dicit R. Jehudah, כום היה ממלא מוד התערבות ור��ן זריקה אחת על נב' המזבח *Poculum replebat ex sanguine mixto, (qui in terram scil. decidebat) & hunc effudit super altare effusione unā.* Sed huic R. Jehudæ non assentuntur Rabbini.

LXXXII. Εξεγῆται verba hīc sunt eadem quæ circa Panem: τὸν πιέτη ὁ σάνις ἀν πίνητε, εἰς τὸν ἐμπλεύσαντον, i. ad Cor. 11. sed quæ ad considerationem Finis reservamus.

LXXXIII. Atque hæc sunt dicta de Factis & Verbis Comitantibus Cœnam Domini N. J. C. Superest ut agatur quoq; de ejus Consequentibus.

LXXXIV. Unum præcipue refertur hīc ab Evangelistis, quod finitâ Cœnâ cum discipulis Christus egit, quod adhuc ad

Actio-

Actiones & Formam externam ipsius Cœnæ referendum est;
Hymni videlicet *Decantatio*: Καὶ ὑμῖντας ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν
 ἔλαιων Et cum hymnum dixissent, exiverunt in montem olearum. Cæ-
 teros enim sermones Christi, postea etiam habitos, quos Jo-
 hannes nobis descriptis cap. 14. 15. 16. 17. hic non attingam.
 Paulus Episcopus Burgensis in Psalmum 113. designari putat hymnum,
 quem Judæi hac ipsa nocte canunt post comedendum agnum, quique conti-
 netur à Psal. 113. ad 118. inclusivè, & vocatur ab ipsis הַלְלָה Hymnus. Id quomo-
 do fiat, de eo dictum aliquid in Lexico Talmudico in voce הַלְלָה. Dividunt
 enim eum in duas partes: Prima continet Psal. 113. & 14. & recitatur ante
 cibum. Altera continet Psalmos reliquos, & recitatur post comedendum
 agnum, exhausto poculo Cœnæ Paschalis quarto & ultimo, ut sic istud de
 altera parte capiendum esset. Addunt etiam aliam precationem, quam
 בָּרְכַת שִׁיר Benedictionem carminicam vocant. Hanc Burgensis Episcopi sen-
 tentiam amplexi sunt haec tenus plerique viri docti omnes. Nos etiam, cur
 prorsus in præfens ab ea recedamus, causæ nihil videmus. Quantumvis
 enim Christus sacram suam Cœnam post esum agni demum instituerit;
 fieri tamen potest; ut solitam Hymni illius decantationem distulerit ad
 absolutam quoque Cœnam suam. Nam cum in plurali dicatur ὑμῖντας,
 videtur inde colligi, ipsos unâ hymnum aliquem omnibus nocturnum ceci-
 nisse. Unde quod in Graeco participialiter dicitur, Καὶ ὑμῖντες; id Syrus
 per Præteritum expressit, וְשָׁבֵת Et dixerunt hymnum: melius utique, quam
 vulgatus Latinus, Et hymno dicto, quod ambiguum est. Quomodo autem
 Christo accinere potuissent discipuli, si ille novum & infuetum cecinisset,
 cui illi assuerti non fuissent? An verò Christus non quædam peculiaria
 subdiderit, ad institutum suum, & instantis redemptionis, per passionem
 & mortem suam, declarationem facientia, prout quidam existimant, illum
 in hymni modum dixisse ea quæ Johannis cap. 17. leguntur, id in medio
 relinquo. Sufficiat scire, Christum totam hanc Actionem Hymno sacro
 clausisse, ut moneamur, quid & nobis peracto hoc epulo sit faciendum.
 Reliquum noctis transigebat sanctissimis illis sermonibus, quos Johannes
 refert cap. 14. 15. 16. 17. sicuti sanctiores olim ex Israëlitis totam noctem in-
 somnem, in Enarratione beneficij Liberationis ex Aegypto, transegerunt,
 ut in Lectio Paschali habetur: הַיּוּ מִסְפָּרִים בִּצְאתِ מִצְרַיִם כֹּל אֶחָד הַלִּילָה
 Enarrabant exitum ex Aegypto totâ illâ nocte. Hac itaq; sufficient de Forma externa pri-
 me Cœna Dominica.

LXXXV. Forma interna hujus Sacramenti posita est in *χέντ*

sive Relatione & Unione illa, quæ intercedit inter materiam ejus externam & internam, quâ hæc per illam non solùm significatur, verùm etiam insuper obsignatur & præbetur. Hanc Christus indicat iterum, dum ait de Pane, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur*; de Poculo seu Vino in poculo; *Hic est sanguis meus, &c.* Dum enim istis verbis materiam internam hujus Sacramenti notat, indicat simul, Analogiam & convenientiam inter hæc duo esse, quâ res interna per externam significetur & declaretur: deinde rem illam internam, in verbo generaliter promissam, externo isto symbolo & Sacramento, quod singulis datur, sigillo quasi & arrhâ datâ, illis obsignari: tertio, revera etiam exhiberi & dari unâ cum signo; non tamen in illo, sed in actione Sacramentali, Ministro exhibente signum, Christo verò Domino rem signatam dante.

LXXXVI. Itaque in Cœna hac res externa & interna, terrena & cœlestis, *simul* fuit à Christo Discipulis exhibita, sed non *similiter*: *Simul*, propter unionem illam Sacramentalem, quâ signatum signo conjungitur, & conjunctim in vero legitimoque usu percipitur: *Non similiter* autem, quia signatum spiritualiter, fide; signum autem corporaliter, ore percipitur. Unde *simul* liquet, quâ ratione Corpus & Sanguis in S. Cœna sint præsentia; quove sensu Christus dicere potuerit, & dixerit, de Pane & Vino, quod sint Corpus & Sanguis ipsius. De his autem, cùm pleni sint Theologorum libri, nolo plura hîc addere; cùm jam nunc Exercitatio ista opinione mèa prolixior facta sit, & quædam adhuc restent, proprius præfitem scopum attingentia.

IV.

FINIS.

LXXXVII. Finis Cœnæ hujus Dominicæ primarius, cuius Dominus ipse meminit, est Commemoratio mortis Christi: *Τέτο ποιεῖτε εἰς τὸ θερμὸν αὐάμυνησιν Hoc facite in mei commemorationem*, Lucæ 22. 19. I. Cor. 11. v. 24. Et de poculo in specie. *Τέτο ποιεῖτε ὅσπεις αὐτὸν γένετε, εἰς τὸ θερμὸν αὐάμυνησιν Hoc facite, quotiescumq; biberitis, in mei recordationem.*

LXXXVIII. Primorum verborum, *Τέτο ποιεῖτε*, quis sit sensus, supra expositum thes. 12. Pronomen *Τέτο* non ad corpus aut calicem, sed ad id, quod fecerat Dominus circa Panem & Poculum, referendum est, & quod disci-

pulos communicantes facere jussérat. Unde ποιῆτε Facite, non significat Facere corpus Christi, aut Sacrificare, sed Facere hoc, quod tunc in primâ Cœnâ factum fuit, tam quoad Dispensationem, quam quoad Receptionem. Et, si Corpus suum ipsum facere Dominus hic juberet, cur manda-ret hoc facere in sui recordationem? Contradictionem videretur hoc im-plicare. Summa; Quod Deus in V. T. de Sacramento Agni Paschalis di-cit Exod. 12. §. 24. Observabis itaq; rem istam pro statuto tibi, & filiis tuis usq; in saeculum: Et cap. 13. §. 10. Observabisq; statutum hoc in tempore suo quotannis; idem quoque hic discipulis suis mandat de Sacramento Cœnæ, quando ait; Hoc facite.

LXXXIX. Verba itaque hoc facientia sunt, Εἰς τὸ εὖν ἀνέμυντο In mei recordationem; quibus verbis allusisse videtur ad celebrationem Agni Pa-schalis, in qua plures habebant ejusmodi ἀραινότεσ & recordationes Judæi. Dies ipse Paschatis celebrabatur לְנִירָה in memoriam miraculose liberationis ex Aegypto, Exod 12. §. 14. Et §. 26. 27. Quum autem dixerint vobis filii vestri; Quid est cultus iste vobis? Tum dicetis; Sacrificium Pesach est ipsi Jehovah, qui transfiliit domos filiorum Isræl in Aegypto, &c. h.e. in memoriam, quod Jehovah transfiliit domos filiorum Israel in Aegypto. Et cap. 13. §. 3. Memento diei hujus, &c. Ut nempe Deus vult nos beneficiorum suorum meminisse: ita constituit etiam quandoque eorum signa & monumenta, Psal. iii. §. 4. Ita singula quoque cætera suam habebant נִיר memoriam; etiam quæ posteriores He-bræi primo Paschati adjecerunt. Pulmentum illud Charoeth (de quo su-pe-rius) dicunt esse נִיר vel נִיר recordationem, majores suos in Aegypto palea & luto laborasse. Azymi memoriale erant, quod extulerint massam suam ex Aegypto, nondum fermentatam, &c. Exod. 12. §. 34.39. Quod in qui-busdam locis hodiè in mensa apponunt Arnum assūm, dicunt fieri לְנִיר in re-cordationem Agni Paschalis. Herbe amara olim erant נִיר memoriale amaræ servitutis Aegyptiacæ, Exod. i. §. 14. hodiè dicunt esse נִיר, majores suos Pascha cum herbis amaris comedisse. Vino rubro utuntur in paschate לְנִיר in recordationem, quod Pharao olim laverit in sanguine filiorum Israëlitico-rum, &c. Sic reliqua & solennia fieri solebant in certi alicujus beneficij divini ἀνέμυντο.

X C. Qualis verò hæc ἀνάμνησις esse debeat, declarat Pau-lus: Quotiescumq; ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mor-tem Domini annuntiabitis; talis videlicet, quæ cum pœnitente, fidi, & gratâ annuntiatione mortis Domini, & beneficiorum eâ partorum, sit conjuncta.

XCI. Εὐφαντος & signanter dictum videtur, quod ait; καὶ οὐ γένεται Annuntiatio. Id Hebraicè est תְּגִיתָה. In Festo Paschatis mandatum divinum erat, ut Israëlitæ beneficium liberationis Ægyptiacæ filii suis quotannis annunciasent & exponerent, ut est Exod. 13. v. 8. וְיַדְתָּה וְיַדְתָּה Et annuntiabis filio tuo eo die, dicendo; Propter hoc quod Jehova fecit mihi, quum exirem de Mizrajim, feriamur sc. huncce diem, &c. Unde Judæi Lectionem suam Paschalem, quam nocte Paschatis solenniter, & singulari ritu ac ordine, in cœna legunt, vocant הַגָּדָה Haggadah q. d. Κατεξηλια, Annunciationem. Ubi error in Scaligero notandus, qui loco suprà adducto scripsit, Noctem eam, que vesperam XIV. Nisan sequitur vocari הַגָּדָה h. e. Ἀγεία. Quod dubio procul hausit ex Paulo Fagio, qui in Tisbi Eliæ, verba ista; בְּלִי פֶסַח הַגָּדָה h. e. In nocte Paschatis legunt Haggadah; pravè sic convertit: Noctem Pesach vocant Haggadah. Non Nox; sed Lectio illius noctis, sic vocatur. Haggadah illa passim extat in omnibus ipsorum libris Precum & Ritualibus: & continet præcipue Commemorationem & Annunciationem, tūm duræ illius servitutis, quā in Ægypto pressi fuerunt, tūm miraculose Dei liberationis, tūm laudes Dei, &c. Prolixa satis est: qui vult, adeat libros citatos ipsos. Quemadmodum itaq; olim Israëlitæ in Paschate commemorarunt & annunciarunt corporale beneficium Liberationis ex miseria & servitute, quā in Ægypto pressi erant, Deumque propterea laudibus celebrabant, & extollebant: ita, & multò magis, æquum est, ut nos beneficium liberationis nostræ; non ex miseria corporali, sed spirituali; non per Mosen, qui servus erat in domo Dei, sed per Christum, Æternum filium Dei, & quidem per amaram ejus passionem & mortem, in Sacra Cœna, quæ Paschati substituta & subrogata est, gratis animis commemoremus, annuntemus, Deum ejus nomine laudemus, gratias ei agamus, &c. Ut laudabilis sit illarum Ecclesiarum consuetudo, in quibus, Communionis sacræ tempore, Historia passionis Christi prælegitur, & Psalmi in eum sensum decantantur. Adsit modò quoque attentio & devotione animi fidelis. Cæteros fines, minùs principales, & huic subordinatos, brevitatis causâ omitto. Paucis quædam adhuc subjungam de Subiecto & Adjunctis.

V.

SUBJECTUM.

XCI. Subiectum à primæ Cœnæ fuerunt Discipuli Christi, & quidem respectu utriusque symboli, Panis & Vini, quæ ambo Christus ipsis accipienda & fruenda porrexit. Quæ verò condic-

conditio præcipue requiratur in iis, qui hujus Sacramenti volunt esse participes, docuit Christus, requirens *Commemoracionem mortis sue* à participantibus; & Paulus, *Probationem sui ipsius ab eisdem exigens*. Hoc synaxin sacram debet præcedere, illud eandem comitari & sequi.

XCIII. Ut ergo Cœnæ celebratio cum Institutione Christi sit conformis, requiritur ut ea non à Dispensante solo peragatur: sed ut discipuli & communicantes adsint, qui simul quoque participant, quibus panis frangatur, detur, & poculum porrigitur: qui item accipient, edant, bibant, & mortem Domini annuntient. Sicut olim Israëlitis quoque prohibitum erat, ne Pascha ab unico & solitario comedatur, sed certus atque justus ad ejus esum requirebatur numerus. Probant id Judæi ex eo quod dicitur, *אכלו את אותן Comedent illud* (in numero scil. plurali) Exod. 12. 7. Ita nos quoque hanc communionem ex eo probamus, quod Christus dixit; *Accipite, Edite*. Non uni discipulo, vel sibi soli, Christus id instituit, sed pluribus. Alias rationes, qui Institutioni Christi duntaxat nunc inhæreo, omitto.

VI.

A D j u N C T A.

XCV. Huc referemus 1. Tempus. 2. Locum. 3. Lingam. 4. Vester.

XCV. *Tempus quod attinet, non loquor hic de Anno, Mense, vel etiam Die; sed de ea Diei duntaxat parte, quā illam cum Discipulis celebravit. Evangelistæ dicunt; Οὐαὶ δε γενέντες: Paulus; ἐν τῇ νυκτὶ ἡ πρόεδρος: Lucas, Postquam cœnasset.* Quod Evangelistæ dicunt de Vespera, id propriè intelligendum de Cœna Paschali, quæ incipiebat sub vesperam, nocte imminentे; ita tamen ut seriùs ipse Agnus fuerit appositus & comestus, Nocte videlicet jam serâ; quia dicitur; *וְאכָלוּ אֶת הַבָּשָׂר בְּלִילָה זוֹה Et comedent carnem nocte ipsa*, Exod. 12. 8. ita tamen, ne ad mediam usque noctem differre licuerit, quia iterum scriptum est; *Quasi mediâ nocte ego egrediar, &c.* Exod. 11. 4. & *Fuit ergo in medio noctis percusit Dominus omne primogenitum, &c.* Exod. 12. 29. Vocatur haec nox ab Hebræis *לַיְלָה פֶּסַח Nox Paschatis*, & *לַיְלָה שְׁמֹורִים Nox custodiarum*, vel *observantiae*, ex Exod. 12. 42. & est *לַיְלָה טוֹבָה Nox 15. Mensis Nisan sive Martii*. Cum itaque Christus, antequam Cœnam institueret, Pascha comederit, noctem satis profundam esse jam oportuit, ut recte

Paulus dicat; *Eā nocte.* Inde tamen non sequitur, nobis quoque nocte Cœnam esse celebrandam; quia id ex accidenti factum est, quod Pascha citius, Lege obstante, non potuerit comedere, & diutius, proditione ejus imminente, Sacrae Cœnae institutionem non differre. Pari ratione sequeretur, nobis quoque cœnam, non nisi tempore Paschatis, celebrandam, vel cœnam prius insumendam aliam, &c. antequam ad hanc accedamus. Hæc & similia inter adiaphora ponenda esse censeorū.

XCVI. *Locus*, in quo Christus cœnam celebravit, sine dubio, fuit idem cum eo, in quo Pascha comedit. Evangelistæ vocant illud Ἀνάγεον μέρα της πρωτης Καινούργιας οὐρανοῦ, cuius ratio reddita est suprà thesi 36. Quis autem fuerit ille δῆμος, in cuius ædibus hoc factum fuit, scire nihil attinet; cum Evangelistæ eum nominare noluerint. Scio, Nicephorum tradere, fuisse ædes Johannis Evangelistæ. Sed hæc & similia, somnia potius & aniles fabellæ, quam veræ & solidæ traditiones, esse videntur.

XCVII. De *Linguâ*, quâ Christus Actionem hancce sacram peregerit, Evangelistæ nihil. Gilbertus Genebrardus, Professor olim Regius Parisiensis, in Chronolog. pag. 216. scribit; *Linguâ Hebreâ, non vulgari Syriacâ, consecrâ, suamq[ue] cœnam celebrasse videtur; quia Syriae non nondum sibi quisquam mysteriis consecraverat.* Item, quoniam tota actio Paschalis solemnitatis linguâ pure sanctâ peragebatur, ut & reliqua Iudeorum sacra. Hac in re quidem non multum est situm, modò hoc teneamus, quod nos firmiter credimus, Christum linguâ discipulis suis notâ & intellectâ id peregisse. Quorsum autem Genebrardo ita visum fuerit, quivis facile animadvertisse, & ipsem et se in seqq. prodit, scribens, Ecclesiam quatuor dunt axat has linguas; Hebream, Syram, Grecam & Latinam, ad sua mysteria & sacra transtulisse. Et quibusdam interjectis, Hæc, inquit, contra Calvinolatas, qui linguis aliis barbaris & profanis barbariem in sacra solennia inducere, Sanctorum per totum orbem communionem, quatuor his linguis comprehensam, dissolvere, & titulum Crucis corrumpere conantur. Sed Calvinolatas (quos ille sic vocat) latratus iste parum movet. Illuc enim Barbaries inducitur, ubi lingua in Sacra inducitur, quæ à populo non intelligitur, juxta illud Apostoli Pauli i. ad Corinth. 14. II. *Si ergo nesciero vim vocis, ero ei cui loquor barbarus: & qui loquitur, nibi barbarus.* Quòd & illud facit Ovidii in Ponto:

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli.

Ubi vero sacra, lingua populo notâ, peraguntur, illuc nulla est barbaries, sed ædificatio Ecclesiæ. *Sicut enim est, ut quis in Ecclesia quinq[ue] verba loqua-*

tur ex intelligentia, ut & alii instituantur, quam decem millia verborum lingua (scil. peregrinâ & ignotâ) I. ad Cor. 14. v. 19. Et posteaquam discrimen nationum gentiumque in Novo Testamento est sublatum, ut nullus amplius homo præ alio communis & immundus sit censendus, Acto. 10. 28. nulla quoque lingua præ alia communis & prophana censenda esse videtur; si modò à cultu Divino ipso omnis absit profanatio & barbaries. His itaque missis, rationes ejus allatas videamus. Prima est incerta. Sanè Majemon. in *Hilchos Berachos* cap. I. §. 6. scribit: וְלִבְרָכוֹת כָּלֵן נָאמְרוּ בְּכָל לְשׁוֹן הַכְּמַמְמָה וְהַוְאֲכַעַז שְׁתַקְנָה הַכְּמַמְמָה Omnes benedictiones dici possunt in quavis lingua, si modo idem dicitur cum eo quod ordinarunt Sapientes. Altera, non universaliter vera, quia Lectionis illius Paschalis, cuius suprà mentionem fecimus, initium, quod sine dubio est antiquissimum, Syriacâ linguâ constat, hoc est, בְּלִשׁוֹן אֲרֵם, Syriacâ linguâ constat, hoc est, בְּלִשׁוֹן אֲרֵם, etiam in אֶתְנָה אֲבָהָתָנָא בָּאֲרוּא דְמָאָרִים כָּל דְכָפָן יְהִי וְכָל כָּל דְאַרְיךָ Hic est Panis miseria, quem comedenter Patres nostri in deserto: quisquis esurit, veniat & comedat: quisquis opus habet, veniat & Paschatizet. Hujus autem rei varias Hebræi reddunt causas, quas videre est apud Don Isaac Abarbenelem in *Sévach Pésach* fol. 10. 1.

XCIIX. De Veste, quâ Christus Coenam hanc sacram, uti & Paschalem (nam iisdem procul dubio in utraque est usus) celebrarit, quærendi iterum occasionem præbet Genebrardus, loco modò citato. Prolixè enim ibi describit nobis habitum Christi, ad instar religiosi cuiusdam Pharisæi, accuratissime coronati, stolati & fimbriati: *In caenaculo autem magno, inquit επωμένῳ Stromatibus ornato, Luce 22. veste profanâ, ut heretici putant, neq; veterem coenam celebravit, neq; novam instituit: sed ritu Judeorum, apud quos Paterfamilias (Baal habbajith) vel qui solennitati præest, perficiens ea, quæ in templo ritè inchoata sunt;* Primò se zonâ præcingit ad id paratâ, & dedicatâ, calceos certos induit, baculum, tamquam pedum pastorale, manu tenet, Exod. 12. Deinde frontem coronamento quodam circumvolvit, Exod. 13. quod Moses Totaphot appellat, Evangeliste Phylacterium (capitis) Noster interpres Appensum quid supra oculos, Recentiores Frontale, ut apud Paganos Flamines, quasi Filamines: *Judei hodiè Tephillath schel Rosch, quasi Oratorium capitum; quod eo Judei in precibus & orationibus quotidiū utantur miro artificio.* Tertiò, *Manipulum in brachio sinistro:* Erit, inquit ibid. Moses quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ob recordationem ante oculos tuos, eò quod eduxit vos de terra Ægypti. In Evangelio Phylacterium (brachii.) *Judei hodiè Tephillat schel Jad (Oratorium manus.) Quartò, tunicam sive vestem quadrangulam, manicarum expertem, quæ reliqui omnibus indu-*

mentis superimposta è quatuor angulis sive extremitatibus emittit fila retorta sive fimbrias, Num. 15. ubi hoc vestis genus in precibus & solennitatibus imperatum, Moses Tzizit appellat, Judæi hodiè Tallith, q. Involucrum sive Indusium, non admodum differens ab Ephod lineo, quo aliquando David usus est. Et Arba Canphoth, q. Quatuor anguli sive extremitates, &c. Nam cum his sacris ornamentiis celebrabatur non tantum Cœna Paschalis, sed & Aphicomin, sive Κανύπ Cœnula Hebreorum, quam idem Paterfamilias vel convivii princeps tenebatur perficere cum precatiōibus, benedictionibus & ceremoniis, expressis à Fagio Deut. 8. & Cassandro in Liturgicis. Eos enim ritus Christum in sua cœna, præsertim ut à D. Luca describitur, observasse docent, vel potius illam cœnulam in suam commutasse iisdem penè ritibus & formâ. Hæc Genebrardus: quæ viro, cæterà doctissimo, & in Hebreorum scriptis non leviter tincto, excidere potuisse, miror. Plura quidem in iis observanda & animadvertenda essent: sed quia ad finem proprio, paucis tantum attingam præcipua:

1. Ornatus ille totus, quem describit, est Judæorum precantium in Synagoga, Templo, vel Schola, quem qui accuratiū descriptum legere & cognoscere cupit, consulat Synagog. Judaic. cap. 9.

2. Quod eundem ornatum *sacrum* vocat, & ad hunc modum à Mose imperatum putat, annon superstitionem crassam redoleat; videat ipse. Nam, ut in Lege tale quid præceptum videatur, Exod. 13. 16. Deut. 6. 6. 8. quin tamen superstitionis accessionibus id fuerit posterioribus temporibus auctum & suffertum, non est dubitandum. Doctissimus Hieronymus Matth. 23. v. 5. locum illum sic exponit: *Dominus cum dedisset mandata Legis per Mosen, ad extremum intulit: Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos*, Deuter. 6. Et est sensus: *Præcepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur: sint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis*. Hoc Pharisæi male interpretantes, scriebant in membranis Decalogum Mosis, id est, decem verba Legis, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes, ut semper ante oculos moverentur, quod usq; hodiè Indi & Persæ & Babylonii faciunt: & qui hoc habuerit, quasi religiosus in populis judicatur. Jusserrat quoque aliud Moses, ut in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerent, Numer. 15. ad Israëlis populum dignoscendum, ut quomodo in corporibus Circumcisio signum Iudaice gentis daret, ita & vestis haberet aliquam differentiam. Superstitioni magistri captantes auram popularem, atq; ex mulierculis scandentes lucra, faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, ut videlicet ambulantes & sedentes interdum pungerentur, & quasi hac admonitione retraherentur ad officia Domini, & ministeria servitutis ejus. Quia ergo dixerat Dominus: *Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus; quod generaliter*

neraliter accusarat, nunc per partes dividit. Pictaciola illa, Decalogi Phylacteria vocabant, quod quicunq; habuisset ea, quasi ob custodiam & munimentum sui haberet; non intelligentibus Pharisais, quod hac in corde portanda sint, non in corpore: alioquin & arce & armaria habent libros, sed noticiam Dei non habent, &c.

3. Quod statuit, Judæos hoc ornatū & apparatu, maſtatum in templo Agnum, domi comedisse, probare debuiffet ex Judæorum scriptis. Sed non potuit. Nam de peculiari vestimento, in hac Cœna, vel toto hoc festo, adhibendo, altum apud Hebræos silentium. Negry quidem ea de re extat in omnibus ipsorum monumentis. Quin imò vestimenta hæc sacra tum non gestare licuiffet. Nam Agnus Paschalis noctu fuit comestus: Hæc autem vestimenta noctu gestare non licet. In Orach chajim Numer. 18. §. 1. de Tzizith: נַחַת צְדִيقָה לִילָה Nox non est tempus gestandi Tzizith. Ita Abarbenel in זְבֹחַ פֶּסַח fol. 14. 1. quærit: Cur sectio illa Mosaica in qua de Tzizith agitur (Exod. 13. 16.) nocte Paschatis legatur, cùm tamen Tzizis noctu non gestentur? Rationes addunt: 1. quia eo tempore gestanda sunt, quo videri possunt, ex Num. 15. ¶. 39. 2. quia facile fieri posset, ut in iis quis indormiret, & in somno ea aliquâ ratione polueret & prophanaret, &c. Sic ibid. de Tephillin, sive Oratoriis, Num. 30. §. 2. אֲסֹר תְּפִילָה בְּלִילָה שְׁמָא יְשָׁכֵחַ וְשַׁן בְּהָם Prohibitum est applicare Oratoria (capitis scil. & manuum) noctu: fieri enim posset, ut illorum oblitus cerebrum, & in illis indormiret, &c. Præterea celebrabatur convivium Paschale non in Synagoga, sed in privatis ædibus, ubi vestium sacrarum itidem nullus usus. Denique scribunt etiam: Non אֵין מִנְחָה בְּשַׁבָּתָות וְמִסְבָּבִים induunt ea in Sabbathis & diebus festis.

4. Quod verò Christum ipsum, Sacram Cœnam cum Discipulis suis celebrantem, tamquam hodiernum patremfamiliās Judaicum, aut fucatum Phariseum quandam, nobis eo habitu describere vult & repræsentare, quem ipse Christus antea reprehenderat, aliâ graviori, quam propriâ, autoritate id probandum ipsi erat; in primis cùm hæreseos eos damnet, qui id negant. Ego sanè id absurdum omnino esse existimo. Afferit quidem etiam Josephus Scaliger in Trihæresio contra Serarium, cap. 8. Christum phylacteria gesisse, non minus ac Pharisai; sed longè strictius tamen id fecit, quam Genebrardus. Quamvis ego de eo quoque vehementer dubitem.

XCIX. Baronius alium finxit Christi administrantis habitum; ac si videlicet ad Cœnam Paschalem mensa accubitus, cœnatoria vestimenta more Romano induisset: Cœnam verò cum discipulis administratus, cœnatorias quoque vestes exuisset, & ad Noyum convivium novam quoque & pretiosiorem vestem aliam

induisset, atque ita pro diversitate actionum vestes quoque subinde mutasset. Hujus verò sententiam quia Doctissimus Casaubonus refellit, in Exercitationibus suis, Exer. 16. Numer. 24. ego hī actum agere nolo. Hoc tantum dico in genere: Ex voce *Iuāla*, quā Evangelista Johannes utitur cap. 13. v. 4. & 12. nihil pro peculiari aut pretiosiore veste sacra concludi potest, quā Christus usus sit in Sacramenti hujus institutione. Nihil Christus, nihil Apostoli hac de re ullibi præcipiunt, vel vetant. Non etiam legimus Apostolos, cūm vel docebant, vel baptizabant, vel Cœnam sacram administrabant, vestem mutasse. Itaque sive exemplum Christi, sive praxin Apostolorum respiciamus, nulla apparet necessitas mutandi vestes in administratione hujus Sacramenti. Nulla proinde etiam hæresis subesse potest, si Ministri Ecclesiæ veste consuetā, sed eā honestā, gravi, & mundā induuti, officio suo publicè fungantur. Distinctio & varietas illa vestium sacerdotalium in Veteri Testamento suum habebat usum typicum, & ex præcepto Divino erat: quorum neutrum jam amplius habent. Ut sacerdotes ipsi, ita etiam vestium sacerdotalium ornatus in Novo Testamento est sublatus. Tempore D. Hieronymi consuetudo fuit in Ecclesia, ut Sacraenta administraturi, veste linnenā induerentur, uti colligitur ex eo quod contra Pelagian. lib. 1. scribit: *Que sunt ergo inimicitie contra Deum, si Episcopus, Presbyter, Diaconus, & reliquis ordo Ecclesiasticus, in administratione sacrificiorum candidā veste processerint?* Verūm quia hoc ad superstitionem proclive est, & sanctimoniae aliquis opinionem facile ea in re quærunt homines, satius est, ut id omissatur, & liberum relinquatur: cūm nullum ea de re in Novo Testamento mandatum, neque etiam exemplum Christi vel Apostolorum habeamus.

C. Et hæc sunt, quæ Exercitationis loco, ad Historiam Institutionis S. Cœnæ proferre, Divina hac vice concessit gratia. Iis si vel aliquantam lucem huic materiæ intuli, est quod Deo gratias agam. Quod ex Hebræorum scriptis quoque Mysterium hocce Christianum illustrare subinde conor, nec sine ratione, nec sine magnorum virorum, qui idem tentarunt, exemplo à me factum. Si nihil aliud, hoc saltem egisse videor, quod quorundam doctorum virorum, circa hujus mysterii historiam, errores nonnullos, à multis securè admodum receptos & retentos, detexerim. Si & ego alicubi hallu-

hallucinatus sim, quod facilè fieri potest, monitorem candidum & modestum non solum æquo animo feram, sed gratiam eidem referam, & herbam ultrò porrigam.

*Deo autem Opt. Max. ejusq. Filio, Domino nostro Iesu Christo,
sit laus, honor & gloria in sempiterna secula*

A M E N.

JOSEPHUS SCALIGER LIB. VI.
de Emendatione Temporum.

SI Christus, ut quidam hostes bonarum literarum pertendunt, non obstrinxit ritibus Iudaorum, quare igitur omnia hic fiunt, quæ in Rituali Judaico extant? Quare omnia simillima sunt? Et tamen illis Cricitis videtur impium, Christum illis Legibus obnoxium facere. Sexcentis argumentis confutari possent, si tanti essent, ut illorum sententia aliquid apud nos ponderis haberet. Sed cum sciamus, hoc ab illis dici magis odio bonarum rerum, quas ignorant, quam veritatis amore, illos missos faciamus: aequos autem Lectores ad gesta Paschatis Christiani, cum ritibus priscorum Iudeorum contendenda, invitamus: ut cum viderint, ea omnia, quæ in Evangelio traduntur, in ritibus Iudaorum sine ulla discrepantia eodem modo precepta esse, tunc verè judicare possint, utra verior sententia eorum qui omne Antiquitatis studium oderunt, an nostra, qui hæc ad illustrandum Evangelicam historiam sedulò collegimus.

Idem Ibidem.

Si quis neget Canones in Digestis Talmudicis antiquos esse, idem est ac si quis capita Papiniani, Pauli, Ulpiani, & aliorum Jurisconsultorum, in Digestis Justiniani producta, neget esse eorum Jurisconsultorum, quorum nomine citantur. Quod nemo sanus dixerit.

DISSE-

DISSERTATIO SEPTIMA.

VINDICIAE
EXERCITATIONIS
 IN HISTORIAM INSTITU-
 TIONIS SS. Cœnæ DOMINI-
 NICÆ.

Adversus Animadversiones Ludovici Cappelli.

THESS I.

N Talmud Tractatu de Sabbatho fol. 32. col. 1. legimus; אָדָם Talmud Tractatu de Sabbatho fol. 32. col. 1. legimus; אָדָם דָּוֹמָה לְעֵינָיו כְּמַיִּגְמָסֶר לְסְרוּדִיטָן Homo prodiens in forum, vel in publicum, erit in oculis suis, quasi tradendus aut jam traditus lictori; quia nempe, ut R. Salomon, ordinarius Glossator Talmudicus, exponit, מְצִיעִים שֶׁמְרִבּוֹת וּבוּלִי דִּינִים כוֹתִים וִישְׁרָאֵלִים in turba illic inveniuntur varia litium occasiones, multiq; homines contentiosi & pruriginosi, & quidem tam ex Gentilibus, quam ex Israëlitis; unde facillimè aliquod ipsi periculum enasci, vel litis materia oriiri potest.

II. Idem fere accidit exulcerato hoc saeculo quamplurimis, qui scribendo prodeunt in publicum, ut hoc ipso publicæ se aleæ exponent, nihilque habeant aliud quod exspectent, quam non necessarias disputationes, lites, controversias; idque non solum à professis hostibus & adversariis, sed & ab 이스라엘 이스라엘itis, h. e. amicis, fratribus, & orthodoxam religionem profitentibus. Imò scipios faciunt & constituunt כמטרה לכל quasi scopum & signum sciolis & δοκιστόφοις, in quos illijaciant חצץ סככות sagittas imperitie & ignorantie sue, ut Majemonides loquitur in Praefatione libri More nevochim.

III. Veritatem hujus rei non est mihi jam opus alienis aut longinquis exemplis comprobare. Proprio id exemplo experior. Triennium est, & quod excurrit, quod in lucem hic edidi Exercitationem Philologico-Theologicam in Historiam Institutionis SS. Cœnæ Dominicæ. Scopus in

in ea mihi fuit, historicè duntaxat & literaliter sublime illud mysterium considerare, & quā potē, ex collatione cum Veterum Hebræorum in Pa- schate ritibus, lucem aliquam ei foenerari & inferre. Impulit me ad hoc in- stitutum, quōd maximi & doctissimi nonnulli viri, qui hoc vadum antea jam tentarant, mihi, cūm illos adirem, non per omnia satisfacerent, sed scrupulos semper aliquos relinquenter. Quotiescumque enim illorum ob- servationes cum ritibus Judæorum in Talmude & alibi descriptis (unde tamen sua se hauisſe gloriabantur) conferebam, raro contigit, ut id, quod illi dicerent, ego reperirem, sed discrepantiam semper insignem deprehen- derem. Occasione igitur quadam (quam hīc commemorare nihil est ne- cessē) ad mysterii hujus considerationem me invitante, bono cum Deo, quod sāpē in animo habebam, sum aggressus, & quāc circa hanc rem ab aliis observata videram, cum Hebræorum Ritualibus diligenter contuli, ad illa revocavi & examinavi, atque unā cum iis, quāc mihi quoque occur- rerunt, in methodicam Tractationem, ad Studiosorum S. S. Theologiæ usum, conjeci.

IV. Quia verò vix alius plura & luculentiora hac de re scripsisse crede- batur, quām Illustris & Incomparabilis Vir JOSEPHUS SCALIGER, in suo de Emendatione Temporum opere, lib. 6. eaq; passim ab aliis magnis quoque viris, in eximiis operibus, allegata & laudata videbam, nihil vel tanto viro injurium, vel bono publico ingratum, vel à mea professiōne alienum, me facturum sum arbitratus, si in ipsius observationes inquirerem, & num ea quāc diceret, ita se in libris Hebræorum haberent, diligentius investigarem, quodque reperirem, fideliter, sed modeſte, & citra contu- meliosam, meritissimi de re literaria Viri, insectationem aperirem.

V. Existimabam equidem tunc, Exercitationis ejus exemplaria intra Urbis, Academiæ Ecclesiistarumq; nostrarum fines atque terminos manere, & nostræ Juventuti duntaxat inservire debere, cuius rei gratiâ Academicæ velitationi eam hīc exposui; quia tamen non defuerunt, qui plura exem- plaria imprimenda, & latius eam divulgandam suaderent, haud gravatim id fieri passus sum. Et, præter spem, faventissima passim Virorum Docto- rum judicia, diversarum etiam à nobis partium, quod literæ ipsorum te- stantur, sum expertus, nec quisquam visus, qui mihi ob reprehensum Sca- ligerum succenseret.

VI. Placuit verò non ita pridem Viro Cl. D. Ludovico Cappello, Pro- fessori Salmuriensi, suā de veris & antiquis Hebræorum Literis, Diatribæ, quam meā, de eodem argumento, Dissertationi opposuit, hujus quoque Exercitationis meā de Cœna Domini, Censuram subjungere, Scaligeri

patrocinium in se suscipere, ejus vindicem agere, & mihi hunc Controversiæ statum hoc nomine movere; *An magnâ & justâ satis de causâ in hoc Argumento Scaligerum carpserim atq; reprehenderim?*

VII. Non equidem mihi sum ita Suffenus, ut nesciam me quoque erroribus esse obnoxium, & facillimè fieri posse, ut in hujusmodi rebus, quæ ex densis ac profundis Hebræorum scriptorum tenebris sunt petendæ, etiam oculatissimus prudentissimusq; cæspiterit: Non erubescam unquam errores, ubi de illis monitus fuero, illosque video, ingenuè confiteri, quod factò ipso comprobabo: Non etiā correctionum, si justis de causis fiant, sum impatiens, memor illius vulgati Hebræorum dicti, *אהוב את התוכחה Dilige correctionem*: Non denique delector polemico & eristico hoc scribendi genere, quod non facit *אנו יונדקון*, & nullus habet fines atque cancellos, ubi semel quis illud ingressus fuerit, juxta illud verissimum veterum Hebræorum dicterium: *תגרא זמָא לְגַנּוֹרָא דְבָקָרָא כִּין דָרוּחָה* Contentio simili est canali eruptionis aquarum, que ubi semel eruperit, continuè progreditur & incrementa sunit, Talm. Sanh. fol. 7. 1. Quia tamen, perfectis & examinatis his D. Cappelli vindiciis, non potui animadvertere, vel me frustra & injustè Scaligerum reprehendisse, vel D. Cappellum justè ejus defensionem suscepisse: quia etiam apud multos, rerum Hebraicarum præfertim ministris peritos, levitatis vel arrogantiæ suspicionem incurrire possem, ac si, ex isto cum Scaligero congressu atq; confictu, famam aut fumum potius inanis & vanæ gloriolæ ambitione auctupari, & illud vulgare Hebræorum ad præxim applicare voluisse, *אם בקשת לך נקח החלה באין דיל Si cupis strangulari, suspende te in arbore magna*, Pesach. fol. 112. 1. Itaque necessariò, & veritatis defendendæ, & famæ meæ afferendæ gratiâ, aliquid reponendum & respondendum mihi duxi. Nam nec veritatis, nec famæ, causa temere à nobis deserenda. Illa quippe Dei, haec nostra, quâ nil tenerius, nil charius, nil carius. Quod Diatribam ejus, de veris & antiquis Hebræorum Literis, attinet, non è re judicavi, hac vice peculiari scripto ejus Examen instituere: sed quia sub manu habeo Tractatum De Punctorum & Accentuum Hebraicorum Origine & Antiquitate, brevi quoque, si Deus mihi vitam & valetudinem concedat, edendum, commodius & utilius judicavi, ob Argumenti affinitatem & coharentiam, Tractatui isti vel suo loco illud inse- rere, vel in fine adjungere.

VIII. Duplicem ergo hic mihi quæstionem movet D. Cappellus,
I. An magnâ & gravis sitis; II. An justâ etiam de causâ magnum Scaligerum in hoc argumento carpserim atque reprehenderim? Sic enim

enim Vindicias suas concludit; *Hac sum, que visum est breviter ad istam Domini Buxtorfi Dissertationem annotare, tum &c. tum ad Vindicandum à reprehenſione Scaligerum, qui sine Magna aut Inſta ſatis cauſa videtur in multis à Domino Buxtorfio, noſtro quidem iudicio, carpi atque reprehendi.*

X. Primum accusationis caput eſt; *An magnam ſatis habuerim cauſam, Scaligerum carpendi atq[ue] reprehendendi?* Hoc quidem D. Capellus in ſuis Vindiciis cum altero commiſſet; quia verò iſti Conclusioni ſuæ id inſeruit, non negligendum, ſed affumendum & diſtincte, ſeparatim que illud ab initio ſtatim tractandum & diluendum exiſtimavi.

X. *Magnitudinem & gravitatem cauſæ, ad hanc reprehenſionem me impellentis, oſtendo I. A Personæ circumſtantia. II. A Cauſa ipſa.*

XI. Primò Personam Illustris Viri Jof. Scaligeri quod attinet, novi, quantum ſummiſ ac prædarè de re literaria promeritis viris debeamus: in ſpecie etiam, quanti ſint Scaligeri eruditio, ſcriptaque, facienda & æſtimanda, quanta ejus in literis authoritas, quam ſancta ejus memoria apud omnes elle debeat, non ignorare videor, ut quem, non ad exemplum & imitationem, ſed admirationem potius noſtro ſeculo confeſſum, ſemper exiſtimarim. At homo fuit, qui & labi, & errare, & cum bono Homero dormitare quandoque potuit; & facillimè potuit. Ingenium enim ejus occupabatur variis ac pænè infinitis: ſcripta ejus non ſunt unius artis, facultatis aut linguae gyro inclusa, ſed per omnes artes, facultates & linguaſ diffuſa: interpellationes, ſalutationes, avocationes habebat creberimmas & quamplurimas, quibus ſine dubio ſtudia ac meditationes ipsius ſæpius interturbabantur & diſtrahabantur, ut ipſe paſſim in Epiftolis conqueritur: quædam agebat ex professo & primario, quædam accidenter & incidenter. Quam itaque pronum & proclive ei nonnunquam fuit aberrare?

XII. At, inquias fortalſis, errores fuerunt leviores, qui diſſimulari, & propter alia præclarissimè dicta & ſcripta condonandi erant, tegendi potius, quam publicè legendi, & producendi. Ad hoc repondeo: Quò major fuit, tantò maiores etiam ſunt, etiam leviffimi ejus errores: quò major eruditioſ & ſcriptorum ipsius æſtimatio ac admiratio, tantò etiam ſunt periculofiores, utpote qui pro oraculis à plerisque acceptantur, & extra omnem dubitationis aleam habentur. *In minimis maximos labi, non eſt minimum,* ait Santes Pagninus in Epiftola ad Clementem VII. primæ Biblioſum ejus editioni præfixa. Quemadmodum ſolis defectus ac deliquia magnam mortalium perniſiem trahunt: ita & magnorum virorum & rei literariae luminum errores, in orbe literato magnam perturbationem giognunt. Agnosunt hoc etiam Hebræi noſtri, apud quos tritum eſt in hunc

סְנָסָם : חַטָּאת קָטָן לְגָדוֹל בְּקָרָא גָּדוֹל sensus: Error magni viri parvus, vocatur magnus. In quam sententiam etiam scribit Aben Esra Genes. 32. §. 8. כל עוֹזָן וְגָדוֹל קָטָן כִּנְגָּד הַעֲוֹזָה עַל כֵּן הַעֲוֹן הַקָּל לְגָדוֹל יְקָרָא גָּדוֹל Omne peccatum magnum est & parvum pro ratione ejus qui id committit. Hinc peccatum leve viri magni, vocatur magnum. R. Jehudah Muscatus in Cosri fol. 43. col. 1. dicit, hoc simile esse ^{לְזִבְחָתָן} הַכְּתָם הַנִּכְרֵת מִן־יָמָיו תְּרִמְמָה Maculis, que longè magis sunt conspicue in vestimento splendido & pretioso, quam verò in alio vulgari & quotidiano. Tales viri cùm errant, sunt non solum ipsi & מִזְמְרָתָא מִזְמְרָתָא מִזְמְרָתָא, errant non solum ipsi, sed errare faciunt etiam alios, quod Hebræi censem gravissimum. Quemadmodum malum, quod in uno aliquo membro circumscribitur, tolerabile est, sed quod proximum continuè violat, excinditur, aut exuritur: ita multò tolerabiliores sunt errores, qui tantùm proprio authori officiunt, quam qui alium quoque inficiunt. Verum hoc esse vel præsens exemplum sat docet. Quis enim hucusque repertus, qui de observationibus illis Scaligeri dubitaverit? imò qui eas non avidè arripuerit, qui non tanquam oracula exceperit & admiratus sit? quis non ei scribenti, Lotionem pedum in Paschate olim inter Judæos ritum suis usitatum, credidit? Et tamen ^{בְּשֶׁנֶּה הַוַּצָּא מִלְפָנֵי הַשְּׁלִיט} fuit hoc ipsi veluti error, qui egreditur à facie dominatoris, ut modestè Hebræi de magnorum virorum erroribus loquuntur, ex Ecclesiastis 10. §. 6. Non parum itaque, sed multum interest, ut qui publicè sic errant, publicè quoque corrigantur, sed modestè & sine obtestatione, ut stylus vertatur in errorem, erranti parcat. Quod me fecisse & observasse puto. Et qui hoc faciunt, non dicendi sunt sine causa, & quidem magna atque gravi, id facere.

XIII. Neque verò etiam dedecori, sed honorí potius eorum cedit, quorum errata sic notantur & numerantur. Hoc enim ferè non nisi magnis Viris fieri consuevit, idque, ut Hebræi ajunt, לשִׁלְמָוָתָם propter perfectionem ipsorum. De imperfectionibus hominis plebeji, deformis, monstrofis, nemo loquitur: sed vitia viri alicujus principis, hominis formosi, etiam minima notantur & observantur. De pictura vel alio, vulgaris & plebeji artificis, opere nemo facile judicat: sed si quid sub aspectum venit à celebri & insigni aliquo magistro effectum & fabrefactum, omnium statim judicium subit & incurrit; idque ex admiratione potius & aestimatione, quam contemptu. Hinc optimè scribit author libri Cosri par. 1. §. 93. ^{הַגְּדוֹלָה מִ שְׁחַטָּאתִי סְפָרָם} Maximus ille sit necesse est, cuius errata enarrantur & numerantur. Huc trahunt quidam Hebræorum Darschanim seu Homilistæ, illud Psal. 32. §. 1. ^{בְּאַמְנָס אֲשֶׁר נִשְׁׂוּ פְשֻׁעָם} Beatus cuius peccatum exaggeratur & extollitur; ^{בְּאַמְנָס} Hoc enim certissime ei accidit propter perfectionem ejus, scribit R. Jehudah Muscatus. Et hæc de Persona.

XIV. Se-

XIV. Secundo, Causa ipsa quoque magna & gravis fuit, quæ me ad has reprehensiones impulit. Dupliciter eam demonstro, In Genere, & in Specie, sed breviter.

XV. In Genere. Agitur hic de Circumstantiis Mysterii maximi & gravissimi, in quo nihil à nobis dici debet aut potest, parvum vel exiguum. Et quamvis non sit quæstio de nucleo illius, deque iis, quæ ad animarum nostrarum salutem spectant, sed de Circumstantiis duntaxat, quæ circa salutis jaæturam ignorari possunt; attamen non gravi carebimus culpâ, si illas quoque penitus nosse, atque accuratiùs intelligere queamus, & sponte vel mentes nostras inde avertere, vel oculos claudere, vel alios cæcuentes & aberrantes confirmare velimus. Minima fateor sunt hæc, si cum maximis hujus sacramenti mysteriis conferantur: sed ideo non temnenda. His etenim minimis maxima sæpè rectius excutiuntur. Aliis quamplurimi doctissimisque Viris in longè minoris momenti rebus, & multò minores ob causas, vapulavit Scaliger, nec tamen cuiquam illorum haec tenus, quod ego sciam, dicam impegit Vindex, qui fit, quod in me primum hoc factum ulcisci, & vires suas periclitari voluerit? An Scaliger, salvo honore suo, & bona cum Vindicis venia, in prophanis reprehendi potest, & in Sacris si erraverit, irreprehensibilis erit?

XVI. In Specie verò me Necessitas, durum & grave telum, ad has reprehensiones adegit. Quærebam Thes. 14. An Christus in Cœna Paschali, & eâ adhuc durante; An verò post eam peractam & absolutam, de novo accubuerit, & Sacramentum Cœnae instituerit? Tres se mihi h̄ic obtulerunt sententiae, & inter eas prima Scaligeri & Genebrardi, quæ eò tendere videbatur, ac si in Mensis Cœnae Paschalis secundis, seu Cœnâ ἡπολύτην, institutum à Christo fuisset, &c. ut ibi fusiū videre est. Ego aliud invenire mihi videbar in Hebræorum scriptis, ac proinde paullò accuratiùs in Mensas has secundas inquirebam. Sic Thes. 31. in Antecedentibus Cœnae Dominicæ, quæstionem movi de Lotione Pedum, An illa de ordinariis Judeorum in Cœna Paschali ritibus fuerit? Scaliger, & ex eo quamplurimi, ita senserunt. Ego rursus aliud vidi, aut saltem nuspia hoc videre potui. Sic de aliis. Qui quæsto aliter facere potui, quam ut in his, ubi à Scaligero recedebam, sententiam & rationes ejus examinarem, eumque, ubi mihi errare videbatur, modestè castigarem? Potuissim forte examen illud Criticum omittere, & Scaligero parcere? At non potui illud facere, sine magno meæ sententiae præjudicio. Et num Censor mihi leges scribendi, meaque defendendi, præscribet? num in ordinem coget? A non ipsem hanc sibi libertatem sumpfit jam duduim, de Virorum doctorum, & ipsius, quem nunc

vindicatum venit, Scaligeri, scriptis ac sententiis, liberè, & nonnunquam etiam licentiūs, ut alibi, Deo volente, videbimus, judicandi, quā authoritate me vult ab hoc jure excludere? Quoties ille in suis libris, Criticā præsertim, quam appellat, Sacrā, licet nondum editā, sine magna, sine justa, sine ulla causā, iniquissimē carpit, reprehendit, corrigit, castigat Textum Hebræum hactenus receptum? An ille in Codice Sacro, in Oraculis, in Libris Divinis hoc audebit, & aliis idem in scriptis Hominum, bona cum ipsius venia, & sine vindicta, non licebit? Fas ipsi erit, non Librarios, non Masorethas, sed ipsos scriptores sacros ~~סֵתֶר דָּבָרִים~~, Sanctum Mattheum, & Divum Stephanum, ob commissa ~~וְפָרָשָׁת הַמִּזְבֵּחַ~~ reprehendere & castigare in suo Spicilegio, & nefas erit, similia quædam in Scaligero notare? Nimiam sibi hīc potestatem arrogat; non dictaturam, non dominium, non principatum, sed Regnum affectat; verūm אֲנָגָת תְּהִלָּה fine sceptro & corona.

XVII. Hæc de prima quæstionis parte, ~~εἰσόδῳ~~ loco, ad mei excusationem, præmissa sunt, ut Lectori æquo constaret, me magna graviq[ue] satis de causa, reprehensionem Scaligeri, sed cum decenti moderamine, suscepisse. Nunc ad alterum accusationis caput, & arcem causæ est devenendum, videndumque; *Num justa etiam satis de causâ illum carpserim atq[ue] reprehenderim?*

XVIII. Hic Vindex Scaligeri duodecim numerat reprehensiones, sine justa magnq[ue] causa à me institutas ac factas. Eas ita Vindicat, ut *primò* ~~παρατάσθιν~~ loco, quædam præmittat: *deinde ad Ἐργασίας* sive *Εργασίων* ipsam accedat.

XIX. ~~παρατάσθιν~~ illam quod attinet, eam sic instituit, ut *primò* & ante omnia ex Majemonide, cap. 8. Tractatus ~~הַצְמָתָה וְלֹא~~ ad clariorem Cœnæ Dominicæ cum Cœna Paschali collationem, totam cœnæ Paschalis rationem, modum, ordinem, & ritus exponat: *deinde illa ipsa* cum Rituali Iudæorum Italicorum & Hispaniensum conferat: *tertio*, quæ in ipsis præcipue observanda & notanda, quæque Dominus noster Jesus Christus ex his mutuatus sit, & ad sacram suam Cœnam accommodarit, indicet.

XX. *Primo* itaque dicit, se totam cœnæ Paschalis rationem, modum, ordinem, & ritus, ex Majemonide, antiquo & celeberrimo inter Judæos scriptore, expositurum, *ut manifestius liqueat*, *An benè & recte, an verò fecis, ista quæ recenset, à me in Scaligero reprobatur?* & *ut Cœna Dominicæ collatio cum Cœna Paschali clarior evadat*. Benè res habet, utrumque per me licet. Cupio & opto, ut cordato cuivis Lectori, illud manifestissimè liqueat, & hoc clarissimum evadat. Libenter audio, quod Majemonidem non inter recentes,

tes, sed *antiquos* Hebræorum scriptores referat. Accipio hoc, & ipsum suorum dictorum memorem esse jubeo. Nullibi defugiam testimonium & autoritatem illius; quin imò si Censor meus velit, Arbitrum eum & sequestrum litis hujus constituemus utrinque. Committam ei causam meam, & ubicunque me ipsius testimonio convincere poterit, causâ cadam, vel, ut in fine illius Exercitationis promisi, herbam porrigan.

XXI. Paucissima tantum quædam hic monenda habeo, idque eodem fine, ut Lector tanto expeditius collationem istam inter Majemonides descriptionem, & meas Reprehensiones, instituere, & inoffenso pede possit progredi.

XXII. Primo, optassem, ut unicum adhuc Canonem, huic rei illustrandæ utilem, ex eodem antiquo scriptore, Majemonide, addidisset, quem proin ego producam, & suppeditabo. Extat ille in הלכות קרבן פסח Rituibus Sacrifici Paschatis cap. 8. §. 3. in quo de Esu carnis Agni Paschalis agit, his verbis: נצָהַ כִּי הַמִּזְבֵּחַ לְאֶכְלָה בְּשֵׂר הַפָּסָח אֲכַל שֹׁבוּעַ שְׁלִמִּי חִנְנָה בְּאַרְבָּעָה עָשָׂר אָכְלָה מִזְבֵּחַ תְּחִלָּה וְאַחֲרָה כִּי אָכְלָה בְּשֵׂר הַפָּסָח כִּי לְשָׁבָעַ מִמְּנוּ h. e. *Præceptum est, longè præstantissimum esse, si caro Agni paschalis comedatur stomacho iam saturo. Idcirco si quis sacrificia Chagige obtulerit 14. die, prius de illis comedet, postea demum vestetur carne Agni Paschalis, ut ex ea plenè exaturetur, &c.* Iustum Canonem cur prætermiserit, an quod eum non observarit, an quod studio dissimularit, ipse omnium optimè sciverit.

XXIII. Secundo, interest quoque Lectoris hoc scire, Majemonidem Ritus coenæ Paschalis describere, secundum Veterum consuetudinem, prout, ipsius sententiâ ac judicio, Hierosolymis, stante adhuc Templo, celebratum Pascha fuit, nisi quod nonnunquam, ubi hodierni ritus discrepant, differentiam notet, hac formulâ בְּנֵי הָהָר Hoc tempore. Ritus autem hodiernos omnes non describit. Hinc scribit Abarbenel in fol. 60. col. 1. Posteaquam exposui rationem Haggadæ & Hynni (וזל), breviter quoque describam סדר Ordinem & rationem eorum, que nocte istâ sunt facienda; non quidem secundum rationem ipsius Agni Paschalis & Chagige, quam Patres nostri observarunt eo tempore, quo Dominus sanctuarii adhuc stabat; nam hodie neque Agnum, neque sacrificium Chagiga amplius habemus; ut proinde non necesse sit nos illis ritibus occupari. שָׁהָרָם' בְּסַבָּאָם בְּפָרָק הַמְּלֻכָּת חַמְּרוּמָה בְּסַפְרָה חַמְּנוּמָה quos jam adduxit Majemonides in cap. 8. הלכות חַמְּרָא וּמְצָא libri de Temporibus; sed, &c. Valde vellem, ut hoc in sua versione & paraphrasi diligenter notaferet & monuisset Censor. Sed omnino puto, illum huc non attendisse, ut ex collatione liquet, quam pag. 180. 181. &c. instituit inter Majemonidem & Rituale Hispanicum, & ex aliis nonnullis, de quibus in seqq. agetur.

XXIV. Tertiò, quædam etiam in Versione D. Cappelli animadverten-
da occurunt, licet minutula, & ἀπελογιας nomine ab illo traducenda,
quā in redarguendis magnis viris nimis liberè, ipsius judicio, utor. Sed quia
sic ipse etiam magnis illis viris addetur, & se quoq; principibus permixtum agno-
scet Achivis; non puto illum iniquius id laturum.

סדור עש"ת מצות אלן. Censor in ipso statim limine, malo omne, ex absentia punctorum
impingens, exponit; *Ordo conficiendi Azyma ista*. Legit nempe סדור עש"ת מצות אלן;
unctus; ineptè, & præter mentem Authoris, ejusque scopum! Num in
eo capite tantum de *Azymis* agit? Annon etiam de Agno Paschali
ipso, de aliis? Explicat verò in Parenthesi, h. e. *Celebrandi Cenam Paschalem*.
Explicatio bona: sed ostendat mihi, ubi Majemonides, vel ullus alius au-
thor Hebræus, *Celebrationem Cenæ Paschalis* vocet עש"ת מצות אלן *Confectionem*
Azymorum. Quid itaque? legendum, סדור עש"ת מצות אלן *Ordo vel Ritus ob-*
servationis Praeceptorum istorum, (quæ nempe haec tenus à me sunt explicata)
talis est. Provoco ad omnes linguæ Hebraicæ solidè doctos & peritos.
Provoco ad præcedentia; cap. 7. incipit עשה של תורה *Præceptum affir-*
mativum Legis est, &c. Sic cap. 6. 2. &c. In præcedentibus nempe capitibus
sensus præceptorum ad hanc rem pertinentium explicavit: in hoc capi-
te complexus est usum illorum, quoad exequutionem & praxis ipsam.
Iisdem planè verbis legitur in כל נו fol. 52. col. 4. וסדר מצות אלן בלב ליטעך
אנו. At prætendet Censor, solenne illud suum carmen; *Ita absentibus pun-*
catis legi potest. Quidni? sed non quæro, quid legi possit, sed quomodo le-
gi debeat? Potest sic legi: sed, ut dictum, ineptè, neque sic legendum.
Aliud sunt *Azyma*, aliud *Præcepta*.

In eodem §. Majemonides: ואומר עלי קדוש היום זה; D. Cappellus: Et
recitat super illud formulam *sanctificationis die & tempore illo usitatam*. Non quidem
planè impertinenter: sed tamen non satis exprimit sensum verborum
Hebraicorum, qui est: Et recitat super illud formulam *sanctificationis seu Consecra-*
tionis Diei vel Temporis; nec, quæ aut qualis esset hæc formula, assensus est
Censor, ut infra videbimus §. 71.

In Secundo §. Majemonides: ולוקח יין ומטבָל אותו: D. Cappellus: su-
mitq; olera (sive πιπίδιος) & ea imtingit in embamina. Existimavit nempe יין
& מטוֹר Olera, & πιπίδιος hic unum & idem esse: sed erravit. Apposue-
runt enim, ut etiamnum hodie, distinctè, duplicitis generis herbas, Primo
quasdam non amaras, quas vocant simpliciter פַרְעָה Olera: Deinde מטוֹר
πιπίδιος, Herbas amaras. Hinc inquit Majemon, in §. 1. Apponunt in mensa
מוֹר πιπίδיאς, & olera alia: πιπίδιος quinque numerant species;
חוות

חוֹתָם יְקִים תְּמִיכָה חֲרַחְבֵּנָה וְהַמְּרוֹד: Olera ἄρκτη dicta, erant petroselinum, chæ-
rephylum, apium, vel quæcunque allubuerint. Super πιπίδας recitatur hæc
benedictio: Benedictus fit Deus, &c. qui præcepit nobis esum amarorum. Super
ירוקות cæteris oleribus: Benedictus, &c. Creans fructum terre. Olera intin-
guntur in Acetum; Amaræ herbæ, in Embamma חַזְוֹתָת. In præsentibus
verbis Majemonides loquitur de ceteris oleribus; non de herbis amaris.
Nam intinctio hæc prima non siebat cum מְרוּרִים herbis amaris; nisi forte
alia olera non suppeterent; sicut inquit Obadias Bartenora in Mischna-
joth Pesachim cap. 10. §. 3. זֶבַח רָאשׁוֹן הַזֶּה בְּשָׂא וְקוֹרֵא אֶלְאָם אֶלְאָם שָׂא
זְקוּרָת בְּחִזְוֹת. Intinctio ista prima siebat cum ceteris oleribus; sed si
non habuerit alia olera, intingebat cum lactuca, loco ceterorum olerum. Vide ibidem
etiam Majemonidem. Et consentiunt cætera Ritualia omnia. Male
proin Censor hic in parenthesi addidit (sive πιπίδας): ac si olera & πιπίδας
essent synonima. Ex hoc discrimine non observato, aliquoties in seqq.
à Censore erratum, ut Olera & πιπίδας confuderit.

In eodem §. alterum quoque occurrit, magis quidem λεπτόν, tamen
monendum. Majemonides scribit: נְכֻלָּת אַיִלָּת מְכוּנָה. Cappel-
lus exponit; Edit quantum est oliva moles. Propriè sonat; Non edit minus,
quam est oliva moles. Illud videtur præcisè adstringere ad olivæ quantitatem,
hoc majorem quantitatem non excludit; sed duntaxat minorem.

3. In Tertio §. mox ab initio inquit Majemonides: בְּגָנוֹת וְקוֹרָא. Censor meus reddit; Tum incipit
recitare lectionem Haggadæ, usq; dum compleat eam totam usq; ad illud אַרְמִי אָבוֹד אָבִי. Hic omnino nec expres sit, nec afflicatus est mentem Majemonidis,
quem pro suo Advocate conduxit, & si ad calculos revocare hanc versio-
nem liberet, tot credo ἀφάλαμος. quot εἴρησα in brevissima sententia numera-
rentur. Sed noloni mis accurate rationes cum ipso inire. Summatim com-
pleteat, & hanc dico esse mentem ac sententiam istorum verborum; Tum
incipit (iterum) in turpidine (h. e. posteaquam præcedentia legit, pergit in
ea Haggadæ parte, & illa recitat, quæ נְגָנוֹת ad ignominiam & contem-
ptibilem Israëlitarum statum pertinent, servitutem scil. ipsorum in Ægy-
pto, &c. Hæc pars ab his verbis incipit עֲבָדִים הַיְנָה לְפָרָעָה בְּמִצְרָיִם וְכֵן servi fui-
mus Pharaonis in Aegypto, &c. Quemadmodum enim in nocte illâ, quâ ex
Ægypto exiverunt, duplum experti sunt statum, Servorum & Libe-
rorum: sic Lectio ista Paschalis duplicita comprehendit, &c. Hæc sibi vo-
lunt prima verba בְּגָנוֹת וְמוֹתָחֵל, quorum vim non expressit Censor. De-
sumpta sunt ex Talmud Pesach. cap. ult.) & legit donec compleverit explica-
tionem illius sectionis, אַרְמִי אָבוֹד אָבִי, Deut. 26. v. 5. 6. 7. 8. totam. (Posteaquam

iterum ab ea parte legere incepit, continuè pergit, donec compleverit, non Haggadam totam, sed illam partem totam, quæ continet expositionem loci illius; non, usque ad אָרֶם אֹבֵד אֲבִי רְאֵשׁ seu Expositio dictorum illorum quatuor versuum cap. 26. ex Deuteronomio, uti Censor vidisset, si non pugnisset Haggadam inspicere.) Hic tota erravit viâ, & palpavit sicut cæcus ad parietem.

4. In §. quarto iterum ex אַלְמָזָדָה & oscitantiâ cæspitavit Scaligeri Vindex, ubi ex eadem Haggada, in Majemonide scriptum; *Tum* (quando scil. in Haggadah, sive lectione istâ Paschali venit ad hæc verba, מִצְחָה שְׁלֹחָן Num. 473. §. 7.) attollit manu מִצְחָה tortam Azymam, ac dicit, *Hoc est Azymum, quod nos comedimus, &c.* Hic ad voculam *Hoc, &c.* in margine annotat; *Rituale Hispanicum & Italicum* istud non habent, sed ejus loco habent formulâ דְּעַנְיָה אָמֵת לְהַלְלָה *Hic est panis afflictionis, &c.* Pace tuâ, Censor. Omnes libri Rituales hic sunt æquales, atque hoc & illud habent, sed diversis in locis. Nego Rituale vel Hispanicum, vel Italicum, ejus loco, quod Majemonides hic affert, habere formulam illam אַלְמָזָדָה. Ista formula in omnibus Ritualibus æqualiter extat ab initio Haggadæ: & illa verba, quæ Majemonides refert, itidem in omnibus Ritualibus extant, sed ubi? post illam partem, seu, post explicationem sectionis illius ex Deuteronomio, de qua modò actum: ibi ubique leguntur hæc verba, מִצְחָה זֶה שָׁנָה אָכְלִין וּכְלִין. *Hoc azymum, quod nos comedimus, &c.* Cur in lectione illa iterum retrograderetur Lector? Dicit nempe Majemonides, illum progredi & pergere ubi substiterat, &c. נִסְפֵּךְ וְתִמְמֵךְ *Inspice & invenies.* Noctu hæc scripsit Censor meus, & somnus illi obrepigit, ut cum Haggada conferre oblitus fuerit Majemonidis verba; Nec frustra: Etenim *oper in magno fas est obrepere somnum.*

Sed & aliud in isto §. אַלְמָזָדָה notandum restat; In proximis, à modò citatis, verbis, legitur in Haggada, אַלְמָזָדָה בְּצָקָם שְׁלֹחָן הַסְּפִיקָה. Censor exponit; *quod non sivit* (Deus fil.) fermentari massam Patrum nostrorum. Verbum פְּסָמֵד reddit *Permitit*, & subintelligit, Deus. Acutè & eruditè! Sed ubi queso פְּסָמֵד significat *Permitit*? Quis unquam hoc verbum ita usurpavit? Ego sane illud nunquam observavi. פְּסָמֵד hic idem est quod aliâs, נְלָה, & sensus est; Comedimus Azymum propterea, *quod non absolvisset massa Patrum nostrorum fermentara, &c.* vel, *quod non fatus, sufficienter & perfectè, fermentata fuisset massa, cum exirent, &c.* Quid opus hic novum significatum verbo affingere? quid opus peculiari ratione ad Deum referre impeditiōnem fermentationis hujus, quæ in textu ipso ad circumstantiam temporis, festinationem sc. Dei quidem jussu suscep̄tam, refertur, Exod.

Exod. 12. 39. Hinc Judæi Germanicè reddunt, Darumb das der Täig vns
serer Vorderen nit weil hatte / daß er kondt aufzgehen. Quicquid hîc
prætendat, manifestè prodidit, se hujus tritissimæ vocis & Phrasæos vim
genuinam non assecurum fuisse.

וְזֹאת הַזָּמֶן כִּי אֶלְחָנָן וְאֶלְהָנָן אֱבֹתֵינוּ וּכְאֶתְנָה
5. In §. quinto scribit Majemonides: 'אֶלְחָנָן וְאֶלְהָנָן אֱבֹתֵינוּ וּכְאֶתְנָה' Censor reddit; *Hoc autem tempore his addit ista: Dominus Deus
noster, &c.* Ubi notandum, illum particulam כִּי perperam existimasse per-
tinere adhuc ad verba Majemonidis. & sic construenda esse; וְזֹאת הַזָּמֶן כִּי
וְזֹאת הַזָּמֶן כִּי Et hoc tempore addit sic, ista: cùm sit de verbis Haggadæ, & conjun-
genda cum seqq. כִּי Sic Dominus Deus noster adducat nos, &c.

6. In §. 10. Majemonides: וְמִבְרָךְ בָּרוּךְ הַמָּזָב. Censor: Recitat Benediccionem cibi capendi, pro; Benediccionem cibi capti, Gratiarum actionem; inver-
so votorum ordine. Vide Th. 32. Quum istiusmodi interpretem video &
lego, videre mihi video; סְמָא בָּאֲרוּבָה cœcum in fenestra, quæ in platea gerū
videat, enarrantem.

X XV. Deinde, versioni huic Majemonidis subjicit Collationem illo-
rum cum Rituali Judæorum Italicorum & Hispaniensium. Hæc Colla-
tio nihil ad causam meam facit, unde eam prætero. Ego quidem illud
Rituale, cuius meminit, non habeo: sed habeo Librum Precum, juxta
consuetudinem Judæorum Hispaniensum. Ritum etiam eorundem in
festo Paschatis, descriptum legi in Abarbenele in libro בְּבָשָׂר פֶּסְחָה fol. 60.
61. 62. unde nonnulla hîc prôferre possem, & Censorem in quibusdam ju-
dare, si ad non necessaria delabi esset animus. Sed transeant.

X XVI. Tertiò, monet Censor, quæ in Judaicâ istâ Paschali cenâ obser-
vanda sint, eaquæ colligit & disponit: exinde ea notat, quæ Dominus no-
ster Jesus Christus desumserit, & quasi mutuatus sit à Judæis, ex cœna ista
Paschali, atque ad sacram suam Cenam accommodârit, quæ examina-
re, itidem nihil ad meam causam attinet. Quædam in progressu ipso,
datâ occasione, subiudicem accuratius revocabuntur.

Unum duntaxat non est mihi prætereundem. In Thesi meâ xxv. do-
ceo ex Hebræis, Agnum assūm in Cœna Paschali in mensa appositum, olim vocatum
fuisse etiam קְרֵבָה נְצָרָת Corpus Paschatis, vel agni Paschalis; & quæro; An fortè
Christus ad hanc locutionem alluserit (in verbis scil. Institutionis istis; *Hoc est
Corpus meum, &c.*) & subjicio; Hæc conjectura probabilior fortassis videri posse,
quam illorum, que hac verba conferunt cum illis que habentur in Legendâ Judaicâ Pa-
schali, עַד תְּמִימָה אֶת הַמִּלְאָךְ Hic est Panis afflictionis, &c. Sed in medio hoc relinqui-
mus, & nihil asseveramus.

Censor meus contrâ existimat; Christum verba illa substituisse in horum lo-

cum; **אֲלֹתָמָעַ נְנִיא** Hic est Panis Afflictionis, &c. Item; Hoc est Pascha, &c. & addit: Buxtorfius putat, Christum in his alludere ad id, quod Judei Agnum mensa impositum vocant **לְפָנֶים** Corpus ipsum Agni. Verum in formula consecrationis ipsius non dicunt; Hoc est corpus Agni, &c. sed; Pascha istud nos edimus, &c. vel; Hoc est Azymum, quod nos comedimus, &c. Hæc est ipsius animadversio.

At ubi ego dixi, me putare, Christum in his ad id, quod proposui, alludere? Qui querit, An forte hoc ita est? num is dicit, se ita putare? Ego non puto. Aut, an qui indefinite, & dubitanter dicit; *Hæc conjectura probabilior fortasse* (nota, adverbium dubitandi, non affirmandi vel asseverandi) *videtur posse, quam alia:* & qui diserte addit; se id in medio relinquere, & nihil asseverare, dicit, se ita putare? Neq; hoc puto: nisi Putare sumatur pro Dubitare, Hesitare.

Sed esto; Putem hoc, & nunc dico, æquè probabilem mihi videri, atque alteram, hanc conjecturam: quia verba magis convenient, quid inde? An in re dubia non licet mihi dubitare, & cum dubitatione in aliquam sententiam inclinare? Putet ipse aliter. Ego in medio reliqui.

At, inquit Censor, In formula consecrationis ipsius non dicunt, Hoc est corpus Agni, &c. sed, Pascha istud nos edimus, &c. vel; Hoc est Azymum, quod nos comedimus, &c.

Sed 1. quis ipsi dixit, Christum in hac loquutione ad formulam consecrationis Judaicæ respexisse? Hoc enim fundamentum substernit, Christum in hac loquutione ad formulam consecrationis Judaicæ respexisse, ac proinde hanc suam conjecturam esse magis verisimilem, quam eam, quam ego proposui. Procul dubio ex revelatione aliqua hoc habet, qui ut hic Censorem, sic alibi Revelatorem agit.

2. Quæro, An existimet, Verba illa Christi, *Hoc est corpus meum;* quibus haec respondent ipsius opinione, etiam esse formulam consecrationis?

3. Scire velim, ubi illa formula Consecrationis extet, ubi Judæi in Consecratione aliqua dicant; *Pascha istud nos edimus;* vel; *Hoc Azymum quod nos comedimus?*

Ego hanc consecrationem in nullo Rituali Judaico, neq; etiam in libris Precum, vel alio ullo authore, invenio.

Extant quidem haec verba in Aggada vel Lectione Paschali, verum non ut formula consecrationis, sed per modum narrationis, lectionis, vel certè formulæ devotionis, & exercitii sacri. Videamus verba ipsa, & formulam illam totam, ex Majemonide, ut Lectores de ea judicare possint:

רבן גמליאל היה אומר כל מי שלא אמר שלשה וברים אלו בפוחח לא יצא ידי חובתו
ואלו הן פסח מצה ומרור: פסחathy אבותינו ואוכלים כומר שבית המקדש קיים על שם
מה: על שם שפסח המקיים על בת אבותינו במצרים שנאמר ואתרת זבח פסח וט'
*Rabban Gamaliel dixit, Quicunq; non dicit, i. e. considerat & commemorat tres iblas
res in Paschate, Agnum Paschalem, Azyma, & Amara, non satis facit officio suo. (Quo-
modo?) Pascha istud, quod Patres nostri comedenter flante adhuc Sanctuario, propter
quid fuit? Propterea quod ḥמץ transiliit Deus super domos Patrum no-
strorum in Aegypto, sicut dicitur; Et dicetis, Sacrificium Paschatis est
Domino, qui transiliit domos filiorum Israël in Mitzrajim, quando percus-
sit Aegyptios, & domos nostras eruit. Et incurvavit se populus, & adora-
vit, Exod. 12. §. 27.
מצה זו שאנו ואוכלים על שם שלא הספר בזקם שום מה על שם שלא הספר מלק מלך מלכי המלכים הקב'ה וגאלם מד' שנאמר
של אבותינו להחמת צד שננלה עליהם מלך מלכי המלכים הקב'ה וגאלם
ויאפו את הבק'ן וג' Azymum istud, quod nos comedimus, propter quid est, quid fibi
vult? Propterea quod non absoluta fuerit fermentatio massa Patrum nostrorum, ante-
quam iphis apparueret Rex Regum, Deus Opt. Max. eosq; redemisset, sicut scriptum est;
Et coxerunt consperditionem quam extulerant ex Mitzrajim, facientes pla-
centas fermentatas; quia non erat fermentata, quinque ejecti fuissent ex
Mitzrajim, nec potuissent immorari: & etiam non viaticum apparave-
rant sibi, Exod. 12. 39.
מרור זה שאנו ואוכלים על שם שלא הספר והצריים ג'amarum ג'amarut
את ח' אבותינו במצרים שנאמר ומרור את ח'יהם ג'amarut
Amarum istud propter quod edimus? Propterea quod Aegyptii amaram reddiderunt vitam Patrum nostrorum in Ae-
gypto, sicut dictum est; Et amaritudinibus affecerunt vitam illorum opere
duro, in luto, & lateribus, & omni opere in agro, cum omni opere suo,
in quo operâ illorum abutebantur dure, Exod. 1. §. 14.*

Judicet hinc cordatus Lector, an haec verba hic proferantur sub for-
mulâ Consecrationis? An omnium & singulorum est, res sacras consecra-
re? Prescribunt & praeunt omnibus, quâ ratione haec tria, in isto festo,
cum Agnitione beneficiorum Divinorum, & debitâ gratiarum actione, de-
beant commemorare, celebrare, non quomodo ad sacram usum illa conse-
crale debeant.

At, inquit Censor meus, pag. 185. Benedictioni accenseri potest Consecratio, seu
destinatio rerum ad celebrandum Pascha necessariarum, Tortarum puta, Azymorum, Ace-
tariorum, Agni & carnium victimæ, qua habentur (in Majemonide) §. 4. & 5.
quibus & haec formula accenseri debet, *אֲלַחְמָנוּ* & *אֲלַחְמֵנוּ*. Hic est panis afflictionis, &c.

R. 1. Omnidè Benedictionibus accenseri possunt Consecrationes re-
rum ad Pascha necessariarum: quia illæ Benedictiones, ipsæ sunt Con-
secrationes. Benedictione enim Dei, & Gratiarum actione, consecrabant
res ad sacram usum, ut Christus etiam *σωτηρία* & *σωχτησία*. Sed illa, quæ in

Majemonide §. 4. & 5. habentur, esse verba consecrationis, nego. Negant mecum Hebræi. *Haggadah illa non continet Consecrationem rerum istarum*: singula, quæ consecratione opus habent, & consecrari ab illis solent, alias habent formulas. In *Colbo* fol. 52. col. 3. *הגדה אין זה דק ספור זברים בעלמא Haggada non continet nisi narrationem quandam vulgarem vel popularem.* Abarbenel in *בבב פסח*, ad illa Aggadæ verba, scribit fol. 45. col. 2. Rabbi Gamaliel explicat in hac Mischnâ nobis res, que absolutâ necessitate recitande & commemorande sunt in hac nocte, ita ut, si vel una illarum omittatur, non dici quis posset defunctus officio suo. Etiam si enim quis comedenter Agnum Paschalem, Azyma, & Amara, non satisfecit, nisi etiam *ספר ענית בפה* enarraverit sensum, h. e. finem & scopum illorum ore suo. *Haggadæ Lectio præcedit coenam*: Benedictiones & consecrationes sequuntur, & comitantur usum & esum singularem specierum.

2. Quæ solennes & consuetæ sint rerum Paschalium consecrationes, constat. Benedictio recitat super *Vino*; Benedictus qui creas fructum vitis: Benedictione sanctificatur vel consecratur *Festum*, quam formulam vide infrâ in his Vindiciis. Super *Lotione manuum*: Benedictus, &c. qui sanctificavit nos præceptis suis, & præcepit notis Lotionem manuum. Super *Tortâ*, que inter tres supra facit; Benedictus, &c. qui producit panem è terra: Super *Tortâ dimidiâ*: Benedictus, &c. qui sanctificavit nos præceptis suis, & præcepit nobis esum Azymorum: Super *Oleribus*: Benedictus, &c. creans fructum è terra. Super *Amaris herbis*: Benedictus, &c. qui sanctificavit nos Præceptis suis, & præcepit nobis esum Amarorum. Super *Chagigah*: Benedictus, &c. qui præcepit nobis comedere *חגיגת קרבן* de Sacrificio. Super *Agno Paschali*: Benedictus, &c. qui præcepit nobis comedere Pascha. Hæ sunt Benedictiones & Consecrationes omnes, ut puto, veteres & recentes, apud Judæos usitatæ in Coena Paschali.

At possunt, inquit, hec accenseri Consecrationibus.

¶. Possunt sanè: sed præter mentem & scopum Judæorum, uti visum. Imò non possunt: quia sic gemina foret consecratio Azymorum & Amarorum: & verba ipsa nullam consecrationem præse ferunt.

Et si possunt tantum accenseri, qui tam confidenter dicit, *esse consecrationis formulam?*

3. Quod porrò dicit Censor; *His consecrationibus debet accenseri & hac formula, אמן לאן* Hic est panis, &c.

Satis pro imperio dicit: *Debet, inquit, accenseri. At quo jure? An quia Judæi ita volunt, de quorum ritibus agitur? Minimè. An quia res & sensus illorum verborum id postulat? Non magis. Videamus, & proferamus Lectori sententiam integrum, ut tutò & solidè de ea judicare possit:* Est

הָאֵלֹהִים עַנְיָא ד' אֲכָלוּ אֶבְחָתָנָא
 Est illa Exordium Haggadæ, & ita habet: בָּרוּא זְמָרִים כֵּל דְּפִין "תִּי" וְכֵל כֵּל דְּזַרְךָ "תִּי" פְּסַח
 h. e. Ejusmodi panis pauper (qualis scil. hic est) fuit, quem comedebunt Patres nostri in Aegypto: Quicunque esurit, veniat & comedat, quicumq; opus habet, veniat, & Paschatizet. הָאֵלֹהִים סִירָא כָּאֵלֹהִים.
 Ejusmodi, Talis panis. Hinc in quamplurimis editionibus est: Sic ut hic panis.
 Sic Judei Germani reddunt: Als dz/isi dz arnlich brot/dz vnsere Vorderen
 gessen/haben: Multa de sensu horum verborū ex Hebræorū Commentariis
 afferre possem. Sed ex his æquus & cordat Lector haud difficulter ipse col-
 liget, nullam ex ipsis verbis Consecrationem confieri posse vel debere. Nihil
 enim hic quod Consecrationem aliquam spiret: Nulla οὐσία, nulla
 σοχαπία nulla σχήμα. Lector Judaicus, ubi semel Legendam istam sacram
 inchoavit, continuo tramite pergit, &c.

XXVII. Et hæc de παρατελθῆ Censoris, progymnasmatis loco, hac
 vice sufficient. Non dubito, quin multis hæc legentibus non semel illud
 Hebræorum de Censore meo in mentem venerit, טְרֵפָה וְאַחֲרָה טְרֵפָה
 Orna prius teipsum, postea ornato alios, quod legitur in Talm. Metzia
 fol. 107. 2.

XXVIII. Εγγρατα, sive Ἐξδίκη, ipsam quod attinet, duodecim in
 ea numerat Censor Articulos reprehensionum mearum injustos, justas
 vindicias promeritos. Ordine illos pervideamus & recenseamus.

XXIX. Primus Articulus, seu prima Reprehensio hæc est: SCALIGER
 dicit; Duplici cœnā fungebantur in ritu Agni Paschalis. Deinde: In alterā (cœ-
 nā) quedam canebantur ιξανθία & σοχαπία & vocabatur Κόπερα. Hæc
 enim duo conjungit Censor.

Ego ad primum dico; de hac duplice Cœna, eo sensu ut Scaliger accipit, nec
 Digesta Talmudica, nec libros ipsorum Rituales quicquam habere.

Addo; Alio verò sensu dici aliquo modo posset, illos duplice cœnā functiones esse in ritu
 Agni Paschalis; quatenus nempe & Sacrificium diei, & Agnum Paschalem,
 in ea cœna consumebant.

Subjungo rationes duas, non ex meo cerebro effictas, sed ex Judæorum
 libris petitas, cur post Carnes Sacrificiorum demum Agnum Paschalem
 comedent: 1. quia nomini nocte serâ solebant Agnum comedere: 2. quod cre-
 dant, Agnum non nisi à jam saturis esse comedendum.

Ad alterum dixi: Scaligerum id sine teste dicere: Libros Hebreorum nihil habere
 de ejusmodi duabus cœnis (quarum scil. altera dicta fuerit Κόπερα).

XXX. CENSOR meus quid ad hæc? quomodo Scaligerum defendit?
 quomodo me refutat?

I. Dicit; Unam quidem fuisse Cœnam, at cuius tres veluti fuerint partes; protri-
 plici

plici nimis ratione manuum; Prima prævia & quasi preparatoria, quâ poculum primum benedicitur, & exauritur, prima manuum fit lotio, πικέδες benedicuntur, & degustantur, puerorum interrogatori satisit, Haggâda recitat, & res mensæ impositæ consecrantur & destinantur ad sacrum epulum, ac deniq; secundum poculum evacuantur, &c. Secunda, Cœna ipsa iusta ac vera; incipiens à secunda manuum lotione, in quâ torta azyma & πικέδες benedicuntur, & degustantur deniù, &c. Tertia, Ἀπολύτη, quæ nempe incipit à tertia manuum lotione, quam sequitur poculum tertium, quartum, & si libet, quintum. Et hanc esse dicit eam alteram Cœnam, de qua Scaliger loquitur, quamq; appellat θεῖαν ἀπολύτην, ἐπίσταται οὐδὲ μόνον, ηρόποτα Seundas mensas, in qua εἰδασικὰ & διχασικὰ quadam canebantur. Neq; enim Scaligerum procul dubio aliter duas voluisse Cœnas esse, quam duas Cœna unius partes insignes atq; distinctas.

II. Dicit; Buxtorfius ipse duas facit & agnoscit in eâ nocte veluti Cœnas; Unam Ordinariam, in qua carnem τὸ Τμῆμα τοῦ Φριγίου sacrificii & carnem τὴν θυμίαν victimæ, seu sacrificii illius festi; alteram vero, in qua Agnum Paschalem ipsum comedebant. Hinc infert;

Si Buxtorfio licet duas sic facere ex una cœnas, h. e. cœna partes, quidni pariter Scaligero (& meliori quidem jure) liceat unam facere ex Agno & חנוכה (nam hac simul & conjunctim edebantur, ut ex Majemonide liquet) alteram ex secundis mensis seu ἑπτάμενοι, quas modo diximus fuisse tertiam veluti Cœna Paschalis partem, à tertia manuum lotione inchoatam.

III. Quod שְׂעִיר בָּרָאשׁ dicitur (ut vult Buxtorfus) Cœna que jejunium precedit, non impedit quod minus ἐπίσταται οὐδὲ μόνον Cœna Paschalis dicatur etiam, atq; dici possit ηρόποτα θεῖαν ἀπολύτην cum ejusmodi ἑπτάμενοι revera clauderetur, & absolveretur cœna illa, &c. Et mox: Nam ἑπτάμενοι est θεῖας ἀπολύτης, & dici potest ηρόποτα ηρόποτα.

Hæc sunt, quæ pro Scaligeri defensione in medium ad fert. Habet præterea in primo hoc Vindiciarum articulo alia duo, de ḥanukkah & אכילת שׂובע which me speciatim tangunt. Primò itaque videbo, quam appositi & solidè defendat Scaligerum: postmodum etiam de meis respondebo.

XXXI. Dico ergo ad hæc:

I. Illum non directè respondere ad meas reprehensiones. Non est quæstio hic, In quo veluti partes à Cappello, à Scaligeri, à me, à quovis alio, Cœna Paschalis possit dividi? Sed; An ex libris Hebræorum disci, vel doceri possit, Iudeos dupli cœnâ, id est, Hebraicæ, שְׂעִיר בָּרָאשׁ functos esse? Ego dico, nec Talmud, nec Ritualia Judæorum, aliquid hac de re habere. Probandum ergo illi erat, istos libros aliquid de duabus Cœnis dicere; vel saltem distinctas, quam proponit, ex libris Hebræorum probanda ipsi erat. Cum de Hebræorum

ibræorum probanda ipsi erat. Cùm de Hebræorum ritibus agimus, non figura nostri cerebri, non nostras imaginationes, sed illorum doctrinam, illorum verba proponere debemus, aut saltem ita, ut, sicuti opus, quæ proferimus, illorum testimonio probare possimus, maximè cùm protestemur; nos nostra ex Hebræorum ritibus & ritualibus collegisse.

2. In descriptione Partis primæ hujus Cœnæ, quam à poculo primo incipit, & in secundo poculo terminat, notandum est, omissam esse à Censore סדרת Sandificationem vel consecrationem diei. 2. male dictum esse, quod hic πινεῖς sive herba amara benedicantur & degustentur: Uti enim suprà visum; ad poculum primum intinguntur & benedicuntur, non סדרות Amara, sed תירן cetera olera: Et, si maximè ex defectu aliorum olerum, amara intingantur & comedantur, super illa tamen hoc casu ea benedictio dici solet ac recitari, quæ dicata est לזרקן Oleribus, non quæ πινεῖς: quia scilicet illorum locum subeunt. Vide Majemonidem in Talmud Pésach. cap. 10. in Commentario super Mischnajoth. 3. nescio unde illam consecrationem desumat, quando dicit, *In istâ cœnia parte prima etiam res mensa impositas consecrari & destinari ad sacrum epulum.* Ego talem consecrationem, vel etiam ejus mentionem, nullam in Majemonidis quinque primis paragraphis seu Aphorismis reperio. Nam usque ad evacuationem poculi secundi nullæ aliæ benedictiones recitantur; nisi Benedictio ordinaria super vinum: Formula consecrationis diei: Benedictio תירן olerum: & Benedictio lotionis manuum. 4. quod in descriptione secundæ, (quam constituit ipse) Paschalis Cœnæ, partis dicit, πινεῖς degustari denuò; frustra dicit. Hic jam primo degustant. Altera enim intinctio fit cum herbis amaris; prior, cum cæteris oleribus.

3. Si Cœna Paschalis in tres partes dividenda, & Scaliger ad tertiam hinc respexit, cur non dixit; *Tripli Cœna fungebantur in Ritu Agni Paschalis.* Et si ex suo sensu, vel suâ propriâ partitione illius Cœnæ, ita loquutus est, praeter Hebræorum mentem; Cur non, ut Censor, addidit, *Duplici veluti Cœna fungebantur;* curnon paulò clarius se explicavit?

4. Quis Censori dixit, hanc fuisse Scaligeri mentem? Ego longè aliud ex ejus verbis colligo: *Et primo quidem ex eo, quod Scaliger dicit, Alteram hanc Cœnam vocatam fuisse תרנפְתָה מַעֲשֵׂה; Vocabatur, inquit, שׁוֹר תִּרְנְפָתָה.* Quando sic vocabatur? Florentibus opibus Iudaorum, ac templo stante. A quibus vero sic vocabatur? Procul dubio à Iudeis. Ergo longè aliud spectavit, & in animo habuit Scaliger, quam ipsius Vindex: *Secundo, ex collatione Alterius Cœna Paschalis Scaligeri;* & tertiae partis Cappelli, alterum aliud deprehendo: Cùm de differentia hujus alterius cœna Paschalis,

Yy

tanquam Mensarum Paschatis Secundariorum, & aliorum solennium, agit Scaliger; dicit; Illam non solum ex potionē, que circumferebatur, constitisse, sed sua etiam habuisse esculenta; Ait enim; In locum enim belliorum (quæ nempe in mensis secundis aliorum solennium conviviorum apponebantur) afferebatur (nempe in alterā istā Cœnā agni Paschalis, seu, in Mensis ejus secundis) in Tryblio acetarium ex intybis & lactucis agrestibus, quorum quia triflīs succus, & amarus, propterea ex aceto, ac aliis nescio quibus, embamma conficiebatur, in quod azyma, & amara illa olera intingebantur. Ex his verbis ego aliter non possum colligere, quam Scaligerum censuisse, in Mensas secundas Cœnæ Paschalis, præter potionem circumlatam, allata fuisse, loco belliorum aliás usitatorum, Olera amara, Acetum, Embamma, Azyma, & his quoque in mensis istis secundis fruitos esse convivas. Ad quid enim intingebant, nisi comedenter? Hæc, ut mihi quidem videtur, fuit Scaligeri sententia, nec, quomodounque ejus verba considerem, explicem, refolvam, possum aliud ex illis elicere. Et ita quoque alii magri Viri intellexerunt. Sic differēt Dominus Beza in Annotationibus majoribus ad Matt. 26. v. 20. ex Scaligero: In has verò secundas mensas, pro bellariis inferebatur, &c. Quæ verò est ratio tertiae illius Iudaeorum Cœnæ Paschalis partis, que à tertia lotione incipit, & quam sequitur poculum tertium, quartum, & si libet, quintum, de qua vult intelligenda & capienda esse Scaligeri verba, ipsius Vindex? Illa constabat ex nuda & mera potionē tertii, & quarti, vel etiam quinti poculi, si libuerit. Nihil hīc amplius esculenti pro mensis secundis inferebatur, nihil quicquam à convivis amplius, post tertiam lotionem, & tertium poculum, gustabatur, nil de agno, nil de herbis amaris, nil de azymis. Non mihi dicenti hoc credi velim, sed ei, quem ipse delegit, arbitro, Majemonidi. Paragraphus Majemonidis decimus ita habet: Postea manus lavat (tertia scilicet, à qua lotione Censor dicit incipere Tertiam & ultimam Cœnæ partem, Scaligero intellectam per alteram Cœnam, seu Mensas secundas) & recitat Benedictionem cibi capiendi (ut D. Cappellus reddit; pro, Cibi capti:) super poculum tertium, ac postea miscet poculum quartum, & absolvit super illud בָּרְכָתָה תְּהִלָּה Hymnum, recitatq; super illud benedictionem Cantici, estq; hymnus iste; Laudent te, Domine, omnia opera tua, &c. recitatq; benedictionem, Qui creat fractum vitis; neg, postmodum quidquam gustat totā nocte, exceptā aquā, &c. Hæc est descriptio tertiae illius, quam Vindex facit, Cœnæ partis, quam apparent esse longè aliam, quam eam, quam descripsit Scaliger, nec quicquam ut aliás, belliorum, esculentorum, vel loco illorum, habuisse. Ne quis autem rituum Iudaeorum ignarus existimet, ac si vel ante poculi tertii libationem, vel post eam, inter tertium scilicet, & quartum poculum, aliquid eorum

xum comedissent, quorum meminit Scaliger, audiat præcedentem Cano-
nem nonum ejusdem Majemonidis, qui continet descriptionem finis seu
clausulæ secundæ partis, quam nempe constituit Censor, seu Primæ Cœ-
næ Scaligeri, ex ipsius mente, quemque canonem etiam notare debuisset
pag. 191. lin. 3. ubi dicit, descriptionem secundæ partis Cœnæ Paschalis
contineri in Majemonide §. 6. 7. & 8. addere debuisset & 9. Postmodum, in-
quit Majemonides, productur convivium, editq; & bibit unusquisq; quicquid ipsi
libet edere & bibere (ex iis nempe que mensa imposta sunt.) Postremò edit de Agno
Paschali קי' quantum est olive moles, neg, postea gustat ullum alium cibum: (Hoc
autem tempore edit de torta azyma, quantum est olive moles, neg, postmodum gustat
quidquam) ut hic sit finis convivii illius, (hoc est, edendi in illa nocte) & ut gustus (ser-
fapor) carnis Agni, vel Azyma torte sit in ore ejus: ejus enim ejus est de Precepto. §.
10. Postea manus lavat, &c. ut antea. Judicet jam quivis, num ea Scaligeri
fuerit mens, & eo possint ipsius verba trahi, quò trahuntur ab ejus Vindi-
ce? Meus certè spiritus id videre nequit; sed spiritus aliis est
cum Vindice. At animus meus mihi dictat, quemvis, nullo præjudicio
occupatum, dicturum זא' זא' זא' זא' Non videtur hoc esse, sicut illud, quod
in similibus Talmudici usurpant. Sed de hoc iterum dicetur infra
Th. 36.

5. Quod dicit, meipsum quoque facere & agnoscere in ea nocte duas veluti Cœ-
nas; ac proinde, si mibi hoc licet, quidni pariter id Scaligero, & meliori quidem jure, li-
ceat, &c. Respondeo, nimis liberaliter Censorem mea verba exponere. Ubi
unquam feci & agnovi duas Cœnas? ubi unquam disertè dixi, duas fuisse
in Paschate Cœnas, quod me dicere facit in secundo Articulo pag. 194. & 195.
Scribens; quomodo ipse Buxtorfius dicit, duas fuisse in Paschate cœnas. Ubi quæso?
Dixi, Alio verò sensu dici aliquo modo posset, illos duplice cœna functio esse in ritu Agni
Paschali. An hoc est duas facere & agnoscere Cœnas? An hoc est dicere,
duas fuisse in Paschate cœnas? An qui dicit, dici aliquid aliquo modo posse; dicit,
illud esse? Imò an dicit, illud rectè dici, dicendum vel afferendum esse? Ego nullos
unquam novos ritus invexi, & necdum illud facere est animus. Præterea
huiorei nihil superstruxi, sicut illi sententiæ Scaligeri, & aliorum, de Men-
fis secundis in Cœna Paschali, superstructum fuit; Christum in illâ alterâ
Cœna Sacramentum Cœnæ instituisse, aut illam in suam Cœnam com-
mutasse.

An meliore jure jam liceat, seu Scaligero, seu D. Cappello, ex Agno &
גְּרָתָה seu Victimâ festi, unam facere cœnam, & alteram ex Mensis secundis
illorum, quæ, uti modò vidimus, duplices tantum, vel si libuerit, triplicis
poculi libatione, & hymni decantatione, nullo planè cibo, constabat

quām mihi (quod tamen nunquam feci) ex **הַמִּנְחָה** & **חַסְפָּה** Agno & Victimā festi, Lectoris æqui arbitrio committo..

6. Quod dixit Scaliger; Alteram Cœnam, seu Mensas secundas Paschatis, ut & Pentecostes, & Scenopegias, à Judeis olim appellatas fuisse. **תְּמִימָה** **סְעֻודה** מִפְּסָחָה; ad hoc.

Ego dixi; Scaligerum hoc sine teste dicere, Libros Judæorum nihil hæc de re habere. Me aliquid de tali convivio vel cœnâ quidem invenire in Ritualibus Hébræorum, sed alio sensu, aliis in locis, & non nisi in duobus: In Paschatis, Pentecostes, & Scenopegias festis, nihil quicquam ea de re extare..

Quomodo hic defendit Scaligerum ejus Vindex? Nempe inquit, quod **בְּצִיּוֹת** **מִפְּסָחָה** dicitur (ut vult Buxtorfius). Cœna, que jejunium præcedit, non impedit, quo minus **בְּאַפְּתִיכָה** **אֶתְזִירָה** Cœna Paschalis dicatur etiam, atq; dici posse **תְּמִימָה** **מִפְּסָחָה**. **דֵּין** **אֲפָלָתִין**, cum ejusmodi **אֶתְזִירָה** revera clauderetur & absolveretur cœna illa. Et mox: Nam **אֶתְזִירָה** **מִפְּסָחָה** dici potest **סְעֻודה** **מִפְּסָחָה**.

Respondeo; Censor hic iterum extra chorūm saltat, nec prout oportebat, meos iustus retundit & repellit.

Non est quæstio, Quomodo hic Cœna pars vocari posse? sed quæstio est, An Scaliger recte dixerit, eam sic vocatam fuisse? Scaliger enim non ait; Vocari potest **מִפְּסָחָה** sed; Vocabatur: nempe à Judeis, florentibus ipsorum opibus, ac templo stante, ut verba ejus proximè præcedentia habent:

Ergo ad liberandum Scaligerum, probandum suiset Vindici; *Hanc Cœna Paschalis partem vocatam si fuisse à Judeis*: Testes hic erant producendi Hébrei. Ille verò horum nihil facit; sed duntaxat ait; quod aliae Cœna sive (ut ego volo) appellata fuerint, id non impedit, quo minus & hac sic vocetur. Imò impedit, quia illæ, quas ego nomino, sola sive à Judeis vocantur, & nullæ aliae. Neque ego sic eas appello: sed Judæi in suis ritualibus. Quærat & irve- nient. Addit, *Et vocari posse*; Non quæritur, quid dici possit, sed quid sit. Et nostrum non est novas appellations Judæorum rebus & ritibus impo- nere. Quin imò non potest etiam; Verbum **פְּסָחָה** enim non responderet Græco **πασχάν**, sed verbum **τεμίμη**. Illud Græco **πάσχω** responderet. Sed hoc perinde est; Dici possit, non possit, appareat, me justè Scaligero hic notam apposuisse.

Et sic vidimus, quām fortiter à nostro Censore Magnus Scaliger sit de- fensus in hoc Articulo:

XXXII. Nunc, ut plenè illi satisfaciām, non reticenda mihi sunt ea, quæ, ad me solūm spectantia, ab ipso producuntur. Horum sunt duo.

XXXIII. Primo quærit; *Quomodo dicam*, *In priore Cœna Judeos edisse carnem*

caenem תְּמִזֵּה Jugis sacrificii, cùm תְּמִזֵּה fuerit holocaustum, quod totum igni in alteri absumebatur, aut, si quid ex eo ederetur, id non à privatis, sed à sòlis Sacerdotibus in templo edi debuerit: de publico enim & pro toto offerebatur.

Ad hoc dico; me illic annotare, ea haberet in Talmud de Pasch. cap. 5. & 6. neque nunc vacat, ut tunc, illa omnia ruminare, & videre, an illic etiam aliquid de תְּמִזֵּה extet?

Deinde, non diffitebor, me suspicari, cùm in dictis Talmudis capitibus de Mactatione quoque & Tamid agatur, ex incuria forte hanc vocem ibi irrepisse, & mihi excidisse: quia video, Ritualia mentionem facere tantum Chagigæ.

Verum hoc nec addit, nec demit præsentí causæ, neque ullum detrimentum infert ei quod ibi dico. Nam sic Chagigæ seu sacrificii festi comedio sola, tanquam ordinaria, esum Agni Paschalis præcedebat.

XXXIV. Secundum est hoc: Quod autem Buxtorfius vult, Judeos non comedisse Agnum, nisi post caenam communem & ordinariam, quia Agnus non comedebatur (uti Judæi volunt) nisi à saturis, sive post satietatem: vel hoc est ab hodierno Juðæorum ritu, qui diversus est à veteri (nam ex Majemonide constat, post primam חגיגת Agni délibérationem, productam fuisset statim caenam ex reliqua proculdubio tum Agni, tum קרנֶת Carne; nisi quod aliquid ex Agno servabatur in Cæne finem, quando denuò & postremo aliquid de Agno degustabatur) vel illud Juðæorum dictum, Agnus non comeditur, nisi à saturis, intelligendum est de postrema, in fine Cæne Paschalis Agni degustationis solennis. Hæc ille.

Ad hæc respondeo: Non ego, sed Judæi hoc volunt, quod ego dico; In Commentario libri Precum in 4. Cracoviæ edito; f. 93. col. 2. ad ista Haggadæ verba; כשתאל החכם מה החקרים כלבו כיון שעקר הר' חיים בפסח למאנו אונן חגיגת קותם הפסח הלא הפסח עירנו או משכין לו אנו עשינו זה כהלוות אוכלן חגיגת קותם הפסח אלא על השבע ברישiar טעםו כפינו h. e. Quando Sapiens querit; Quid sibi volunt ista statuta? vult dicere; Quandoquidem principale hujus diei consistit in Agno Paschali, qua de causâ comedimus Chagigah ante Pesach vel Agnum Paschalem? Tunc respondent ei: Nos facimus istud secundum ritus Paschalis agni, quod non comeditur nisi à saturis, vel, post satietatem, ut nempe sapor ejus in ore nostro remaneat.

Idem docent omnes libri Juðæorum rituales. Idem docet Majemonides, scriptor, Censoris judicio, antiquus, in Canone à nobis producto supra Thes. 22.

Quin imò Talmud ipsum, Majemonide longè antiquius, idem tradit. Sic enim disertis verbis scribitur in Talmud de Paschate fol. 70. col. 1. חנינא ר' טהרא פסח נאכלת תחילת כדי טהרא פסח נאכל על השבעה Chagigah,

si veniat seu concurrat cum Pesach (Agno Paschali) tum illud prius comeditur, ut Pascha comedatur post satietatem.

Nescio quid magis aperte in hanc rem dici possit. Itaque cum hoc in Talmud ipso doceatur, & quidem tanquam doctrina Mischnica, quod vox תְּמִימָה indicat, quae præmittitur, non videtur esse ex novitio & hodie, sed à veteri Judæorum ritu. Causam hujus rei etiam hanc legi: אֲלֵל תְּמִימָה בְּכַלְתָּו שָׁוֹם הַנְּאָה גְּשִׁמָּתָה כ' אֶסְתָּר קָרְבָּן הַמְצָוֹת luptas corporalis: sed ad solam præcepti observationem sint intenti, in Comment. lib. Precum, fol. 94. col. 1.

Unde quod Majemonides dicit §. 7. videtur de Patres familiâs duntaxat usurpandum, & levi degustatione consecrationem comitante, non de communâ & universali ejus esu, quæ sequitur §. 9. in Majemonide. Hæc de Primo.

XXXV. SECUNDUM quod, ex opinione & sententia D. Cappelli, sine magna & justa causa reprehendo in Scaligero, est: *quod Scaliger dicit duas pariter fuisse in reliquis festis cœnas.*

At verò hic committit i. Fallaciam Compositionis & Divisionis; Non enim hoc totum est, quod sub numero 2. reprehendo; sed insuper addendum erat; quarum altera à Judais שְׂעִיר בָּרְכָה dicta fuerit. Et hoc est, ad quod præcipue in secundo hoc Articulo respexi. Hinc tota mea Annotatio hoc refertur, de quo verò jam in præcedenti Articulo primo dictum. De duplice Cœnâ Paschali jam egi sub numero i.

Sed quomodo defendit has duas Scaligeri Cœnas? Verum, inquit, cum Buxtorius ipse non neget, fuisse in reliquorum Festorum cœnis illud quod vocant מְפֻרָא sive Secundas mensas, aut Bellaria; cur Scaligerum reprehendit, quod dicat, fuisse in illis festis duas cœnas? non enim aliud vult Scaliger (uti modo jam dictum) quam duas fuisse distinctas unius cœne partes, &c.

Misera defensio Scaligeri, & duplicitis Cœnæ Paschalis, reliquorumque festorum. Si altera illa cœna simpliciter idem fuit Scaligero quod Mensa secunda, vel Bellaria, cur maximis & solennioribus festis tantum duplē Cœnam assignat? annon omnia prandia, omnes cœnæ, vel dierum solennium, vel hominum in relatiore constitutorum, fuerunt sic duplices? An in illis duntaxat solennibus festis, Scaligero memoratis, Bellaria inferebantur? An שְׂעִיר בָּרְכָה (quomodo Scaliger alteram hanc Cœnam vocat) etiam idem est quod Mensa secunda Vel Bellaria? Hoc utique sequetur, & necessariò dicendum erit, si Scaligeri verba juxta mentem Vindicis ipsius accipienda. Quis verò hoc unquam audivit? Cedò locos, authoritates alias Hebræorum. Certè קָרְבָּן Telas araneæ texuit hīc Vindex, quæ magno

magno illi Heroi nec pro vestimento, nec pro tegumento, multò minus pro scuto, inservire possunt.

XXXVI. TERTIÒ & hoc Vindiciis suis dignum censuit, quòd Scaligerum hoc nomine reprehendam; quòd discrimen statuat inter secundas Paschæ, & reliquorum festorum mensas.

Quomodo verò hic vindicat Scaligerum? At, inquit, negare non potest Buxtorfius, in Cœna Paschali, post tertiam lotionem, degustatam fuisse tortam Azymam, unâ cum Acetariis, eaq; intincta fuisse in Embamma, adjuncto tertio & quarto poculo, que ebibeantur. Hoc autem illud est, quod Scaliger vocat Secundas Paschalis cœnæ mensas, quasq; idè dicit diversas fuisse à secundis aliorum Festorum mensis, quòd in illis apponenter Bellaria (quod ipse Buxtorfius non negat) in istis verò loco Bellariorum effent tixpides cum tortâ azymâ.

Quid audio? me negare non posse, in Cœna Paschali, post tertiam lotionem, degustatam fuisse tortam Azymam, unâ cum Acetariis, eaq; intincta fuisse in Embamma? Imò nego, & pernego, & meam hanc negationem confirmo manifestissimè ex Majemon. & omnibus recentioribus Ritualibus. In admiracionem, imò stuporem dat me tam confidens asleveratio, & ingenuè profiteor, vel mihi, vel Censori meo, hîc fumum aut pulverem esse in oculis, alterutrumque necessariò cæutire. Ego testor, me omni diligentia nihil simile invenire & eruere posse ex Hebræorum scriptis. Aliquid jam hac de re actum est paulò ante ad articulum primum: sed neceſſe est hic repe- re, & quædam addere, in gratiam eorum, quibus haec non ita trita:

Tertia haec lotio manuum, ea est, cuius mentionem facit Majemonides §. 10. Quando ea fit? Videamus Antecedentia & Consequentia, seu Comitan-
tia. Antecedentia eam, habentur in præcedenti §. 9. Fiebat illa nempe, Po-
ste aquam convivium est productum, & unusquisq; edit & bibit, quicquid ipsi libuerit:
posteaquam edit de Agno Paschali כָּנִית: posteaquam nullum amplius ei licet gustare ci-
bum, quòd gustus agni sit finis convivii illius (respectu nempe ciborum) & ejus sapor,
ad recordationem precepit, in ore ejus remaneat. Sic olim. Hodie post esum ultima tor-
te azyme, postquam itidem nihil amplius gustare licet. Hec proximè antecedunt lo-
tionem. Quænam verò sunt quæ eam comitantur, & proximè consequuntur?
An degustatio Tortæ azymæ, vel acetariorum? Nihil minus. Quid er-
go? Respondeat Arbitrus noster Majemonides: Postea, inquit, manus lavat
(tertiâ scil. vice) & recitat Benedictionem בְּרוּכָה cibi Capiendi (ut D. Censor
exponit) super poculum tertium, ebitq; illud, ac postea miscat poculum quartum, &
absolvit super illud בְּרוּךְ הוּא Hymnum, recitatq; super illud Benedictionem Cantici, &c.
neque postmodum quidquam gustat totâ illâ nocte, exceptâ aquâ. Licet tamen adhuc in-
fundere poculum quintum (si quis velit) &c. Ex his apparet, Tertiam hanc
lotio-

lotionem manuum (à qua Censor noster vult inchoari mensas secundas Cœnæ Paschalis) nihil sequutum fuisse, nisi Libationem poculorum duorum, vel etiam, si quis delectatus fuerit, quinti, cum recitatione Benedictionis sive Gratiarum actionis à mensa, Consecrationis, & Hymni solennis. Ciborum, Carnium, Azymorum, Acetariorum esui, finis erat impositus ante tertiam lotionem, & ante tertium poculum. Non possum satis mirari hanc fiduciam, quâ ista adhuc in has mensas secundas ingerit & intrudit, & repeto, vel turpiter ipsum falli, vel me crassissimo errore teneri, & glaucoma densissimum oculis meis objectum esse, ut quod video, in quod oculos intendo, nec videam, nec videre queam.

Cum Majemonide consentiunt reliqui omnes, & quidem, si quid vi-deo, manifeste.

Arba Turim, Schylchan Aruch, Ritualia celeberrima, parte primâ sic nobis referunt, Num. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. Numero dicam, & summatim perstringam: 1. Poculum primum, & quæ illud comitantur, lotio manuum prima, &c. 2. Poculum secundum, lotio secunda, comedio azymorum, acetariorum, carnium & paschatis, vel אַפְּקָוֹת (his scil. temporibus, quo Paschali agno destituntur) & expressa prohibitio, ne quicquam postea comedatur, *Numero 478.* 3. Poculum tertium (cui Majemonides tertiam lotionem addit) cum sua consecratione solenni, & בְּרִכַת הַמֵּזֶה *Benedictione mense*, h. e. *Gratiarum actione mense*, poculum quartum, cum absolutione Hymni, &c.

Et sic omnes alii, ut & libri Precum. Unde apparet, Esum omnium appositorum, & ipsius etiam agni Paschalis olim, & hodie אַפְּקָוֹת וְעַתְּנִים Placenta præcedere hanc tertiam lotionem, à qua D. Cappellus secundas Mensas inchoat. Non post tertiam lotionem, non post tertium poculum, non in Mensis secundis ista, quæ Cappellus dicit, edebantur, sed בְּשֻׁקָר in principali cœnæ parte. Probandum, & testimonii Hebræorum declarandum, post tertiam hanc lotionem, post libatum tertium poculum, aliquid vel τῶν πικρῶν, vel azymorum comedum fuisse, vel loco Bellariorum apofitum. Non sufficit hæc dicere, testibus idoneis sunt confirmanda; אֲלֹא רָאָתִי לְאַחֲמָנָת Si hos non video, non credo.

XXXVII. Seduxisse videtur aliquo modo D. Censorem meum hæc phrasim, בְּרִכַת הַמֵּזֶה Benedictio cibi, quâ Majemon. utitur in §. 10. quando ait: וְאַחֲרֵ כְּדֵ נְטוּלָיו וּמִבְרָךְ בְּרִכַת הַמֵּזֶה עַל כָּס שְׁלִישִׁי. Hic enim eam Benedictionem intellexit quam recitat convenit ante mensam: nam sic reddit; Postea manus lavat, & recitat Benedictionem הַמֵּזֶה cibi capiendo super poculum tertium exhibit illud. Sed præter mentem Hebræorum; בְּרִכַת הַמֵּזֶה Bene-

Benedictio cibi, non est Benedictio cibi capiendo aene mensam; sed est, Benedictio cibi capti, Precatio post mensam, Gratiarum actio. Hinc Pater meus in Synagoga Germanica pag. 436. novæditionis, reddidit; Batten darnach ab Tisch. Locutio desumpta ex Deut. 8. v. 10. וְבָרַכְתָּ אֶת־י' אֱלֹהֶיךָ וְשָׁבַעַת Cūm comedisti, & saturatus es, benedes Domino Deo tuo, propter terram optimam, quam dedu tibi. Unde Rabbini inferunt; שָׁבַעַת הַשֵּׁם אַחֲרֵ שְׁנָאכֶל גַּשְׁבָע ut benedicamus Deo Opt. Max. postea quam comedimus & saturati fuerimus. Gratiarum actio est prolixia, quatuor partibus constans, quartum prima vocatur בָּרַכְתָּ הַזֶּה, & dicitur esse composita à Mose: secunda, בָּרַכְתָּ הָאָרֶץ, quam dicunt ordinasse Iehosuam: tercia, יְרוּשָׁלָם, quam volunt ordinatam à Davide & Mose; quarta, בָּרַכְתָּ הַשְׁמִינִי, quam dicunt à sapientibus posterioribus esse additam. Videatur הל' ברכות מהו in parte ברכת המזון in אורה ח' י' in Ritibus benedictionis mensæ; seu Gratiarum actionis; num. 187. 188. 189. ubi de formulis ejus agitur, & apparebit veritas: fusiùs verò in לְבִשְׁתַּחַתְּלָתָה sub iisdem numeris. Formula ejus extat in Majemon. in סדר תפלה . Præcipua etiam ex ista Benedictione refert Paulus Fagiis, in Targum Deut. 8. Initium ejus est: נִבְרָךְ: וְבָנָבוּ חִינֵּנוּ בְּרָךְ שָׁאכְלָנוּ מִשְׁלָוּ וְבָטְבוּ חִינֵּנוּ: בְּרָךְ הוּא בָּרוּךְ שָׁמוֹן שָׁאכְלָנוּ מִשְׁלָוּ וְבָטְבוּ חִינֵּנוּ: בְּרָךְ אַתָּה י' אֱלֹהֶינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם כּוֹלְבָטוּ וּכוֹן. Benedicamus ei, de cuius boni comedimus, & cuius bonitate nutriti sumus. Benedictus si ipse, Benedictum sit nomen ejus. Benedictus sis Domine Deus noster, Rex mundi, qui alis mundum totum, &c. Vel hinc ergo iterum liquet, post Lotiōnem tertiam, quam continuò sequitur Poculum tertium, nihil amplius comedis solere; quia cum libatione illius poculi conjungitur Recitatio Gratiarum actionis à mensa. Itaque hic revera, quod Hebræi ajunt, quod קֻרָה עַל פִּיה invertit scutellam (imò mensam) super os ejus D. Censor meus.

XXXVIII. QUARTUM & QUINTUM sequitur, quo Scaligerianæ ~~anaglogias~~ Vindex in meanimadvertisit. Duo enim hic conjungit.

Quarto, inquit, reprehendit Scaligerum, quod vocat Secundas Paschalis cœne mensas ἀπίκομτα Επικράτειαν, & κόπον; cum ei aduersetur Rabbinorum dictum ab ipso Scaligero productum, μηδέ αἴτιος μετατρέψει τὸ πάζα ψεύτη πολεύσει τὸ δεῖπνον Επικράτειαν.

Pace Antagomistæ mei, non reprehendo hoc nomine Scaligerum. Nam nullibi Scaliger dicit, Secundas Paschalis cœnæ mensas dictas fuisse. ^{Απίκομτα} Dicit, Bellaria sic vocata fuisse, quod verum. Non reprehensionis, sed illustrationis causâ notam meam ad hanc vocem adjeci.

XXXIX. Quomodo vero vindicationem suam instituit? Verum, ait, ad Επικράτειαν quod attinet, agnoscit ipse Buxtorfius, tertiam azymam, que in finem Cœne Paschalis reservabatur, quando cum περιποτήτων περιποτήτων intincta in comedebatur, dici etiamnum ab hodiernis Judeis ^{Απίκομτα}.

Ambiguè hīc loquitur Censor, neque hoc dico, aut agnosco, quod ille
me facit dicere & agnoscere. Agnosco, Tortam azymam dimidiam, quam
hodieñi Judæi, loco agni Paschalis comedunt, vocari ab illis אַפְקָוּמִן non
quam olim reservabant: nam de illa tortā azymā, à veteribus reservatā, ego
nihil haec tenus legi, ac proinde dubito: multò minus hoc legi, veteres
eiusmodi tortam Azymam in fine Cœnæ habuisse, quam appellaverint
אַפְקָוּמִן.

Deinde notari velim ultimam illam Agni Paschalis degustationem, post
quam nihil amplius cibi gustabant, olim cum amaris & azymis, in
intinctis, factam fuisse: Sed istam Tortam azymam, quam hodieñi Judæi
in fine Cœnæ comedunt, quamque אַפְקָוּמִן appellant, non cum amaris
herbis, sed solam, comedisi solere: Sic enim scribitur in לְבַשׂ הַחֹרֶב, in דְּלָלוֹת,
אַבְלָא־אֵין צָרֵךְ לְכַרְבוּ בְּמַרוֹר וְלֹא לְטַבֵּל בְּחֻרְוֹת כְּמוֹ שְׁהִיחָה
עֲוֹשָׂה חַלְל בְּתוֹךְ שְׁהִיחָה בְּהַקְיָס־שְׁחִיחָה כּוֹרֵךְ כֹּל שְׁלַשְׁתָּן פֶּסַח מְצָה וְמַרוֹר וְטוּבָל, בְּחֻרְוֹת
אוֹכְלִים יְדֹד אָנוּ אֵין עֲוֹשָׂן כֹּנְכֹר שְׁאָנוּ יְדֹי כְּלָם וְלֹא נִשְׁאָר לְנוּ לְעַשְׁתָּו וְנַר אַלְאָ
כְּנַגְדָּא אַכְלִת הַפֶּסַח הַנְּאָכֵל אֶל הַשׁׁוּבָע לְבָרוֹד
h. e. Sed non opus est, ut eam (particulam
de torta ultima) convolvamus cum herbis amaris, aut in חֻרְוֹת intingamus, sicut
Hillel olim faciebat, stante adhuc domo sanctuarii, qui omnia ista tria, Pesach, Amara, &
Azyma convolvebat, & in חֻרְוֹת intincta, simul comedebat. Nos non ita facimus, quia
jam antea hi omnibus satisfecimus, nec ullum aliud memoriale nobis restat faciendum,
nisi respectu Agni Paschalis solius, post saturitatem comedisi soliti.

Quid porrò inde infert Censor? Cum rigitur Scaliger secundas Paschalis cœne-
mensas nihil aliud esse velit, quam tortam illam azymam cum πινξει in Embamma in-
tinctam, adjuncto poculo: quo jure eum Buxtorfius reprehendit, quod mensas illas se-
cundas vocet אַפְקָוּמִן. Et πινξει?

Ad hoc jam in superioribus est responsum, & ostensum, post Esum Agni,
post poculum tertium, post lotionem tertiam, nullum cibum, neque eriam
herbas, degustatas fuisse, secundum Hebræorum Ritualia: Si Scaliger hoc
sensit, quod ipsius Vindex, in eodem errore fuit, vel ego erro. Hoc ergo, ut
suprà quoque dictum, prius oportet demonstrare.

Præterea, ubi, & quibus verbis reprehendo Scaligerum, quod mensas
illas secundas vocet אַפְקָוּמִן? Scaliger hoc non facit: neque Buxtorfius
eum hoc nomine reprehendit: Aerem itaque credit Censor meus.

Pergit: Nec repugnat Magistrorum dictum, Οὐκ ἀπολέσει τὸ δεῖπνον Επικάννων:
nam in eo dicto אַפְקָוּמִן significat Bellaria, non verò tortam illam cum πινξει que
erat loco Bellariorum in aliis Festis usurpatorum.

Quamvis nihil hīc ad rem, tamen respondebo εἰς περισσότερον. Omnia re-
pugnat: nec impedit, quod אַפְקָוּמִן ibi Bellaria significat: quia alia omnia
cibaria.

cibaria excludunt, dum ajunt, post **פסח נihil amplius comedendum.** Apponam hic brevem explicationem hujus Canonis, quæ legitur in Commentario libri Precum in 4. quæ sic habet: **אין מפטין אחר הפסח אפיקומן כלומר אין עשין סלוק ולא סום לאכילה ממי מגדים כמנהג כל סעודות אלא בNUMBER האכלות שנפטרין מסעורתן ואוכלין נזת מברך הפסח ולכך אנו אוכלים עתה בזאת מטבח אין מפטירין אחר הפסח אפיקומן** **באחרונה וכר לפסח** est, quasi diceretur; Non claudabant vel finiebant hanc coenam speciebus tragematum, sicut fit in omnibus aliis caenis: sed in fine coene, quando discedebant à sua coena, comedebant de carne Paschatis, quantum est olive moles. Unde nos hodie similis magnitudinis particulari comedimus de torta azyma, in fine, ad memoriam agni Paschalis. Ubi hic apud veteres mentio azymorum, aut amarorum, post agniesum? Sic potius Agnus ipse praefaret vicem Mensarum secundarum. Magis diserte Obadias de Bartenora, qui negat, quicquam post Pascha, etiam Bellariorum loco, in hac coena appositum vel usurpatum esse. Apertis verbis testatur hoc in Mischnajoth Pesachim cap. 10. ad §. 8. ad vocem אפיקומן in Commentario suo: **לאחר שאכלו את הפסח אין נפטרין מן הסעודה באכילת מצותיה.** Postea quam comederunt Pascha, non discedunt à prandio cum esu tragematum, aut fructuum, quos solebant edere pro bellariis; vel etiam quopiam alio, loco illorum, ne sapor agni peziret ex ore ipsorum. En hic manifeste testatur, nihil etiam loco bellariorum fuisse adhibitum.

Denique ut aliquem colorem suæ sententiæ inducat, subdit; Neg, alia forte de causâ videtur dicta ista Torta Epizymus, quām quia in coena Paschali illa eundem obtinebat locum, quem in reliquis Cœnis obtinebat Epizymus seu Bellaria.

Cur ista Torta dicatur aut Epizymus (siquidem אפיקומן est Graecum Epizymus, ut videtur) haud equidem ita certò scio: hoc verò scio, neminem Hebraeorum scribere, illam eundem in Cœna Paschali obtinere locum, quem in reliquis Cœnis obtinebant Bellaria. Omnes uno ore scribunt, illam esse ḥoshen Agni Paschalis in fine Cœna à saturis comesti, adhiberi loco Agni Paschalis, & ipsius vicem prestare, cum iam in hoc exilio, & extra terram sanctam, Agnum ipsis mactare & edere non licet, quod longè est aliud. Ideo verò scribunt, se Azymam, non verò Carnem assam in hunc usum adhibere, ne, si carnes comederent, videri possint Pesach edere extra terram suam. Tantum de אפיקומן.

XL. QUINTUM in quo injustè Scaligerum reprehendo, est Nomen קנוח de quo sic scribit Censor: Ad קנוח quod attinet, dicit Buxtorfius, Tertam ultimam cum auctoritate dici קנוח המן Abstensionem cibi, quod eum abstergetur sapor & gustus carnium, que in precedente Cœna devorata fuerunt.

Quomodo vindicat? Egregia vero, ait, reprehendendi tantum virum causam; quasi non possit Torta illa dici טְרַטָּה, quandoquidem, fatente ipso Buxtorfio, vocabatur טְרַטָּה.

Respondeo; Censor meus iterum hic mihi affingit, quod ego nec dixi, nec scripsi, nec somniavi. Ubi ego unquam scripsi, Tortam ultimam (quam hodierni Judaei in fine Coenæ Paschalis adhibent) unam cum acetaria dicitur טְרַטָּה Abstersionem cibi? Quando vel ubi scripsit, Judeos cum Torta illa ultima comedere solere acetaria, sive herbas amaras? Ubi rationem reddidi, cur Torta illa ultima vocetur טְרַטָּה? Nunquam de hoc cogitavi, qui ritum illorum non ignoravi, neque illud, quod paulo ante sub Thes. 33. ex Levusch bachor adduxi: Hoc unum: Quando vel ubi scripsit, Tortam illam ultimam vocari טְרַטָּה טְרַטָּה Abstersionem cibi, quod est abstergetur sapor & gustus carnium, que in precedente Coena devorate fuerunt? Istane ego scripsi? טְרַטָּה אֶל שְׁנִי בְּדֻעַת Nunquam mihi quicquam horum in mente venit. Imo ne verbum quidem horum omnium dixi vel scripsi. Quia igitur fronde scribit Vindex? Dicit Buxtorfius. Verba mea de hac voce haec sunt: טְרַטָּה Kinnuach, proprietas Abstersionis, à radice טְרַטָּה Abstergere. Solum autem, & nullem sic possum, non significat Bellaria; sed cum adjectione, טְרַטָּה טְרַטָּה Kinnuach sūdah, Abstersione convivii, quod ius prime mensæ cibis abstergetur. Sed hoc levius est. Quid in his verbis eorum, quæ mihi affingit? Ubi mentio Tortæ? ubi mentio acetariorum? ubi cæterorum, quæ me facit dicere. Sed non satis.

Ut mihi in reprehensione meâ affinxit aliena: ita quoque idem facit bono Scaligero, quem defendet in eo, quod & ipse nunquam cogitavit. Ubi Scaliger scripsit, Tortam illam dicitur טְרַטָּה? Nuspiam. Quid ergo dixit Scaliger? Nam ille (sc. mensæ secundæ) in aliis solennibus, variis bellariis interfuebantur; easq; (mensas secundas aliorum solennium conviviorum) aut Graco verbo טְרַטָּה אֶפְּרַיִם, aut patrio טְרַטָּה Kinnuach vocabant. Nempe Scaliger dicit, Bellaria aliorum conviviorum vocari טְרַטָּה, non Tortam ultimam, quam Judæi hodie adhibent.

Itaque cum umbris, & pro umbris, pugnat hic Antagonista meus. Etenim vult Scaligerum defendere in eo quod nunquam dixit, & quod ego non carpsi. Torta illa ultima nuspiam à Judæis vocatur טְרַטָּה טְרַטָּה Abstersione Convivii; multò minus, טְרַטָּה. Si vel me vult justè redarguere, vel Scaligerum defendere, probandum ipsi erit, Bellaria, seu Mensas secundas, aut Tragemata, vocari à Judæis separatum טְרַטָּה. Nam hoc est quod Scaliger assertus: & hoc est quod ego nego. Dicit; si טְרַטָּה טְרַטָּה vocantur, ergo etiam dici poterunt טְרַטָּה solum. Nego 1. consequentiam. 2. Non est quæstio hic quid diei possit, sed quid olim à Judæis dictum fuerit: quia Scaliger scripsit.

Fit vocabunt, (sc. Judæi) non vocari potest. Itaque hic planè extra oleas
abreptus est Censor meus.

XLI. Et tamen, tanquam re præclarè gestâ, triumphans quasi, & fe-
stivè sibi applaudens, progreditur ad Cameronem quoque à mea reprehen-
sione vindicandum.

Eodem, inquit, pariq; jure, hoc est, nullo perstringit Cameronem, quod dicat, bene-
dictionem Tortæ azyme vocari à Judeis ψΩΡ, cùm non ipsius Tortæ, sed Poculi bene-
dictione (uti vult Buxtorfius) sic ab ipsis vocetur.

Verba mea Th. 4.6. hæc sunt: In Myrothecio Cameronis Matth. 26. scribitur;
Εὐλογία, hanc à Judæis vocari ψΩΡ Sanctificationem. Non hec Εὐλογία Pa-
nis sic vocatur, sed ea quæ super Poculo recitatur.

Hæc sunt verba, quibus dicit me Perstringere Cameronem. Esto. Videamus verò, Juréne aliquo, aut nullo, id fecerim? Cameron dicit; Benedictionem Tortæ Azyme vocari à Judeis ψΩΡ: Ego dico; Istam Benedictionem non sic vocari à Judeis: sed alteram, quæ super Poculo primo recitatur, & hoc nomine perstringo Cameronem. Antagonistæ meo ergò, Camero-
nem defendant, probandum incumbit, Benedictionem Tortæ azyme vocari à Judeis ψΩΡ.

Quomodo hoc probat? Quasi verò, inquit, si Poculi benedictio rectè dicitur ψΩΡ, Tortæ Azyme, Acetariorum, & reliquorum ciborum, qui mensæ imponuntur, Benedictio, non posse etiam dici ψΩΡ; cùm eadem sit illis omnibus appellationis illius ratio. Curenū Poculi benedictio dicitur ψΩΡ, nisi quia formulæ Benedictionis, que illi præmittitur, poculum veluti sanctificatur; hoc est, ad usum sacram definatur? Ea-
dem est autem reliquarum rerum, que mensæ imponuntur & benedicuntur, ratio. Atque eo omnino respxit Apostolus, quum dicit, cibos nullos ex se esse immundos, sed omnia si-
delibus sanctificari per prectionem; ἀγαθὰ διὰ τὸν θεόν, καὶ εἰλέξως 1. Tim. 4. 5.

Respondeo; hic iterum extra chorum saltat, & longo hoc longo οὐδὲ
κρίτος dicit. Probandum ipsi incumbebat, Benedictionem Tortæ azyme à Ju-
deis vocari ψΩΡ; afferenda hic loca erant ex libris Precum, vel Ritualibus,
ubi sic à Judæis vocetur. Ille verò probat, sic dici posse, quod ego non ne-
go, sed liberalissimè ei largior. Quidni sic possit dici? Sed hoc non est
in Controversia. Nisi Vindex probaverit, à Judeis vocari Benedictionem Tortæ
azyme ψΩΡ; manebit, me jure optimo hic notam hanc apposuisse ad ob-
servationem Cameronis. De hac verò Benedictione, sive Sanctificatione,
vide plura inf. Thes. 71.

XLII. Istud itaque quod mihi, sub finem istius Paragraphi, impingit
& inurit stigma; Nemia est ista Domini Buxtorfi in magnis viris redarguendis
negligitur. Εὐλογία, me non tangit; cùm manifestissimè, & ipsa meri-

dianâ luce clarius, haftenus ostenderim, me neminem magnorum istorum virorum sine justa ac sufficienti causa redarguisse. Si vero justè ubique id feci, quâ specie nimium fecisse dici potero? An nimiæ περιηγίας & λεπτομορφίας nomine conveniri potero, si pariter dixero, Censorem meum ab initio statim Exercitationis ad locum Zoharis pag. 216, non recte dicere; שׁוֹרָה אֲתִים est Schola, Academia, in qua sensus & expositiones ejusmodi allegorica docentur. Ubi quæso didicit, vel legit, εστὶ Scholam, Academiam? Non מדרש מדרש, sed id significat. Annon corrigendi, redarguendi, qui hæc in suis scriptis, tanquam magni Doctores in Israële, tyronibus instillant, ac propinant? Hæc non est λεπτομορφία, sed ἀναπομορφία, quam non in vitio, sed in laude ponunt Hebræi, in Eruvin fol. 53, fol. 1. Instituitur illic comparatio inter incolas Judææ & Galilææ; quorum illi accurati & curiosi erant circa linguam suam, hi negligentiores & minus politi. De illis, incolis scil. Judææ, dicitur; בְּנֵי יְהוָה שָׁהַקְפִּיזוּ עַל לְשׁוֹנוֹמָנֶת קְמָתָה תְּרוּתָם בְּזִים Homines Judææ, qui accurati fuerunt in lingua sua, in illorum manibus lex fuit stabilis, h. e. illi solidam eruditionem ac doctrinam habuerunt: De Galilæis vero: בְּנֵי גָּלִיל שָׁלָא Galilæi, qui non accurati fuerunt in lingua sua, in illorum manibus Lex non fuit stabilis, &c. Sic vagæ & fluctuantis scientiæ ut plurimum indicium est ista κανονορογία, & ἀναπομορφία. Itaque nimiæ potius mihi videtur D. Cappelli in magnorum virorum erroribus sine causa defendendis περιηγία & σπερμολογία. Ignoscat mihi, si ipsius sententiam, paululum immutatam, ipsi regeram. Qui dicit alteri; קספְּךָ הַיָּה לְסִגְנִים Argentum tuum conversum est in scorias: סבָּאֵךְ מַהְל בְּמִים vici sim audit; Vinum tuum dilutum est aqua.

XLIII. SEXTUS Articulus:

Scaliger scripsit: In locum belliorum afferebatur in tryblion acetarium ex intybis & lactucis agrestibus, quorum quia tristis succus & amarus, propterea ex aceto, ac aliis nefcio quibus, embamma conficiebatur, in quod azyma & amara illa olera intingebantur. Vocabatur חַרְוָסָת. Id hodiè conficitur ad spissitudinem illius embammatis, quod vulgo Mustaceam nonnulli, omnes autem Galli Mustardam à Sinapi vocant. Erat enim satira olerum amarorum, que alii ejusmodi spissabatur. Illius mentio cerebra in Digestis Talmudicis, Titulo עירוב' פסחים &c.

Ad hæc verba notavi ego: Gravissime hic hallucinatus est vir summus: hallucinationem hanc per quatuor puncta expono;

XLIV. Quid ad hæc Censor meus?

Sextò, inquit, reprehendit Scaligerum; quod dicat, loco Belliorum (que reliquis cœnis, secundis mensis inferebantur) illata in Cœna Paschali fuisse in tryblion acetaria ex intybis & lactucis agrestibus.

Hoc

Hoc non est, quod sub sexto numero reprehensum volui: id enim jam præcesserat. Pergit;

Ubi tres notat gravissimas, scilicet, magni illius Viri hallucinationes.

Non tres, sed quatuor noto. Et quod dico, Hic gravissime hallucinatus est, non de unaquaque dixi, sed de toto paragrapho, qui quatuor hallucinations comprehendit.

I. *Quia ἡρούμ non fuit acetarium, sed spissum Embamma, ex Variis fructibus, cum Vino & Aromatibus coctum.* Sic Censor primam hallucinationem exprimit, à me notatam.

Quomodo defendit? Scaliger, inquit, non ignoravit, imò exsertè agnoscit illud ἡρούμ, & quidem quale à Buxtorfio describitur: ait enim, fuisse ad spissitudinem illius Embammatis, quod vulgo Mustaceam, Galli Mustardam vocant, nec illud ἡρούμ confundit cum acetario, cum dicat, istud in illud intingi, acetariumq; constare ex intybis & lactucis agrestibus. Quid hic est, quæso, quod jure reprehendere posse in Scaligero Buxtorfius? An forte istud, quod dixit, Embamma dictum ἡρούμ confectum fuisse ex aceto, & aliis nescio quibus; cum non ex aceto, sed ex vino affuso conficiatur, ex hodiernorum Judæorum ritualibus.

Sic Censor meus. Ego verò respondeo, illum non satis benè mēam mentem vel percepisse, vel expressisse. Itaque magis diserte & perspicue me explicabo.

Scripsi hīc, scaligerum non distincte satis illa, quorum mentionem facit proponere. Quænam verò illa? Acetarium, Embamma, & Intinctio. Quid in his desidero? vel quid carpo? Non hoc, quod Scaliger dixit, Acetarium constitisse ex Intybis & Lactucis: non simpliciter, quod dixit Embamma confectum fuisse, in quod azyma, & amara illa olera intingebantur; non quod dicit, Embamma illud ex affuso aceto confectum fuisse. Quid ergo? Hoc, quod per Intinctionem, cuius meminit, hæc mihi visus est confundere, & existimasse, Olera hæc amara in illud embamma, ad illud spissandum, per intinctionem macerata quasi illic relieta fuisse. Hanc ipsius mentem fuisse, prodere videntur hæc Scaligeri verba: *Erat enim saturā olerum amarorum, que aliis ejusmodi spissabatur.* His mihi verbis videtur respexisse ad Embamma ἡρούμ, non ad Mustaceam vel Gallorum Mustardam, ex finapi confectam: nam hæc, quod sciām, non solet oleribus amaris spissari, sed ad dulcedinem inclinat, unde à Musto & dulcedine musti, ex quo confici solet, nomen habet. Et si huc respexisset, dixisset, *Erat, non Erat;* Item, *Spissatur, non spissabatur.* Ergo existimasse omnino videtur Scaliger, Embamma illud ἡρούμ per intinctionem herbarum illarum amararum appositi acetarii spissatum fuisse. Adde quod in verbis mox seqq. offæ quidem azy-

mæ, in.

mæ, in illud embamma intinctæ, & devorare, nullam Olerum amarorum intinctorum & devoratorum, mentionem faciat.

Hoc est quod præcipue hic in Scaligero reprehendi. Si hoc non voluit Scaliger, nescio ego, quomodo ista ipsius verba accipienda, aut quoniam referenda sint; Erat enim satura derum amarorum, que alii ejusmodi spissabatur. Si aliud voluit, saltem non distinetè, quod desidero, se explicavit.

Quod vero suspicatus est Censor, me hoc forte voluisse reprehendere, quod dixerit, Embamma זרוכת Confecum fuisse ex aceto, cum non ex aceto, sed ex vino affuso conficiatur, ex hodiernorum Judæorum Ritualibus; frustra est.

Fateor tamen, ansam ita suspicandi ipsi datam fuisse in mea Exercitatione, in qua in descriptione hujus Embammatis legitur; Cui Vinum (non Acetum) immiscent & incoquunt. Ubi moneo, pro (non Acetum,) scribendum fuisse, (vel Acetum,) & aberrasse hic vel meam maxum, cum ista scriberem, vel oculum, cum typothetarum errata corrigerem. Tale erratum esse hinc liquet, quod statim Lectorem remitto ad Majemonidem cap. 7. §. II. ubi hujus Embammatis confectionem describit, & disertis verbis dicit; זרוכת ונתנין לתוך Et induit illis Acetum. Itaque nolo huc palliare aut dissimulare errorem. Similis error irrepsit in eandem meam Exercitationem Thes. 16. ubi; de Fermentatis panibus, legitur; pro, de Infermentatis, & quidam alii leviores. Major autem, cum & ego locum Majemonidis annotarim, & Censor meus tam diligenter illum ad me confutandum legerit & excusserit, quod dubitanter de Majemonidis sententia huc loquatur, scribens; Majemonides nullius meminit aceti, in quod olera immergentur, priusquam in Embamma intingerentur; unde quis colligere posset, sensisse eum, in confectione זרוכת fuisse acetum. Si Majemonidem legisset, non opus fuisset ei hoc per consequentiam ex eo colligere, sed disert ab eo discere potuisset. Hodiernos vero Judæos quod attinet, illi indiscriminatum vel vinum vel acetum adhibent. Rituale Germanorum Judæorum dicit, affundendum Vinum; Author libri Colbo; Acetum; Author Levusch; Author parum aceti vel vini.

2. Secundum, quod in Scaligeri adductis verbis reprehendo, est: quod arbitratus sit, haec in mensas secundas illata fuisse, cum in primis statim mensis fuerint apposita; usq; ad finem tamen coene relicta.

Quid ad haec Censor? Scaliger non dicit, זרוכת fuisse secundis duntaxat mensis, non prius, mensa illatum, sed in secundis mensis fuisse, loco Bellariorum, usurpatum; nam illud, Afferebatur in trybllo loco Bellariorum, non necessario significat, tum demum tantum fuisse mensa illatum, quam Bellaria solent afferri; cum possit illud sic ac-

fid accipi, loco Bellariorum fuisse **חַרְוָסֶת** illud usurpatum in Cœna ista. Deinde, nonne potuit priore Acetario, & Embammate, in prima & secunda Cœna parte absumpto, aliud novum secundis mensis, seu ultima Cœna parte adferri?

Respondeo: 1. Scaliger hoc loco non loquitur duntaxat de Embammate **חַרְוָסֶת**, sed etiam de Acetario, seu Herbis amaris. 2. Dicit; *In locum bellariorum afferebatur acetarium, quod quid aliud, quam dicere;* *In mensas secundas inferebatur;* ut D. Beza ex eo scribit? 3. Licet primò statim mensæ illatum & impositum fuerit, vult tamen, Loco bellariorum in secundis mensis demùm, vel saltem iterùm & denuò usurpatum fuisse. Hæc verò omnia frustrà & erroneè dici, superius manifestè & sufficienter, ut puto, visum: ubi ostendi, nihil quicquam vel Bellariorum, vel Bellariorum loco, in Cœna Paschali illatum vel usurpatum fuisse. Suprà voluit Censor, *Tertiam azymam cum τυρειᾳ in hac Cœna inserviisse loco Bellariorum in aliis festis usurpatorum;* nunc vult etiam dici posse, *Embamma חַרְוָסֶת loco Bellariorum in ista Cœna usurpatum fuisse.* Velim hæc omnia testimoniis Hebræorum confirmari. Ipsi dicenti non creditur. Potuisset utique novum Acetarium & Embamma in secundis mensis adferri, potuissent multa alia: sed dico, hoc non factum esse, neque illo testimonio id posse probari. Merito itaque erroris id redarguo.

3. Tertium, quod in iisdem verbis Scaligeri à me notatur, est; quod ego moneo; *Azyma & amara illa olera intincta fuisse post exhaustum poculum secundum, & secundam manuum lotionem;* non post exhaustum poculum tertium, & tertiam lotionem.

Censor breviter ad istud; *Verum, inquit, nihil obstat, quod minus id quod initio fuit factum, in fine denuò repetatur.*

Omnino: fieri id potest, & potuisset; Sed Hebræi de hac re nihil docent. Ego dico, quid factum fuisse Hebræorum ritualia nos doceant: Ille, quid fieri potuerit, ut ferè ubique. Multum hac in parte mihi Censor meus participare videtur de Secta illâ veterum Philosophorum apud Arabes, **כִּי הַמְזֻומָה הוּא אֲפָשָׁה** *Omne id esse Possibile, quodcumq; à nobis in Imagine natione nostra cognati & concipi potest, sive cum rerum natura convenient, sive non convenient, ut Majemonides docet in More Nevochim par. I. cap. 73.* Pariter & ipse passim, quicquid esse, dici, aut fieri posse vel potuisse illi videtur, statim arripit, asserit, & defendit.

Sed quia Lectorem ad sequentem etiam septimum Articulum remittit, pergamus, & videamus, num quid solidius illic proferat ac proponat. Nam quartum errorem, quem in Scaligero notavi, intactum præteriit.

XLV. SEPTIMUM, quod in Scaligero, vel ad ejus verba, noto, hoc est, quoddicit; *Olim in Cœna paschali servatam fuisse in finem Cœnæ, Tortam azymam, & in tot frusta patrem familiæ fregisse, quot in Contubernio sive Festo a convivatores erant.*

In his verbis nil simpliciter reprehendo, sed ~~adū~~; Id, inquam, mihi est dubium. Nam ex Ritualibus illorum discimus, illos medianam placentam hodiè in finem Cœnæ reservare, ut inserviat loco ipsius Agni, quo bis temporibus deſtituuntur. Itaq; probabile non est, eandem olim obſervatam fuisse rationem, quando Agnum Paschalem ipsius habebant, & eo rēſtebantur. Sed hic adhuc nihil certiſtatio & definiō. Hæc mea reprehensio, in qua nihil affirmo.

Censoris mei animadversio ista: *At, inquit, negare non potest Buxtorfius, Tortam hodiè servari in finem Cœnæ מִנְחָה, uti conſtat ex Rituall Hispanienſum ſuprā à nobis allato.*

Non nego ista simpliciter: sed recte ſunt intelligenda, & tollenda homonymia; 1. Dimidia torta ſervatur hodiè in finem Cœnæ; altera sc̄. ejus pars, quæ statim ab initio fuit diviſa, & ſub mantili recondita. Et de hæc quaro, & dubito, utrum eadem ratione olim diviſa & recondita fuerit? 2. Iſta dimidia torta ſervatur מִנְחָה, non hoc ſenſu, ut inserviat loco τὸν Ἐπιτρόπου, ſed ut inserviat loco τὸν πάχα, ut viſum, & planè idem præſtat, quod olim חֲמַת שֶׁבֶן corpus agni Paschalis, non quod Bellariae in aliis conviviis. 3. Servatur in finem Cœnæ, ſed quomodo? quis eſt finis Cœnæ? Id quod proximè præcedit Poculi tertii haustum, & Tertiā lotionem manuum.

Non nego etiam (ut breviter rem comprehendam; cum hīc non diſtentiamus,) Ultimam agni deguſtationem, quæ in fine Cœnæ olim fiebat, coniunctam fuſſe cum Torta azyma, & herbis amarīs. Nam hoc docent Hebræi, & hoc probè ſcivi: quamvis cum aliqua diſcrepantiā.

In hec verò conſiſtit mea dubitatio; An ejusmodi torta dimidia olim quoque in finem Cœnæ reservata, & poſt eſum agni, ſeorsim & ſeparatim, non cum agno, loco bellariorum τὸν Ἐπιτρόπου comeſa fuerit? Huc enim reſpexit Scaliger. Et ipſe Censor meus in ſuo Spicilegio, ad Joh. 12. v. 26. in hunc ſenſum ſcribit: *Factum id fuit à Chriſto ex antiquo Judeorū ritu, qui etiamnum hodiè ab iis in Paschalī Cœnæ celebrationē obſervatur, ut poſt abſolutam Agni Paschalī cœnam (NB.) pater familiæ tortam azymam in tot diuidat fruſta, quot aſſident convivæ, ſingulaq; fruſta in tryblium embammatos herbarum amararum ſingulis porrigit convivis. Sed hac de re in Talmud nihil extat. Majemonides etiam, qui veteres ritus perſecutus eſt, nihil de hac primæ Placentæ diuſione, & altera ejus uſque ad finem reservatione tradit. Unde ſuſpicor, hanc conſuetudi-*

fuetudinem posterioribus temporibus introductam, extra terram Israëlis במלותם in exilio ipsorum, ut sic haberent aliquid, quod loco Agni Paschalis ederent, & ejus locum subiret.

XLVI. OCTAVAM & NONAM reprehensionem conjungit Censor.

Quod, inquit, octavò & nonò reprehendit Buxtorfius; id ipsum est, quod modò in Scaligero castigavit; nempe non eum reprehendit, quod dicat, *Judeos usos esse formulis istis Benedictionis*; neque enim id negare potest Buxtorfius; sed temporis tantum circumstantiam in Scaligero reprehendit, quod dicit, eos esse usos formulis istis in fine cœna seu mensis secundis, cum id factum sit initio ante degustatum Agnum.

Sic ille meam mentem exprimit, sed non satis clare. Iterum enim hic componit, quæ disjungenda sunt.

Sub octavo numero dico, Benedictionem istam (quam Scaliger commemorat) בורך אתה אל ה' נטול העולם אשר קדשו במצוותיו זואנו על אכילת מזאצ'ה Benedictus es Domine, &c. qui sanctificavit nos preceptis suis, & pracepit nobis comedere Azyma; hanc, inquam, Benedictionem non factam esse demum in mensis, ut ille vocat, secundis, & circa ultimam tortam azymam, sed ab initio Cœna super primâ & secundâ.

Sub nono numero dico; Carmen illud (Scaliger sic vocat) lingua Chaldaea conceptum (principium sc. seu Exordium Haggadæ) cuius meminit, itidem non sub finem cœna, & ad ultimam placentam, fuisse recitatum, sed mox ab initio, & ante precedentem benedictionem, post primam placentam in manus sumptam.

Utrumque hoc vocat Censor meus Formulas Benedictionis, ex sua, non ex mea, neque ex Hebræorum sententiâ. Prior formula talis est, sed altera nequaquam, ut suprà visum sub Thes. 26.

XLVII. Quid verò in contrarium affert? sed, ait, eadem reponi potest Scaligeri defensio, quam modò attulimus. Nempe cum fuerit duplex Agni degustatio solennis, & distributio unicuiq[ue] conviviarum, primamq[ue] ejus degustationem præcesserit duplex illa Benedictionis formula super tortas azymas, que una cum Agno erant cum acetario comedendæ; aquum omnino fuit, ut postremam in fine Cœna Agni degustationem præcederet similiter duplex illa Benedictionis formula:

Antequam sequentia quoque ejusdem verba ventilentur, ad hæc pauca quædam veniunt nobis animadvertenda. 1. Eundem errorem repetit, quem modò commisit, quod ex Haggadæ sive Lectionis Paschalis exordio faciat Benedictionis formulam; 2. Ignorationem Elenchi commitit, dum infert; Aequum omnino fuit, ut postremam in fine Cœna Agni degustationem præcederet similiter duplex illa Benedictionis formula. Non queritur, quid æquum, sed quid à Judæis factum fuerit. Hebræorum ritualia nihil ne de una quidem Benedictionis formulâ, cum ultimæ placentæ degustatione recitatâ,

memorant: Multo minus altera illa formula **הָחְמָא עַנִּיא** repetebatur. Ultimæ placentaë degustatio siebat cum herbis amaris, vel etiam cum Agno, sine benedictione istâ.

XLVIII. At, inquit, *quoties ritus aliquis repetebatur; toties benedictio illi accommodata repetebatur: ut planum est in lotione manuum, que cum ter in cena illa usurparetur, toties Benedictio illius repetebatur.*

Ego vero hoc nego. Testem produco arbitrum nostrum, Majemonides. Testatur hic, illos olim solitos fuisse bis comedere particulam azymæ cum olere amaro convolutam. Primâ vice dicit, illos adiecisse benedictionem, §. 6. Secundâ vice vero testatur, omissam fuisse Benedictiō nem, §. 8. his verbis: מֵצָה וּמְרוֹד זֶמְבָּל בְּחֻרְוָתָן וְאַיְלָן בְּלָא בְּרָכָה Postea iterum convolvit Azymam, & πατεράς, & imingit ea in embanima, comeditq; illa sine benedictione. Ergo non semper repetebant benedictionem.

Similiter quod de Lotione ternâ manuum scribit, *ad eam quoq; toties repetitum fuisse illius Benedictiō nem, id probandum ipsi erat.* Majemonides nosster id testatur de prima lotione & secunda: sed de tertia taceat. Simpliciter dicit, אחר נטול ידיים וברכת המזון Postea lavat manus, & recitat Gratiarum actionem. In sub-Numerō 486. expressis verbis: וְשָׁלֵם רַאשָׁנוּם אֶת הָאָדָם אֲחֶרְנוּם וְלֹא יָרַק עַלְהָם Et lavabit manus suas, siquidem assueverit manus à cena lavare, & non benedicet, Fundamentum hujus rei est Canon, qui traditur in Ritibus lotionis manuum: מִסְרָאֵת הַלְּכֹת נְתִילַת יָדִים Aquæ priores (i. e. lotio manuum ante cibum) postulat benedictionem: posteriores vero non requirunt benedictionem (i. e. lotio manuum post prandium).

Quinimodo ne ordinariam quidem Benedictiō nem Vini repetunt ad poculum tertium & quartum. Nam ad tertium poculum recitatur Generalis Gratiarum actio pro cibo: ad quartum, alia, &c.

An itaque tam planum est, *ad singulos ritus repetitam fuisse benedictionem illis accommodatam: ad lotionem etiam ternam manuum toties repetitam fuisse illius benedictionem, ut Censor meus scribit?*

XLIX. Pergit: Nam quod hodierni Iudei dicunt, post istam postremam Agni degustationem nihil amplius licere gustare eâ nocte, vel sapit id recentem hodiernorum ~~περιεξεις~~ & superstitionem, vel intelligendum illud de reliquis cibis communibus, qui in mensa erant expositi; non vero de Azymis & acetario, quibus cum Agnus edebuit.

Post esum ac degustationem Agni postremam nihil quicquam amplius ciborum eâ nocte gustandum esse, omnes in universum Iudei veteres & recentes, qui unquam uspiam, quicquam, his de rebus scripsierunt, uno ore

ore testantur, ut nesciam an adeò recentem Judæorum ~~תְּמִימָדָה~~, & superstitionem id sapere, dici queat. Vide Majemonidem antiquum §. 9. ubi idex veterum & recentiorum ritu esse, scribit. Quod verò Censor addit; *Vel intelligendum illud de reliquis cibis communibus, qui in mensa erant expositi, non vero de Azymis & acetario, quibuscum Agnus edi debuit; eo prodit, se valde hospitem esse in Hebræorum rebus atque ritibus.* Phrasis, quâ omnes hac de re utuntur, hæc est, *אַתָּא עֲשֵׂם אַחֲרֵי כָּל־זָבֵחַ וְאַתָּא טֹעֶם אַחֲרֵי טְבֻנָּה* Et non gustat postea quicquam; Ubi est Exclusiva universalis, omnes alios, communes & singulares cibos, excludens.

At firmissimam, scilicet, producit rationem, quâ suam sententiam confirmat; Nam alioqui, inquit, falsum est, nihil omnino post ultimam istam Agni distributionem gustatum fuisse à convivis: tertium enim & quartum poculum postea fuit ab ipsis hausum.

Sed revera ratio hæc fundata est super lapide vacuitatis vel inanitatis. Quod enim dicunt, post ultimam Agni distributionem & comedionem nihil amplius gustandum; id planum & manifestum est de cibis & esculentis tantum dici. Etenim sicut hic dicunt, Post Agnum nihil amplius edendum: sic dicunt, post tertium & quartum poculum nihil ulterius bibendum. Hæc planissima sunt, levissima; & ut Hebræi ajunt *טְבֻנָּה אַפְלָו לְתַעֲקוֹת דְּבַת רָבָן* intellecta etiam à pueris domus Rabban.

L. Ex his itaque jam liquet, quâm firma sit Censoris, quam subjungit Conclusio, dum ait; *Omnino igitur conveniebat, ut postrema Agni degustatio, quæ sacra & solennis erat, fieret cum tortæ azyma & acetariorum secunda distributione & esu, precedente istâ duplice Benedictionis formulâ (quarum altera nempe est fictitia, in cerebro Censoris nata & formata) ut sic cœna illa vera esset Paschalis cœna, &c..* Quales nempe erant *קְרֻמּוֹת* premissæ, talis quoque est *הַתְּהִלָּה conclusio*. Pergamus itaque, & videamus, an validioribus armis instructus veniat ad Ritum Lotionis pedum defendendum, & ab errore vindicandum eos, qui illum introduxerunt.

LI. DECIMO, pergit Censor, in Scaligerο, Bezā, Casaubono, aliisq; doctis Viris, reprehendit Buxtorfius, quod dicant, Pedum lotionem, morem & ritum fuisse Judæorum in Cœna Paschali, aliisq; ante accubitum, usurpatum.

Fateor: & rationes addidi: 1. quod altum de hac re in omnibus Hebræorum scriptis sit silentium. 2. à temporis Circumstantia, quod Pedum Lotionem Christus usurparit non ante Cœnam Judæorum Paschalem, sed post eam, ante cœnam suam novam. Fontem etiam, ex quo Scaliger istum errorem hausit, detexi. An igitur hac in re tam enormiter peccavi, an sceleris tanta est injuria nostri, ut Vindice hīc tanto opus fuerit? Audiamus.

LII. Certè, inquit, neq; Majemonides loco suprà ex eo producto, neq; hodierni
Judei in suis Ritualibus, exsertam faciunt Lotionis pedum mentionem.

Imò non solum hodierni Judei de hoc ritu tacent, sed & Veteres, quot-
quot extant: neque solum non exsertam, sed nec incertam aut implici-
tam ejus mentionem faciunt. Quid ergo?

LII. At, pergit, Majemonides triplicem hic notat in Cœna Paschali יְהוָה נִצְחָה manuum lotionem. Hec lotio pertinebat olim ad munditium legalem, cuius pluri-
mū studiosi erant Judei Christi tempore, ne rei alicujus immundus attaculū inscientes vel
inviti polluerentur, cùm per diem in foro & plateis versabantur, ubi & immundos homi-
nes, Ethnicos puta & Telonas, &c. & res multas immundas & sordidas contingebat illis
non rarò ut attingerent, unde se pollui existimabant. Hanc immunditium ut à se depelle-
reni, ac ne, si illori cibum sumpssent, cibos, quos sumpturi erant, attaculū suo polluerent,
solebant è publico domum reversi ante cibum manus saltē lavare, & quidem πυρων us-
que ad cubitum, uti à nobis in Spicilegio nostro observatum est.

Verè & præclarè hæc de Lotione manuum differit Censor. Sed quomo-
do ex Lotione manuum educitur Lotio pedum, cogitabis Lector? Mox
audies. Brevisimæ digressiunculæ moram indulge, ad quam Censor ipse
hic nos abducit. Solebant, inquit, è publico domum reversi, ante cibum manus sal-
tem lavare, & quidem πυρων usque ad cubitum, uti à nobis in Spicilegio nostro ob-
servatum est. De hac voce πυρων Marci 7. varias esse Interpretum sententias,
constat. Eas omnes nec recensere, nec censere, nunc est animus. Sed quia
suæ sententiae, & Spicilegii sui meminit Censor, veniam dabit, si, quem-
admodum olim Rutha מִתְקַדֵּשׁ אֶחָד קָרְבָּה Spicas colligit post messores: Ita ego
wp̄יְהָנָא אֶחָד קָרְבָּה sequar Spicilegum, & si quid ei forte exciderit, sublegam & obseruem.

Scribit ille ad Marci 7. ¶. 3. his verbis: Itaq; πυρων νίπτεσθε non est simpliciter Lavare manus, neque etiam Pugno in cayam manum immisso lavare, sed (uti ex-
ponit, & quidem rectissimè Theophylactus) εἰς τὸν χειρόν, uti loquun-
tur Judei, quam de Lotione illa agunt. Sic enim Majemonid. in Mischna, Tom.
1. lib. אֶחָד Tract. de Oratione & Benedictione Sacerdotum, c. 4. §. 2. ubi agit de pu-
ritate illius, qui preces publicas in Synagoga cencipit: רְחוֹם זֶה בְּמֵשׁ עַד הַכְּרִיכָּה Manus
aquâ lavat usque ad cubitum, εἰς τὸν χειρόν, &c. Et mox: Ergo πυρων νίπτεσθε
non dicitur ob digitorum in manum elevatione contradictionem, atque in pugni
veluti speciem conformatiōnem (uti putat Scaliger) sed ob aquæ defluxum per totam
illam brachij partem, quæ πυρων dicitur, à digitorum radice seu propagine ad cu-
bitum usq;. Nam manus quidem tūm lavabant Judei, sed post manum lotionem ele-
vatis sursum manibus, aquam manibus adhærentē finebant defluere ad cubitum usq;. Por-
rò non contenti erant manum lotione accutatā, sed etiam ad cubitum usq;, volebant mun-
dari brachium, quia et si communiter sole manus, ad carpum usq; rei immundæ attaculū
fortuito

fortuito immunditiae contrahere solita sunt, fieri tamen potest, & interdum coningit, ut retectâ etiam brachii aliquâ parte infra carpum, attacâ simuliter rei minus mundæ pollueretur. Itaq. majoris (uti loquuntur) cautionis gratiâ, & (ut solebant dicere de omnibus suis traditiunculis) ad faciendam Legi sepem, lotione volebant purgari non solum manus, sed etiam brachii partem illam, que est à carpo ad cubitum; verumtamen lotio ne illius partis levius defungebantur, solo nempe aquæ defluxu à manibus ad cubitum: quia scilicet pars illa brachii (utpote ueste ut plerumq. obtecta) minus est obnoxia contrahende immunditiae, attacâ rei sordide & immunde.

LIV. Hæc omnia sic speciosè Spicilegus ibidem, & adeò confidenter, ut jurares, illum hæc vel à Judæis coram exactissimè vidisse, vel totidem verbis apud illos legisse, & in suum Spicilegium retulisse. Mirum in modum in cerebri sui fragmentis sibi placet, & ubi quid levi de causa concepit, levius parturit, & levissimè in lucem edit. Quod ut appareat, excutiamus hanc spicam paulò accuratiùs, & grana ejus propius inspiciamus. Duo præcipue ostentat, ambo putria & inutilia.

LV. Primum est, quod dicit; פְּרָקָן, quo Hebræi in Ritibus Lotionis manuum frequentissimè utuntur, esse idem quod, usq; ad cubitum. De expositione vocis Græcæ πτυχή nihil jam dico. Hoc tantum miror, ubi legit hanc expositionem? Et an Judæi soleant Manus lavare, ut aqua non solum usque ad carpum, sed & à carpo per brachium usque ad cubitum defluat? Ego id nunquam vidi vel audivi. Sunt hæc revera דברי חז"ל מ"נ באל חלומות verba somniorum, profecta manu à domino somniorum, qualia multa jam hactenus nobis enarravit.

Ego hæc longè aliter apud Hebræos exposita & definita reperio. פרק est Divisio, Separatio, Ruptura: Hinc, Articulus, Junctura, membrorum scil. vel ossium, quia illic ubi junguntur, est Separatio & Divisio aliqua partium. Sic scribit R. Salomon in Talm. Pesach. fol. 85. col. 1. in glossâ: פְּרָקָן esse id, שני עצמות ubi duo ossa conjunguntur. Ergo dicunt Hebræi, Lavandas esse manus פְּרָקָן עד הפרק usq; ad Divisionem, vel Juncturam, Articulum. Sic in Talmud Cholin cap. 8. fol. 106. col. 1. & 2. לְפָרָקָן Lotio manuum est usq; ad Articulum. Sic Majemonides in cap. 6. §. 4. פְּרָקָן הלכות ברכות Quousq; est Lotio manuum? Usq; ad Articulum, &c. Quæritur ergo, Quamnam hic Juncturam manus, vel Articulum intelligent? Variant quidem nonnihil Interpretes, prout nempe varii sunt manuum articuli: sunt Digitorum articuli: sunt articuli, quibus digiti manui junguntur juxta volam: Est articulus sive Junctura manus totius, ubi ea Brachio jungitur. Hinc duæ sunt sententiæ: Quidam Digitos tantum lavandos censuerunt usque ad articulum tertium, ubi manui sunt conjuncti: Alii, Digitos

gitos cum manu usque ad juncturam cum brachio, quæ Pars *Carpus* dicitur. Et hæc communior est & recepta haec tenus sententia, tanquam tutissima. Qui ulterius hanc mensuram Lotionis extenderit, usque ad Cubitum, ego haec tenus vidi neminem.

ונטילת ידים עד הפרק זה קשי' האצבעות המוחברים לזרנוקות digitorum, quibus manui junguntur.

In Arba turim, parte primâ, Num. 161. §. 4. שיעור נתילת ידים כל היד עד הקנה של ורועל יא עד מקום חיבור האצבעות ואין לנווג כרעת הראש. Mensura lotionis manuum est manus tota, usq; ad calamum brachii: Sunt tamen qui dicant, usq; ad locum conjunctionis digitorum (cum vola) duntaxat: Satius autem est sequi sententiam primam. Idem iisdem verbis legitur in Levusch hachor, eodem loco, ubi additur, להוּמָרָא h. e. ad summum; ut nempe lavans tamò certior sit, se in defectu non peccare. Sic sub numero mox seq. dicitur, עוזר חיבור היד עם הזרע Usq; ad juncturam manus cum brachio.

קדש ידים ונג'ם במקדש עד הפרק Sanctificatio manuum & pedum in Sanctuario est usq; ad Juncturam. R. Salomonis glossa: מקום חיבור הכתף והזרע אלמא יד לא. ה'י אללא יד. כתיב בקרא Junctura haec est locus conjunctionis manus & brachii: quia Manus est usq; ad hanc juncturam: Et hoc est quod Manus vocatur in Scriptura.

Iterum in Talmud Jadajim cap. 2. legitur: הידיים מטמאות ומטהרות עד Manus polluantur & mundantur usq; ad juncturam; In Aruch explicatur hoc; מקום שתפרק הזרע מן יד. Locus in quo separatur brachium a manu.

Alii dicunt esse illiusJuncturam manus usq; ad finem manus; Finem autem manus esse locum conjunctionis illius cum brachio.

In Reshit chochmah fol. 69, 1. יתול עד פוך היד Lavabit usq; ad juncturam.

In libro Arbe Sholchan fol. 3. col. 1. ה'י שפ'יסת היד כליה est locus, ubi palma vel vola manus definit, ubi manus & calamus brachii conjunguntur.

Sic in libello Germanico, qui inscribitur *Orach chajim*, Germanicè Hebrewicis literis edito, statim ab initio, ubi agitur de Lotione manuum, scribitur: Wann man die hånd wascht zu dem essen/ so soll man sie also weit wäschten/bis an das Glied/ da sich die Glieder scheiden / die Hand von dem Arm.

Summa itaque mensura, quam Lotioni manuum Hebræi assignant, est, usq; ad carpum. De mensura usq; ad cubitum, non puto quemquam haec tenus somniasse. Ut valde dubium sit, quod D. Censor scribit in eodem loco; Revira πορνη significare apud Marcum illam brachii partem, quæ est à Cubito, ad primam digitorum radicem seu divisionem. Hoc Unum.

LVI. Al-

LVI. Alterum est, quod scribit: Ideo Iudeos manuum Elevatione uti in manuum Lotione, ut aqua manibus adhærens, ad cubitum usq; defluat, & sic non solum Manus, sed & Brachium, usq; ad Cubitum, majoris cautionis gratiâ, mundetur, &c.

Hic iterum benè fecisset Spicilegus, si vel ex Majemonide, vel alio Scriptore Hebræo, suam sententiam confirmasset & illustrasset, propter קתני אמנה ^{אלה ותמים}, qui nihil, nisi quod vident, credunt. Ego Lectori dico, me hīc iterum aliud ab Hebræis discere, qui aliam hujus rei causam redunt.

Tradunt nempe Hebræi, in primâ Lotione manuum, quæ fit ante prandium, manus, five digitos esse elevandos. Quæ hujus rei causa sit, explicatur in Talmud Sota cap. 1. fol. 4. col. 2. his verbis: אמר ר' מ' ר' אשונ' אמר ר' זעירא זעירא למל' כ' מ' אהרון' זעירא שיטול ל' זעירא נמה ה' ננהל זעירא שיגביה זעירא למל' שמ' צוא מ' חוץ לפרק זיחורו זיטמא את ה' זעירא. h. e. Dicit Raf: Ad Aquas priores (ante mensam) necesse est, ut elevet manus suas sursum: ad aquas posteriores (post sumptum cibum) demittet eas sursum: Alia Traditione tradit: Etiam hic, quicunq; lavat manus suas, debet eas sursum attollere; nam fortassis quedam aquæ exirent extra Juncturam, quæ revertentes, manus iterum polluerent.

Rabbi Salomonis glossa; Ut elevet manus suas; i. e. ^{ר' זעירא אמר ר' אשונ' אמר ר' זעירא למל' כ'} Capita, five extremitates digitorum suorum, ut aqua defluant versus brachia ipsius. Quam ob causam? An ut sic brachia quoque mundentur? Nequaquam: sed ne aquæ manibus assusæ per refluxum & remeationem iterum digitos polluant: quia aqua prima ex contactu manus contrahit pollutionem. Eadem hæc vide in Majemonide in הלכות ברכות cap. 6. §. 16. in Arbaturim, par. 1. Num. 162. §. 1. Hæc sic Germanicis verbis redduntur & exprimuntur in Sepher הילען fol. 9. col. 2. Vnd er soll seine Händ hocherheben in seinem wässchen/ vmb des willen / daß sie nit wider vmbkehren; die Wasser/die ersten nemlich/die er über seine Händ gegessen hat/ vnd sie wurden verunreinigen seine Händ: vnd er soll sie trocken wol wol. Sic in libello paulo ante allegato Hebræo-Germanico scribitur: Auch soll man die Händ vbersich halten: dann so er die Händ vnder sich hielte/ so wurden die obersten Wasser/die da vnrein sind/ herab rinnen/vnd wurden die Finger metamme seyn (verunreinigen): aber das wässchen/ daß er thut nach der Sudah (nach dem essen) soll er die Händ vnder sich halten.

Hinc ergo apparet, longè aliam causam, & cautionem, cur hæc Elevatio manuum in Lotione adhiberi debeat, dari ab Hebræis, quam à Spicilegio nostro. Ejus cautionis gratiâ, de qua ille loquitur, lavant usque ad

Carpum, non usque ad Cubitum. Hinc scribitur iterum in Levusch Num. 161. §. 4. quod si quis in se recipiat hunc morem, ut non tantum usque ad Junctarum digitorum cum manu; sed usque ad Juncturam manus cum brachio, id est, usque ad Carpum, lavare soleat manus, בְּנִכּוֹן וּלְמַר שָׁאֵנוֹ מִכְּבָל עַל־דֶּבֶר וְהַבְּתּוֹת חֻבָּה אֶלָּא בְּמֹרֶת וְרוֹתָה וְחוֹמָר אֶבְּעָלָמָא לְהַתְּנוֹת וּלְמַר קְרָבָל עַל־דֶּבֶר וְהַבְּתּוֹת חֻבָּה אֶלָּא בְּמֹרֶת וְרוֹתָה וְחוֹמָר אֶבְּעָלָמָא בְּמֹהָנוֹ quod recte faciat, si id cum conditione in se suscipiat & dicat, se non recipere hancrem in se, tanquam debitum & legem necessariam, sed ut legem liberam & arbitriariam; ne, si forte accidat aliquid, ut non tantum aqua possit habere, quantum ad accuratam totius manus lotionem requiritur, necesse habeat rigide suam consuetudinem observare.

Addit quod Elevatio ista manuum non praeceps, neque in omni Lotione, sit necessaria, ut videre est infra in Diatriba nostra de Lotione manuum Thes. 35.

Hebraei etiam immundiciem manibus adjudicarunt dunt taxat usque ad Carpum; non ulterius: quia ea parte, quae ultra carpum est, brachio nempe, nec res immundae facile continguntur, nec cibi contrectantur, ut traditur in Talmud. Jadajim cap. 2. Et in Levusch Num. 162. §. 1. Quia hoc statutum à Rabbini factum est propter eos, qui Trūmain comedunt, לא נזרו טומאה עלי idcirco non ulterius decreverant immundiciem super manus, quam quousque manibus cibis solet contrectari, que est mensura Lotionis, juxta quosdam usq; ad calanum brachii, juxta alios, usq; ad junclarum digitorum cum manu, &c.

Ex his itaque satis, ut opinor, liquet, quid de Spica ista Censoris nostri fit sentiendum. Haec, ut & quædam in eo libro aliae, videntur esse de illis spicis gracilibus, tenuibus, & ureidine tacitis, quas in somnio vidit Pharaon. In libris certè Hebraeorum אֲזַלְמָה לֹא שָׁרֵת וְלֹא neg: radicem negram habent. Et tamen non solum magno molimine hanc suam expositionem & traditionem Lectori obrudit, verum etiam ei innexus, Scaligertum, qui phrasin illam πυγηνήν aliter exponit, reprehendit, castigat. Ergo, inquit, πυγηνήν non dicitur ob digitorum in manuum elevatione contractionem, atq; in pugni veluti speciem conformatiōnem, (nti putat Scaliger) sed ob aqua defluxum per totam illam brachii partem, que πυγηνή dicitur à digitorum radice seu propagine ad cubitum usq;. En Scaligeri Vindicem, magnis, scilicet, justissimisque de causis ipsum reprehendentem! Illi nempe hoc licet, quo-cunque jure, quacunque specie: aliis nequaquam. Sed satis de hac mira, novâ, & apud Judæos inauditâ manuum lotione & elevatione.

LVII. Pergamus & videamus, quomodo jam Ritum Lotionis pedum hinc adstruat. Posteaquam ergo de ritu Lotionis manuum studioque mun-

munditiei Judæorum egisset, sic porrò infert; Cumq[ue] mos in Iudea esset, si non nudis planè pedibus, calceis saltē non prorsus clausis, uti nos hodie, sed apertis (qui vādāria dicuntur, quibus hodiè utuntur Monachi nudipedes, Capucini & Recollecti quos vocant) communiter incedere, quo siebat, ut pedes non pulvere modo aut lato inquinarentur, sed ipsimet etiam rei alicuius immundæ, morticini putâ, in plateis jacentis, attractu polluerentur; qui legalis puritatis studiores erant (quales fuerunt Pharisei & adii quamplurimi) proculdubio non manus modo, sed & pedes, ante accubitum, lavisse omnino verisimile est, maxime vero in tam sacro cœna istius ritu factum fuisse omnino existimandum est.

L VIII. Jam habemus istam solennem Pedum lotionem ante accubitum. Quia Judæi, non quidem planè nudis pedibus, sed tamen calceis non plane clausis, incedebant, & hinc facile ex rei alicuius immundæ, ut morticini in plateis jacentis, attractu, pollui potuerunt; Ergo illos, qui puritatis studiores erant, in tam sacro istius cœnae ritu, proculdubio non manus modo, sed & pedes lavisse, existimandum est.

Itane? quâ consequentiâ? Quis formam tam accuratam calceorum illius temporis Censori ostendit? Credo illum à celebri illo in Talmudicis Scriptis ר' יהונתן הסנדלאו R. Johanan Sandalario, alias traditiones nactum esse. Et si tales gestarunt calceos, a non tibialibus pedes tectos habuerunt, quibus non solum ab externa injuria, sed & immunditiâ ac pollutione, munirentur? An res immundæ & morticina, ita obvia & frequentia in plateis erant Hierosolymis, ut illorum contactus inter ambulandum evitari nequiverit, & horum causâ in singulis prandiis pedes lavandi fuerint? Et si fortassis talia in plateis exposita jacebant, ant tam stupidi fuerunt, ut pedibus illa calcarent, aut cæci, ut illa non viderent, & parumper declinare possent? Hoc forte intellexerit Censor de illa Phariseorum cœcutientium specie, qui פְּרוֹשִׁים dicebantur, qui ex nimia humilitate perpetuo oculis conniventibus & clavis quasi incedebant, ut nihil obvii videbant, & hinc saepè ad parietes occurserent, seque laderent. Præterea, ubi legitur, quod, si quis ex contactu mortui, morticini, aut aliâ ratione, immundus factus fuerit, ad eum mundandum sufficerit aut usurpata fuerit Pedum lotio? Nondum satis bene studuit D. Censor הלכות טומאות וטהרות ritus pollutionum & purificationum. Hinc enim didicisset, non Pedum duntaxat, sed totius Corporis Lotionem hic requiri ab eo qui pollutus fuerit. Majemonides in הלכות מקאות cap. I. §. 1. Quicung, seu ex Lege Divina, seu ex statutis Rabbinorum, immundi facti sunt, non mundantur, nisi baptizentur in aquis in terrâ congregatis. §. 2. Ubicung in Lege dicitur, Carnem & vestimenta esse lavanda ob immunditias, intelligitur כל הנוג' בטהרת Baptisatio totius corporis in conceptaculo

aliquo aquarum. Quod dicitur de Fluxu laborante; Levit. 15. II. Si manus suas non abluerit aquâ; כְּלָמָר כְּלָנוּ מִתְּבָרֵךְ itidem de toto corpore intelligitur. Idemq; judicium est reliquorum immundorum, adeò ut si totus baptizetur, מַרְאֵשׁ אֶצְבֹּעַ חֲקַטָּה excepta extremitate minimi sui digiti, non liberetur ab immunditia sua, &c. Et si hæc quoque darentur, an sufficienter forent, ut quis ex eis tam confidenter, tam asleveranter concludere & asserere posset, hac de causa institutum fuisse solennem & perpetuum ritum, ante & post Cœnam Paschalem pedes lavandi? Si hujus rei causâ necesse fuit Pedes lavare ante cœnam, cur repetenda & iteranda erat in Paschate post Cœnam, ut vult Scaliger? Quæ hic erat causa? nam procul dubio ad mensam sacram Cœnæ Paschalis, illos non de novo polluebant. Si hunc ritum habuerunt, quod quæso ei fuit nomen? quæ ejus ratio? Procul dubio sicut Lotio manuum dicebatur pedum. נִתְּנָתָת רְגָלִים ab Elevatione pedum. Et sicut in Lotione manuum, una cum digitis & manu, brachium quoque, ceu immundicie obnoxium, sursum elevabatur, ut aqua per brachium ad cubitum usque defluere posset ad illud mundandum (ex Censoris sententia): ita verisimile & omnino existimandum erit, in Lotionis pedum ritu, pedes una cum cruribus, usque ad genua, sursum elevatos suisce, ut aqua eosque deflueret: quia & crura usque ad genua inter ambulandum sordibus conspergi & conspurcari solent. Bellum, & jucundum spectaculum! spectatum admissi, risum teneatis amici. Si talis ritus solennis & ordinarius inter Judæos fuit, credibilene est, tam alto silentio, tam constanti obliuione interceptum esse, ut nullâ planè ejus memoria, nullumq; vestigium apud ullum Scriptorem reperiatur?

LIX. Cauiam itaque hujus rei quoque indagavit Censor, & pro sui ingenii fecunditate, nullo negotio assequutus est. Nam porro ait: Quod autem Majemonides, & hodierni rituales Iudeorum libri, hujus pedum lotionis non meminerunt, nec ab eis hodie usurpatur, hoc inde esse videtur; quod vel illa tacitè includitur, & intelligenda venit in נִתְּנָתָת רְגָלִים lotione manuum, tanquam potiore parte, magisq; necessaria; vel, quia hodie, & jam pridem Iudeis mos amplius non est, nudis pedibus, vel apertis calcis, solisq; soleis superne religatis ambulare, ut propterea pedum lotionis minus videatur hodie illis necessaria.

Duplex hic redditur ratio, cur Hébræi hujus πεδονίας non meminissent;

I. Quod tacitè includatur sub Lotione manuum, tanquam parte potiore & magis necessariâ.

At quæ probabilitas, quæ verisimilitudo, Pedum lotionem tacitè sic comprehendit sub præcepto *Lotionis manuum*? Quis alius hoc dixit? Duplicem habent

Habent Lotionem manuum ad cibos Hebræi; Ante & Post prandium, si-
cūt omnes fērē gentes; nisi quōd Judæi hīc magis sunt superstitionis, & plu-
res adhibent ceremonias. Sed quis unquam scripsit, Lotionem manuum
esse ἡρῷ potioreni partem, & Lotionem pedum esse ἡετο accessoryum? Lepida
sanē ratio, exibilanda potius, quām examinanda, & tamen in his sibi
plaudit Censor.

2. Quōd Judæi bodiē nec nudis pedibus, nec apertis calceis amplius incedere soleant,
ut olim.

Atqui non solum recentes Judæorum scriptores de hoc ritu silent: sed
etiam veteres, apud quos nihil simile planè reperitur.

LX. At, inquit, Christi tempore & antea, alia fuit Judeorum ratio; mos & con-
fuetudo, ut tūm pedum lotio ad exquisitam Legis munditiem penitus necessaria fuisse vi-
deatur, nec verisimile ullō modo est, eos voluisse in tam Sacri epuli illius ritu, pedibus luto
& pulvere sordidatis, vel attractu rei alicujus immundæ fortuitò pollutis, sacra illi mensa
accumbere. Quare? ne eam, & sacros illi impositos cibos polluerent.

Multa hīc dicuntur, sed nihil probatur.

Probandum ex antiquitate; Judæos Christi tempore nudis pedibus, aut
saltēm leviter semiaperiens calceis testis incedere solitos fuisse. Si ita ordi-
nariē incedebant, quare in specie prohibitum illis fuit, in die
Expiationum, ut edere, bibere, lavare, ungere: sic etiam Calceos gestare?
An idem fortassis quoque mos fuit in Paschatis?

Deinde, si hoc probaverit, hoc quoque docendum, quōd Pedes hoc fi-
ne lavare debuerint vel voluerint, ne sacram mensam, & impositos ei ci-
bos, polluti pedibus polluerent.

Ego de hac causa nunquam memini legere. Ethīc à Scaligero dis-
cidit. Nam Scaliger & alii, qui de hoc Ritu scribunt, hanc reddunt causam,
ne pulverosis pedibus strata inquinarent; non Mensam sacram, vel cibos ei
impositos. Pedibus enim non arrestabant cibos ei impositos. Haec ratione
pectus quoque, brachia, totumque corpus lavare debuissent, imò & vesti-
menta. Et an Pedes quoque ita sunt ἡετο agiles, astringi, ut de manibus
Hebrai scribunt, ut fortuitò & homine non advertente tam facile aliquid
immundi contingat? Ego de his, nec apud Hebræos, nec apud Christianos
scriptores haec tenus quicquam reperi. Itaque hæc authoritatibus ac te-
stimoniis probanda & illustranda erunt.

LXI. Quomodo ergo hæc sua dicta probat? Huc, inquit, facere & per-
tinere videntur loca à Scaligero adducta ex Luce 7. v. 44. & II. v. 38.

Hæc sunt illa ipsa loca, quæ in Exercitatione mea etiam produxi, expli-
cavi, & ostendi, illa nihil Scaligeri causæ favere. Censor ad meas rationes

& explicationes nihil, nisi quod hoc facere & pertinere videantur; sine ulla alia contraria ratione, planè sicut olim טעמא למלתינו ב' דינא דרשות דלא יובי Pretores Persarum, qui nullas dabant verborum suorum rationes, ut est in Talmud Bava basra fol. 173.2. Videatur ergo sic ipsi: mihi aliter videtur, & loca illa aliud arguunt, ut ostendi.

LXII. Pergit: Atq; ex isto Iudeorum more non semel in Pascha lavandi, videtur esse, quod Christus in ultima sua Cœna dicitur de mensa surrexisse, & pedes suorum discipulorum lavisse. Non quod Pater familiâs ipse solitus esset id facere domesticis & familiaribus suis: sed quia in more positum erat, ut convive non manus modo, sed & pedes lavarent, Christus, ut humilitatis exemplum Discipulis suis preberet, ipse id fecit. Factum igitur fuit extraordinarium, quod Christus ipse Discipulorum pedes lavit.

Hic iterum regreditur, & ex repetita Lotione manuum, Lotionem quoque pedum educit; & fundamento in sua phantasia posito docet, pedes discipulorum lotos fuisse ex ritu ordinario: quod verò à Christo ipso illis loti fuerunt, hoc duntaxat fuisse extraordinarium. Totum hoc, inquam ego, fuit factum extraordinarium, quod Christus pedes discipulorum lavit, quare? quia non fuit ordinarium, ut eos vel ipsimet, vel aliorum operâ, lavarent ante & post Cœnam Paschalem. Hoc prius probandum, quod hactenus non aliter factum, quam eo fundamento, quo porrò ait; At verò planè consentaneum videtur, ut ipsa pedum lotio in tam sacro epulo à Iudeis usurpata sit; quia nimirum ipsi id sic faciendum fuisse videtur.

Quà verò ratione his omnibus succurritur Scaliger, qui scripsit; In Canone autem Paschali à nobis adducto vides Lotionem iterari. Lotio autem non solum Iudeis, sed & Gentibus ipsis usitata. Quia enim in Lectis discubentes epulabantur, propterea prius depositis soleis lavabant, ne scilicet pulvrosis pedibus strata inquinarent. Iudei verò superstitiones non Pedes tantum, sed & Corpus totum intingebant, &c. Et mox: Puriores verò à superstitione pro universaliter illa βαπτίσει contenti erant ποδονπτερο b.e. pediluvio. Et sub finem; Nam & Lotio iterata fuit, ut in aliis Paschaibus; primum quidem ex consuetudine quotidiana, ut discumberent, & agnum comedenter: deinde δέπτρη γενουίν ex ritu Paschatis. Petrus itaque non, quod iterum lavare necesse fit miratur, ut qui sciret, in prima Azymorum hoc solere fieri, & lotionem iterari: sed quod Discipulus à Magistro, famulus à Domino, homuncio à vero Deo diaxonētur. Sic itaque bis in Cœna Paschali lotos fuisse vult pedes, Ante, & post eam: Et de hac duplice Lotione intelligendum Canonem Talmudicum, &c. de quibus omnibus in Hebræorum scriptis nihil.

LXIII. Sed non satis est Censori, sententiam Scaligeri defensitasse, fundamentum præterea etiam ipsius, non in petrâ, non in arenâ, sed in aquâ positum, conatur stabilire. Videamus quam firmo tibicine?

Scaliger

Scaliger hunc ritum confirmare nititur verbis Haggadæ, sive Lectionis Paschalis istis: **מִתְבָּלִים** נִשְׁתַּנְהַ הַלִּילָה הַהֲ מִכֹּל הַלִּילּוֹת אֵין אֶנוּ מִתְבָּלִים מִתְבָּלִים **אֲפִילָּה** פָּעָם אֶחָת וְהַלִּילָה דָּבָר שָׁוֹת פָּעָם פָּעָם diversa nox hec & ceteris noctibus quod in aliis noctibus semel tantum lavamus, in hac autem bis, &c. Hinc duplarem elicit Scaliger Lotio[n]em in Paschate, Ante & Post Cœnam.

Ego dixi; pessimè ista à Scaligero esse lecta, intellecta, & conversa, quod nunc repeto: & addo, multò pejus hæc à Censore excusari & defensari.

In *Lectione* erravit Scaliger, vocem **מִתְבָּלִים** passivè legendo, & punctando.

In *Sensu* erravit, dum eandem vocem per *Lavare* exposuit, quæ hic *Intingere* significat: atque eandem de *Lotio[n]e Corporis*, sive manuum, sive pedum, intellexit, quæ de *Intinctione* & *comestione* olerum amarorum, & azymorum, usurpatur & intelligitur.

Addidi: ad eundem lapidem impegiisse Scaligerum in explicando alio simili Canone Hebraico.

Censor meus quomodo hic Scaligerum liberat? Quod autem Buxtorfius Scaligerum eo nomine exagitat, quod de illa pedum lotione intellexit verba ista Haggadæ **אֲפִילָּה**; sanè verum quidem est, verba illa propriè accipi de Tortâ Azymâ & acetatariorum intinctione in Embammate.

Itaque ex Censoris mente verba ista Haggadæ accipiuntur quidem, ut dixi, de Intinctione Azymorum & Amarorum in Embamma, sed propriè duntaxat. Quomodo ergo *impropriè*?

At, inquit, cum Buxtorfius negare non posset, Verbum **טְבִילָה** non modo de illa intinctione, verum etiam de corporis ablutione passim accipi, unde **טְבִילָה Baptismum illum** significat, quo Proselytus ad religionis Judaicae Professionem olim admittebatur; estne adeò gravis in Scaligero censenda hallucinatio, quod verba ista Haggadæ acceperit etiam de corporis & pedum lotione, quodq[ue] **מִתְבָּלִים** in Hithpahel: non verò **מִתְבָּלִים** in Pihel legerit; cum absentibus punctis utroq[ue] modo illud commodo sensu legi posset, aut ea propter tanto viro insultare debuit Buxtorfius?

Acutè & solidè! Defensore hoc sospite, nunquam Res equidem Scale victas audicta fataebo.

LXIV. In utroque nempe defendit Scaligerum, in *Lectione* vocis **מִתְבָּלִים**, & in ejus, ut & totius sententiæ *Expositione*.

LXV. Pro *Lectione* passivâ vocis **מִתְבָּלִים** argumentum ipsius hoc est;

Absentibus punctis vox ista hic utroque modo commodo sensu legi potest, passivè & activè.

Ergo injustè & sine causa Buxtorfius Scaligerum reprehendit, quod passivè illam hic legerit; neque hujus rei causâ tanto viro insultare debuit.

R. In hoc argumento nego Antecedens: Vocem מִתְבַּלֵּס absentibus punctis equidem utroque modo legi posse, concedo: sed in hac sententia utroque modo *commodo sensu* legi posse, nego. *Pas̄sivè lecta*, & cum præcedente pronomine נָא Nos, conjuncta, significat; *Nos intingimur*, vel; *Nos intingimus nos*; (quia conjugatio Hithpael habet significationem reciprocam): sed *Activè lecta*, significat, *Intingimus*. Si *pas̄sivè* legatur, de Personæ intinctione necessariò capienda: *Si activè*; nec debet, nec potest hīc de Persona, sed de Re aliqua intelligi. An ergo perinde est, sive dicam; *Nos intingimur*; sive, *Nos intingimus*; scil. aliquid aliud? An *commodus* uterque est sensus? Illum enim orationis alicujus *commodum* sensum esse puto, qui cum subiecta convenit materia. Atqui lectio *pas̄siva*, ipsius Censoris iudicio, non congruit cum subiecta materia: quare? quia illa lectio non potest accommodari rei illi, de qua propriè illic sermō. Quomodo, *Nos intingimur*, *Nos intingimus nos*; *commodè* potest exponi de intinctione amararum herbarum & azymarum tortarum in embammate?

LXVI. Pro *Expositione Scaligeriana* hujus sententiae, tale est ejus Argumentum:

Verbum נִתְבַּל pas̄sim accipitur, non modo de illa Intinctione (τὸν πινεῖδαν, & Azymorum, in embamma Coenæ Paschalis) verū etiam de Corporis ablutione; unde ἡ Baptismum illum significat, quo Proselytus ad religionis Iudaice professionem olim admittebatur.

Ergo non male Scaliger verba ista *Haggadæ* accepit etiam de Corporis & pedum lotione.

R. Omnidò non nego Antecedens, sed illud largior, & plus adhuc, quam Censor, dico, quod videlicet verbum hoc נִתְבַּל etiam accipiatur de Pedum lotione. Sic enim legalicubi in Talmud Hierosolymitano, in Tractatu Joma: נִתְגַּנּוּ רְגָלוֹן מִתְבַּלֵּן בְּמִים. Si inquinati fuerint pedes ejus, abluit eos aqua.

Sed in hoc argumento negatur Consequens: *Verbum hoc duplēm pas̄sim habet sensum: Ergo in hoc loco duplē sensu commodè accipi potest, & accipiendum est: Nam hoc etiam concludendum, si his verbis Ritus lotionis pedum superstrui debet: quia à Posse ad Esse non valeret consequentia. Verba accipi debent pro ratione subiectæ materiæ, non pro ratione possibilitatis illa expōndi: Atqui si hæc verba cum cæteris Judæorum ritualibus, cum Talmud ipso conferantur, unde sunt desumpta, manifestissimè liquet, illa non de corporis, aut manuum, aut pedum, aut simili aliquâ lotione, accipienda, sed solūmmodo de illa Intinctione, de qua dictum. Centenis testimoniis hoc confirmare possem ex Judæorum libris, nisi res tam plana, tam in clarissi-*

clarissimâ luce posita esset. Neq; de intinctione simpliciter accipitur, sed de Comestione per Intinctionem. Hinc scribit Bartenora in Comment. Mischnajoth de Paschate cap. 10. ad §. 2. עלי טבול ואכל ולפי שליכ' אכילתן עלי טבול קרי לאכילה טבול Comedere: etenim quia omnis ipsorum comedio (hac nocte) fiebat cum Intinctione (in acetum vel embamma) idcirco Comestionem vocarunt Intinctionem. Quâ ratione igitur significatio Abluendi, Lavandi, hic locum habere poterit? Prodit hîc Censor meus vel pertinax suum contradicendi, quævisque, etiam absurdissima, defendendi studium, vel insignem suam in rebus, ritibus, & libris Hebræorum *אַנְתֶּחָא*, & quâ male instructus ad has Vindicias conscribendas accesserit. In tota hac lotione revera aquas tudit in mortario, & *אַסְפָּרָה רֹאָה בְּחִפְנֵי* ventum collegit pugillis suis.

LXVII. UNDECIMUM, scribit Censor, quod reprehendit, hoc est, quod quartum poculum, quo cœna claudebatur, Scaliger dicat vocari **כוס הַלְّ** Poculum laudis, vel Hymni, cum primum poculum dicatur potius **כוס קְדוּשָׁה** Poculum Sanctificationis: ultimum vero **כוס בְּרַכְתַּת הַמִּזְבֵּחַ** Poculum benedictionis cibi; nullibi autem fiat in Talmude mentio **כוס הַלְّ**.

Censor Reprehensionem vocat, quod scripsi, *me הַלְּ conjunctim ita possum*, ut Scaliger facit, haec tenus nullibi in Talmud reperiire posuisse. An vero hæc est adeò gravis reprehensio? Amon meam vel infelicitatem, vel socrordiam & indiligentiam potius incuso, quod haec tenus id nullibi reperiire potuerim? Esto vero: sit reprehensio. Quomodo eam vindicat Censor?

LXVIII. Sed, inquit, primò jam notavimus **שׂוֹרֵךְ** Vocem esse generalem, que Sanctificationem significat: que sanctificatio non fuit Vini, sive Poculi primi propria, sed rerum omnium, que imponebantur, ut absumerentur, que res per Benedictionem precedentem consecrabantur.

Respondeo, Vocem **שׂוֹרֵךְ** equidem esse vocem generalem, quæ Sanctificationem significat, si absolutè sumatur: sed in hac materia esse generalem nego, & dico esse Propriam poculi primi, neque pertinere ad omnes res mensæ, ad absumentum, impositas. Imò nego, Judæos talem aliquam generalem omnium rerum consecrationem habere, quâ ante mensam utantur, & quam generatim super omnes cibos recitent. Habent quidem Generalem gratiarum actionem à mensa: sed non generalem Benedictionem ante mensam: sed in specie benedicunt super singulis, quæ benedictionem requirunt. Itaque probandum Censori, sive Prandiis sive Cœnis solitos fuisse Judæos præmittere Benedictionem generalem, omnibus quæ mensæ imponebantur, simul consecrandis, destinatam, quam appellârint **שׂוֹרֵךְ** Sanctificationem.

LXIX. Deinde, ait porro, Benedictio quidem; que poculum primum precedit, dicitur קדוש, quia per eam, & Vinum, & reliqua, quae mensa inferuntur, sanctificantur: et ipsum poculum primum non propterea necesse est dictum fuisse בם קדוש, aut sic dicere debere.

LXX. Duo hinc dicit Censor, quorum Prius ipsi; Posterior, mihi probandum incumbit.

LXXI. Prius, quod Censori probandum, hoc est: Benedictionem, que poculum primum precedit, dici קדוש, ideo quod per eam, & Vinum, & reliqua, quae mensa inferuntur, sanctificantur. Id dum praestet, nos contrarium interea demonstrabimus.

Ut recte à Lectore quovis res hæc percipiatur, sciendum, Poculo primo duplicem addi vel præmitti consecrationem; primò Benedictio ordinaria Vini; Benedictus, &c. qui creas fructum Vitis. Secundò, Benedictio seu consecratio Dici sive Festi. Hæc vocatur ordinariè ubique קדוש Sanctificationis diei: & fieri solet adhibito poculo Vini, & ad poculum quidem primum. Hinc intelligitur, quid sibi Majemonides velit in §. i. à D. Censore verso, sed revera non intellecto, scribens; Primum unicuique miscetur poculum, ac super illud recitat formula Benedictionis; Benedictus tu, &c. qui creas fructum Vitis: ac postea recitat super illud קדוש הym Formula Sanctificationis Dies & temporis. Antonius Margarita in suo libro Germanico de Ritibus & Ceremoniis Judæorum, ubi de Sabbatho agit, sic hæc exprimit; Darnach setzen sie sich gerings weiß vmb den Tisch/ vnd der Haßvatter/ nimpt ein Kelch mit Wein in die hand/ vnd segnet den Sabbath eyn/ &c. Si quis ritus & rationem hujus קדוש ים Sanctificationis diei scire desideret, consulat Schylechan Aruch, par. i. in הלכות שבת Num. 269. 270. 271. 272. 273. Colbo, & Majemonidem in הלכות שבת cap. 29.

Ut vero manifestius liqueat, quid in hac Sanctificatione comprehendatur, sub jungemus formas illius, ne dubium lectorem relinquamus.

Si Pascha incidat in noctem Sabbathi: ברוך אתה י' מלך העולם אשר בחר בנו מכל עס זרומנו מכל לשון וקדשו במזותינו ונתן לנו י' אלהינו באבבה שבתות למנהח מועדים לשמחה חניכים ואננים לששון את יוסחשת הזה ואות יום זה המזות הזה זמן חרותנו באבבה מקרא קדר שזכר ליצאת מצרים כי בנו בחרות ואוננו קדשת מכל העמים שבת וומראי קדש באבבה וברצון בשמחה ובששון הנחלתו: ברוך אתה י' Benedictus esto Domine, Rex mundi, qui elegit nos ex omnibus populis, & exaltavit nos ex omni lingua, & sanctificavit nos preceptis suis; Desisti nobis, Domine Deus noster, in amore Sabbathi ad quietem, solennitates ad letitiam, festa & tempora ad gaudium; Diem hunc Sabbathi, & Diem festi Azymorum istum, tempus libertatis nostræ in amore, convocationem sanitatis, memoriale exitus Aegypti:

Nana

Nam elegisti nos, & sanctificasti nos praे omnibus populis: Sabbathum & solennitates sanctas tuas, in amore & benevolentia, in gaudio & letitia hereditare fecisti nos: Benedictus es tu, Domine, sanctificans Sabbathum, Israëlem, & Tempora.

Si Pascha incidat in Exitum Sabbathi, h. e. in primam noctem post Sabbathum, ut Sabbatho desinente, Pascha incipiat, adduntur superioribus seqq. ברוך אתה י' אלהנו מלך העולם בורא מאור הארץ ברוך אתה י' אלהנו מלך העולם המבדיל בין קדוש לחול בין אור לחושך בין ישראל לעם ובין יום השבעה לשנת ים המעשה בין קדושת שבת לקדושת ים טוב הבדלה ואת יום השבעה משפט ים המעשה קדשת הבדלה וקדשת את עמו ישראל בקדושתו: ברוך אתה י' המבדיל בין קדש לקדש ברוך אתה י' אלהנו מלך העולם שהחינו וקמנו והגענו למן זה Benedic tus es tu Domine Deus noster, Rex Mundi, creans luminaria ignis: Benedic tus es tu Domine Deus noster, Rex Mundi, discrimen faciens inter Sanctum & Prophanum, inter Lucem & Tenebras, inter Israëlem & Populos alios, inter Diem septimum & sex Dies operis: Inter Sanctitatem Sabbathi, & Sanctitatem diei boni discrevisti, & Diem septimum praे sex diebus operis sanctificasti; discrevisti & sanctificasti populum tuum Israëlem in sanctitate tua. Benedic tus es tu Domine, discrimen faciens inter Sanctum & Sanctum: Benedic tus es tu Domine Deus noster, Rex mundi, qui vivificavit, conservavit, & pervenire fecit nos ad Tempus hoc.

Sic dies Sabbathi, Dies festi, Septimanarum, Tabernaculorum, Novi anni, &c. suam habent קידוש Sanctificationis formulam, quibus ille Dies aut Tempus consecratur, & Deus laudatur pro conservatione benignus usque ad Tempus illud, &c.

Ex quibus facile jam est judicare, An קידוש in hac materia sit Generalis & universalis aliqua formula consecrationis, quam & Vinum, & reliqua que mensa inferuntur, ut absumentur, sanctificantur & benedicuntur, ut Censor noster statuit. Hoc Unum.

LXXII. Alterum, quod mihi probandum, est hoc; Ab hac קידוש seu Sanctificatione diei, & temporis, Poculum primum quandoq; ab Hebreis dici כוס קידוש Poculum sanctificationis. Faciam.

In Orach chajim Num. 271. §. 13. צריך לשחות מים של קידוש מלא לוגמי. Bibendum est ex כוס קידוש Poculo sanctificationis bucca plena.

In Levusch hachor Num. 271. §. 10. Omnia que observanda sunt circa poculum gratiarum actionis, observanda quoq; sum circa Poculum Sanctificationis.

Ibid. Numer. 273. §. 5. חוץ מן הכם של קידושים Excepto poculo Sanctificationis, &c.

In Colbo fol. 35. col. 3. itidem: שבת in קידוש, שבת in כוס קידוש Solebant olim bibere ex כוס קידוש Poculo sanctificationis in domo Synagogue.

In Talmud Hierosolymitano Berach. cap. 7. circa finem, Chaldaicā for-
mā. רְבָנֵן נַהֲעֵן בְּהַחַן כִּסְאַדְקוֹדָשָׂא. Plura alia loca prætereo.

Similiter etiam Vinum illius poculi sæpiissimè, indicatis locis, vocant
שֶׁל קְדוּשָׁה וְזֶה וְזֶה Vinum sanctificationis.

LXXXIII. Pergit Censor: Et benedictio, que ultimum poculum præcedit, dici-
tur quidem בְּרָכַת הַמִּזְוֹן τετραφίς εἰπομένη Cibi benedictio: ut Poculum ipsum non
propterea dictum fuit aut dici debuit. כָּס בְּרָכַת הַמִּזְוֹן.

Hic iterum negat Solem lucere in meridie, ut lumen ei mutuari sit ne-
cessē. Negat, Poculum, quo cœna cludebatur, dictum fuisse.
Poculum benedictionis mensæ. At si mihi quamplures testes hac ipsâ horâ con-
vocandi & producendi essent, nullo negotio illos conquirerem.

In Orach chajim in הלכות סעודת Ritibus convivii, Num. 182. traditur
Judicium, id est, quanam esse debeat ratio Poculi benedictionis
mensæ, & 10. paragraphis absolvitur.

Num. 183. Quomodo se gerere debeat, vel,
Quodnam sit officium ejus qui recitat benedictionem Poculi benedictionis mensæ: & hoc
12. paragraphis subjectis est comprehensum. Vide eodem loco in ל' ב' ש' in
הלכות סעודת כל נ' & reliquis passim Ritualibus.

Majemonides in הלכות ברכות cap. 7. §. 15. Non licet garris super poculo benedictionis mensæ, sed omnes tacent, do-
nec absolvitur benedictionem mensæ, & benedictionem vini, biberintq.

Alias etiam frequenter dicunt כָּס בְּרָכַת contraictiūs.

LXXIV. Quid porrò? Cùm autem unā cuin poculo illo quarto recitetur, aut
verò absolvatur saltem הַלְלָה Hymnus ille magnus, constans ex variis Psalmis, qui in Ju-
daeorum ritualibus habetur, quo hymno clauditur totus Paschalis cœna ritus; quidam
distinctionis causā, ut discernatur à reliquis poculis, dicitur, & dictus forte fuerit כָּס
הַלְלָה Poculum hymni? Nec obstat, quod in Talmude non occurrat: כָּס הַלְלָה potuit
tamen dici distinctionis ergo.

Hæc omnia frustra: ut quibus nec Scaliger defendatur, nec mea repre-
hensio offendatur, ut jam sæpius.

Scaliger non dicit; Poculum illud potuisse dici כָּס distinctionis ergo, aut,
forte sic dictum fuisse, ut Censor: sed hæc sunt Scaligeri verba; Poculum illud
vocabatur כָּס הַלְלָה πομπήσιον iuriteas. Et mex: Poculum autem hymneseos ideo
vocabatur, quod hymno post potionem decantato abibant. Et rursus: Nam sane Ca-
non Paschalis diserte interdicebat, post Poculum laudationis, aliquid cibi aut potus sume-
mere: אָסָר לְאַכְלָן כָּלָם אַחֲרֵי כָּס הַלְלָה Interdicitur aliquid comedere post po-
culum hymni. Sic Scaliger.

Ego

Ego ad hæc breviter & simpliciter dixi in mea Exercitatione, me כוֹן
conjunctionem ita possum, haec tenus in Talmud non reperi potuisse.

Addo nunc plura & dico; Neque in recentioribus Judæorum ritualibus
hanc loquutionem reperiri כוֹן הַלְלָה Poculum hymnæos. Dico etiam, Cano-
rem illum Paschalem, à Scaligerio productum supposititum esse, nec ul-
libi, vel in Talmud, vel in Judæorum ritualibus, his verbis reperi.

Itaque si Scaligeri causam vult defendere, & me impugnare D. Cap-
pellus, monstrandus erit & producendus aliquis locus, ubi vel hæc phra-
sis כוֹן הַלְלָה, vel iste Canon Paschalis, legatur.

Ego concedo, poculum illud Paschale ultimum posse sic dici, nec un-
quam id negavi: nego autem, dici sic à Judæis, quod asseruit Scaliger.

Proinde in hac undecima reprehensione iterum partim absurdâ, partim
impertinentia, & nihil ad rem facientia, dixit Censor.

LXXV. Et ejusdem planè commatis est DUODECIMA & ultima Vin-
dicatorum ejus pars, quæ sic habet:

ULTIMUM, quod in Scaligero reprehendit Buxtorfius, est, quod noctem Cena Pa-
schalis dicat vocatum suisse נַחַת אַגְּבָתָא, cum non Nox ipsa sic propriè dicatur, sed
Lectione quædam è Scripturâ, qua eâ nocte solebat recitari in mensa.

Sic ille refert meam reprehensionem, ubi notet Lector, Censorem cau-
tè meis verbis assuisse hanc vocem Propriè, ut nempe fundamentum aliquod
Vindicti superstruendis poneret. Ego absolute scripsi: Non Nox, sed Le-
ctione illius noctis sic vocatur. Detexi etiam טקֹר אֲכֹב fontem falsitatis, ex quo
Scaliger errorem istum hausit.

LXXVI. Quid ergo peccavi in hac reprehensione? Esto sane, inquit,
sit propriè & primò Lectione illa, annon etiam Nox illa sic dici potuit, quomodo
Agnus dicitur ΤΡΑΝΣΙΤΟΣ vel Saltus, propter Angeli transitum per medium Aegy-
ptum, & quomodo in Ecclesia Pontificia abusu quodam vocis Missa dicitur totus Eucha-
ristia apud eos ritus; cum Missa propriè olim dicta fuerit Missio, διάλυτος Cata-
chumenorum, qui dimittiebantur, antequam Mysteriorum fieret celebratio. Estne ea in re
justa tantum Virum exagitandi causa?

Quis unquam dixit, aut cui in mentem venit, נַחַת in hac materia signi-
ficare propriè & primò Lectionem illam? Ubiq; sibi ipsi somnia fingit Censor
noster.

Scaliger scripsit: noctem eam, quæ Vesperam x i v. Nisi sequitur, vocari נַחַת
b. e. Agg. taur.

Ego dixi; Non si vocari eam noctem: sed Lectionem sacram illius noctis dunta-
xat, & nihil aliud nec primariò, nec secundariò.

LXXVII. D. Censoris Argumentum hoc est; *Propriè & primò Haggadah est Lectio Paschalis.*

Ergo (secundariò nempe, & impropriè) sic dici potuit Nox illa, in qua Lectio ea recitabatur.

Respondeo 1. ad Antecedens; *Haggadah non propriè & primò est Lectio Paschalis, sed est propriè Annuntiatio: secundariò autem & ~~conveniens~~ sic vocatur Lectio illa Paschalis, quæ continet annuntiationem & commemorationem earum rerum, quæ ipsis in hoc festo celebrandæ erant: Noctem nupsiam significat: nec unquam à quoquam sic usurpata vox ista legitur.*

2. Non concluditur quod concludendum erat: Concludendum erat; *Ergo nox illa sic vocatur à Judeis; Censor concludit; Ergo sic vocari potest vel potuit. Pessimæ causæ signum est, quando statum controversiæ quis sic declinat, & à scopo aberrat. D. Censor, si vult, poterit illam noctem sic vocare; sed faciet illud sine autoritate, sine ratione.*

Ubi verò in Scriptura legitur, *Agnus dici ΠΝΩ Transfutum, propter Angeli Transfutum per medium Aegyptum?* Nullibi reperio verbum ΠΝΩ de Transitu Angeli per medium Aegyptum; sed de illo Transitu, quo transfluit & praeteriit domos filiorum Israel in Aegypto, quando percusit Aegyptios, & illis peperrit. Confer Exod. 12. v. 13. 23. & 27. De transitu Angeli per medium Aegyptum usurpatur נס Egredior, Exod. 11. v. 4. & עבורה cap. 12. v. 12. Quæ de voce Missa habet, sunt ~~אַמְגָדִים וּוּרְכָה~~.

Justane ergo erat hic Censori Scaligerum vindicandi, vel in me animadvertisendi causa?

LXXVIII. Concludit Censor: *Hæc sunt, que visum est breviter ad istam D. Buxtorfi dissertationem annotare, tum ad ritum Cœnæ Paschalis totum rectius percipiendum, tum ad illustrationem Sacre Domini nostri Jesu Christi cœna, quidnam in ea ex ritibus Veterum Judeorum desumptum esse videatur, tum ad vindicandum à reprehensione Scaligerum, qui sine magna aut justa satis causa videtur in multis à D. Buxtorfio, nostro quidem judicio, carpi atque reprehendi, quâ de re aequis & cordatus judicet Lector.*

LXXIX. Et hæc sunt, dico ego, quæ visum est breviter, ad istas D. Cappelli Vindicias, sive Animadversiones annotare, ex quibus, ni fallor, cordatus quivis Lector percipere poterit, D. Censorem nec ad ritum Cœnæ Paschalis totum rectius percipiendum, nec ad S. D. N. I. C. Cœnæ illustrationem, nec ad veterum Judaicorum rituum explanationem, quicquam contulisse, sed ritus, antea jam rectè propositos & expositos, impetrè sæpè iterum confusisse, quæ illustrata, obscurasse: ad vindicandum à reprehensione mea Scaligerum, nihil solidi ullibi attulisse, ac proinde
fine

sine magna, sine justa, imò sine ulla causa ad has Vindicias sive Animadversiones, ad meam Exercitationem scribendas, profiliisse:

Non tali auxilio, non defensoribus ipsis

*Heros magnus eget. Nam isti quidem Defensori atque Vindici, hujus
ad bellum auxilium, pro nomine tanto,*

Exigue Vires:

& אַרְחָקִים בְּאַרְחָקִים וְיִתְּרוּן Viatici parum ad viam longinquam, quæ non unius capitis ex Majemonide terminis est inclusa, sed confinium & ad finium quoque locorum spatiis diffusa.

Judæi in Ritualibus suis, & in Talmud, inter alia quoque jubent לְנֵנֶר תְּמִתָּה diligentely everrere Triclinium illud, in quo Cœnæ festales celebrantur, atque ab omnibus sordibus mundare. (*Talmud Beza cap. 2.*) Ego ut idem facerem, & Triclinium veteris Cœnæ Paschalis, à multis purgamentis, quibus illud à Viris alioqui magnis infectum hactenus erat, immune præstarem, pro mea tenuitate fui anfis in mea Exercitatione. Itaq; cum deprehenderem, D. Censorem meum illotis planè pedibus in illud iterum irrupisse, & denuò non solum priores sordes reducere, sed novas adhuc quisquilias invehere studuisse, brevi hoc scripto illud mihi repurgandum duxi. Id quo successu & effectu à me sit præstitum, æqui & coradi Lectoris judicium esto.



L E C T O R I S.

Quia Cl. D. Cappellus, suis in meam Exercitationem Animadversoribus, præmisit Versionem decem primorum Paragraphorum Capitis octavi, ex Ritibus וְמַצָּה Panis fermentati & Infermentati, R. Mosis Majemonidis, creberimaque in his quoque Vindiciae hujus Authoris, & Capitis, occurrit mentio, consultum judicavi, hic etiam dictum Caput Majemonidis in lingua Originali ipsâ, & cum mea Versione Latina, adjungere, ut & de eorum, quæ ex parte suprà in Versione D. Cappelli castigavimus, ex parte adhuc in illâ emendanda restant, & de reliquorum, quæ hinc paucum producuntur, veritate, tantò rectius & ex Authoris ipsius ore, quivis judicare possit.

C A P U T

אָמֵן בְּרוּךְ הוּא שֶׁלֹּא יִתְּפַרְּגֶה תְּשׁוּבָה וְלֹא יִתְּפַרְּגֶה תְּשׁוּבָה

CAPUT OCTAVUM

הלכות חמץ ומצה

R. Mosis Majemonidis,

In quo

DE RITIBUS VETERIS Cœnæ

Paschalis, apud Judæos:

א פטור עשיית מצות אלו בלילה ט' נך הווא: בתחלה מזונין כוס לכל אחד ואחד ומברך בפה ואומר עליו קידוש היום ומן ושותה: אחר כך מברך על נטילת ידים וגוטל ידיים ומביאין שולחן ערוך ועליינ' מדור ורך אחר ומצה וחروسת וגופו של כבש הפסח ובשיות חנינה של יום י"ד: ובומנה זהה מבאיין על השולחן ב' מני בשאר אחד זכר לפסח ואחד זכר לחנינה.

I. *Ordo observationis vel praxeos preceptorum istorum in nocte XV. talis est: Princípio infunditur unicuique poculum, & recitatur Consecratio Vini; Benedictus, &c. qui creas fructum virtutis; deinde additur ei Sanctificatio seu Consecratio Diei & Temporis, & hoc facto bibit. Posthec Benedictus super Lotione manuum, & manus lavat. Dehinc afferunt instructam mensam, eiq[ue] imponunt πικρίδας, Olera alia, Azyma, Embamma, corpus Agni Paschalis, & Carnem Chagiga seu sacrificii diei XIV. [Hoc vero tempore inferunt mensæ duo genera carnium, quarum unum μυστήριον est Agni Paschalis, alterum, μυστήριον Chagigæ, seu Sacrificii festi.]*

ב מהיל וمبرך ב' פ' האדמה ולוקח יין ומטבל אותו בחروسת ואוכל כוית הוא וכל המסובין עמו כל אחד ואין יכול פחות מכוחו: וא"כ עוקריין השלחן מלפני קורא ההגדה לרבו: ומוגני היכום השני וכיאן הבן שואל ואומר הקורא מה נשתנה הלילה זהה מכל הלילות שבכל הלילות אין אנו מטבלים אפי' פעעם אחת והלילה זהה שת' פעמים שבכל הלילות אנו אוכליין חמץ ומצה והלילה זהה כלוי מaza שבכל הלילות אנו אוכליין בשאר אלין שלוק ומboseל והלילה זהה כלוי צלי' שבכל הלילות אנו אוכליין שאר ירכות והלילה זהה מרוויים שבכל הלילות אנו אוכליין בין מסובין ולהלילה זהה כלוי מוסףין

II. Tum incipit, & recitat hanc Benedictionem; Benedictus &c. qui creas fructum terrae; sumitque olus (non πικρίδας) & intingens in embamma, comedit quantum est oliva, ipse & omnes cum ipso accumbentes, quisque non minus quam est oliva magnitudo. Postea removent mensam ab illo solo qui legit Haggadam, infunditur, Poculum secundum. Hic jam querit filius (quid ista sibi velint) & respondet ei Lector; Quam diversa hec nox a reliquis noctibus! nam in reliquis noctibus ne senil quidem intingimus, hac vero nocte bis: in reliquis noctibus edimus panes fermentatos & fermentatos, hac nocte tantum Azymos: reliquis noctibus edimus Carnem assam, tostam & elixam, hac nocte non nisi Assam: reliquis noctibus edimus tam sedentes, quam discubentes, hac nocte discubimus omnes.

בָּזְמָן הַזֶּה אָנוּ אֹמֶר וְהַלִּילָה הַזֶּה כָּלֵל שָׁאָן לְנוּ קְרָבָן; וּמִתְחַלֵּל בְּגֻנְתָּן וּקוֹרָא עַד
שְׁגָנְמָר דָּרְשׁ פְּרַשְׁתָּא אַרְמִי אָוֹבֵד כָּלָה:

III. [Hoc tempore non dicuntur ista verba; *Hac nocte non nisi Assam*; quia non habemus Oblationem:] Et incipit in turpitudine, (h.e. legendo pergit ad ea, quae de ignominia & contemptibili statu Israëlitarum agunt in Haggadah) donec compleverit explicationem illius sectionis, Syrus peritus pater meus, totam, (Vide suprà Th. X X I V.)

וְמַחְוֹר הַשְׁלֹחָן לִפְנֵי וְאֹמֶר פָּסָח וְהַשְׁאָנוּ אֲוֹכְלִין עַל שֶׁ שְׁפָסָח הַמְּקֻומָּן עַל בְּתֵי אֲבוֹתֵינוּ בְמִצְרָיִם שָׁנָא' וְאָמְרָתָם זֶבֶח פָּסָח הַזֶּה לֵי' זֶמֶנְבֵּיה המרוֹר בַּיּוֹדוֹ וְאֹמֶר מְרוֹר וְהַשְׁאָנוּ אֲוֹכְלִין עַל שֶׁ שְׁמְרוֹר הַמְּצָרִים אֶת חֵי אֲבוֹתֵינוּ בְמִצְרָיִם שָׁנָא' וְיָמְרוּ אֶת חֵי הָם זֶמֶנְבֵּיה הַמִּצְחָה בַּיּוֹדוֹ וְאֹמֶר מִצְחָה זוֹ שָׁאָנוּ אֲוֹכְלִים עַל שֶׁ שְׁלָא הַסְּפִיק בְּאַקְסָם שֶׁל אֲבוֹתֵינוּ לְהַחְמָץ עַד שְׁנַנְלָה עַל יְהָם הַקְ'בָּה וְנָאָלָם מִזְדָּשָׁא' וְיָאֹפוּ אֶת הַבָּקָע אֲשֶׁר הַזְּבָחוּ מְמָצָרִים: וּבָזְמָן
הַזֶּה אֹמֶר פָּסָח שְׁהִי אֲבוֹתֵינוּ אֲוֹכְלִין בָּזְמָן שְׁבִירָה הַמְּקֻדְשִׁים עַל שֶׁ שְׁפָסָח הַקְ'בָּה עַל בְּתֵי אֲבוֹתֵינוּ וּכְךָ

IV. Et jam reponunt mensam coram eo, & dicit; (h.e. pergit in Haggada & dicit) Pascha hoc quod edimus, ideo est, quod transfilierit Deus domos Patrum nostrorum in Aegypto, sicut scriptum est, Eradicetis; Sacrificium Paschatis est Dominus. Deinde extollit manu suâ Herbas amaras, & dicit; Amarum istud comedimus, propterea quod amaritudine affecerunt Aegyptii vitam Patrum nostrorum in Aegypto, sicut dicitur: Et amaritudine affecerunt vitam ipsorum. Tum in altum tollit Azymam manu suâ, & dicit; Mazzan vel Azymam istam comedimus, propterea quod non satis fermentata fuisset massa patrum nostrorum, antequam Deus ipsis apparisset, eosq; redemisset, sicut dictum est; Et coixerunt massam, quam eduxerant ex Aegypto. (Hoc vero tempore dicunt; Pascha, quod comedebunt Patres nostri, dum Sanctuarium adhuc stabat, ideo ederunt, quod transfilierit Deus domos Patrum nostrorum, &c.)

Ddd

חואמר לפיעך אנו אויבין להזות לhalb לשבח לאור להדר לזרום נאול וגיאתני שעתה
לאבותינו לנו כל הנשים האלו והזיאנו מעבודת לחירות מגן לשמחה ומפארה לאוד
נדו ונאמר לפניו היליה: היליה הלו עברי וכו' עד חלמש למענו מיס: וחותם ב' אי'
אמ' אשר גאלנו ונאל את אבותינו מארים והגענו ליליה זה לאכול בו מאה ומרופף
בונם זה מוסף כ' אלחינו ואלה אבותינו עיננו למועדם ולגנלים אחריהם הבאים
לקראתנו לשולם שמהים בכנין עיר וושיטים בעבודתך ונאלם מוחבכים יוסון הפסחים
שיצ' דם על קיר מובהך ליאון גונה לך שיר חדש על נואלנו ועל פרות נפשנו ב' אי'
נאול שטאלא: ומברך ב' פ' והשותה הכם השני:

V. Postea dicit (ireadem Haggádah): Idcirco tenemur confiteri, laudare, celebrare, decorare, honorare, exaltare, magnificare, glorificare eum, qui fecit Patribus nostris, & nobis omnia ista miracula, & nos eduxit e servitute in libertatem, ex meroe in lætitiam, & ex caligine in lucem magnam. Dicamus coram eo, Laudate Jah, Laudate Jah, Laudate servi Domini, &c, usque ad hæc verba; Silicem in fontem aquarum. Et concludit; Benedictus Dominus Deus noster, Rex mundi, qui redemit nos & Patres nostros ex Ægypto, & pervenire fecit nos ad noctem istam, ut in ea comedamus Azyma & Amara. [Hoc vero tempore addit; Ita nos adducet Dominus Deus noster, & Deus Patrum nostrorum ad solennitates & festa alia nobis obventura in pace, lætos ob reædificationem urbis tuæ, & hilares in cultu tuo, comedemusque illic de Sacrificiis & Paschis, quorum sanguis pertinet ad parietes altaris tui cum benevolentia; & gratias agemus tibi cantico novo propter redemptionem nostram, & propter liberationem animæ nostræ, Benedictus esto Domine, liberans Israëlem!] Tum recitat Benedictionem Vini, & elabit poculum secundum.

א' ח' מברך על נטולת ידים ונטל ידו שנה شهر ה' צ' עתו בשעת קריאת החנוכה
וילוקח שני רകין חולק א' מהן ומניח פרוס לתוך שלם ומברך המזיא להסמן הארץ
ומפני מה אינו מברך על שתי ככורות שאור ימים טובים משום שנא' לחם עוני מה דרכו
של עני בפרוסה אף כאן בפרוסה; ואח' כ' כורך מצה ומזרע כאחת ומטבל בחורשת
ומברך ב' אי' אמר' אשר קבץ על אכילה מצה ומזרע ואוכין; ואם אכל מצה בפצע
עצמה ומזרע בפני עצם מברך על זה בפני עצמו וועל זה בפני עצמו:

VI. Postmodum recitat Benedictionem Lotionis manuum, & lavat manus suas secundâ vice, quia animus ejus avocatus fuit, interea dum legeretur Haggádah: sumitq; duas placetas, & unam illarum dividens, collocat divisam in medio integræ (sib integræ, ut Raschi explicat in Talmud Berachoth fol. 39. col. 2. ubi hæc eadem verba leguntur) & benedicit; Qui educit Panem è terra. Quare non recitat Benedictionem super duabus tortis panis integræ, sicut reliquis dibus festis? Propter id quod.

quod dictum est; לְאֹתָם עֲנֵי Panis paupertatis (Deuter. 16. v. 3.) Quae enim est consuetudo pauperis? Frustum panis, vel, Frustis panis uti (non integris): sic hic adhibetur Panis divisus. Postea convolvit Azymum & Amarum simul eaq; intingit in embamma, & dicit; Benedictus, &c. qui sanctificavit nos præceptis suis, & præcepit nobis edere Azyma & Amara; comeditq; illa. Si Azymum seorsim comedat, & πινδα seorsim, super unoquoq; etiam separatim benedicit.

ואח'ך מברך בא' אמ' אקבץ על אכילת חוויה ואוכל מבשר חנית י' תחללה ומברך בא' אמ' אקבץ על אכילת הפסח ואוכל מגפו של פסח ולא ברכת הפסח פוטרת של בחן ולא של זבח פוטרת של פסח:

VII. De hinc recitat Benedictionem istam; Benedictus, &c. qui præcepit nobis comedere Sacrificium; simulq; comedit primò de carne Sacrificii diei XIV. deinde recitat hanc benedictionem; Benedictus &c. qui præcepit nobis edere Páscha; simulq; edit de corpore Agni Paschalis. Neg. Benedictio Paschatis liberam & indifferentem facit Recitationem Benedictionis Sacrificii, & vice versa Benedictio sacrificii non indifferentem facit Benedictionem Paschatis.

במן זהה שאין שם קרבן אחד שמנצ'א להם חזור ומברך על אכילת מצה: ומטבל מצה בחרותת ואוכל וחוזר ומברך על אכילת מרוח ומטבל מרור בחרותת ואוכל ולא ישחה אותה בחרותת שמא יטול טעמו וזו מצה מדברי ספרים: וחוזר וכורץ מצה ומרור ומטבל בחרותת ואוכלן بلا ברכה וכן למקדש:

VIII. [Hoc tempore, quo nullam oblationem habenius, postquam benedixit, Educens panem de terra, repetit Benedictionem; Qui præcepit nobis edere Azyma, & intingit Azyma in embamma, eaq; comedit:] tum repetens benedictionem Amarorum, simul quoque Amara in Embamma intingit, & illa comedit. Non verò sinet illa diu morari in embammate, ne forte gustum suum (saporem amarum) perdant. Sed hoc est præceptum Scribarum. Hinc rursus convolvit simul particulam Azymam & herbarum Amararum, eaq; intingit in embamma, comeditq;, sed sine Benedictione, in memoriam Sanctuarii.

ואח'ך נמשך בסעודת ואוכל כל מה שהוא רואה לאכול ושותה כל מה שהוא רואה לשותה: ובחורונה אוכל מבשר הפסח אפי' כוית ואין טעם אחריו כלל: ובמן זהה אוכל כוות מצה ואין טעם אחריו כולם כדי שיהיא הפסק סעודה וטעם בשר הפסח או המצה: כפי' שאכלתן היא המזה:

IX. Deinceps producitur convivium, editq; & bibit unusquisq;, quicquid ipsi edere & bibere libuerit: Et postrem edit de carne agni Paschalis saltum quantum est olive moles, nec postea quicquam aliud gustat. [Hoc verò tempore comedunt olive magnitudinis particulam Azymam, & post hanc nihil cibi amplius gustant]; ut hic finis convi-

*xii ipsorum, & sapor carnis Agni Paschalis, aut Azymi, sit in ore illorum: quia conglie
illorum est de Precepto.*

זה אח' ב' נוטל ידיו וمبرך ברכת המזון על כוס שליש' ושותהו ואח' ב' מוג כוס רביע' ונומר
עליו את ההלל: ואומר עליו ברכת השיר והיא יהלוך "בל-משך וכו': וمبرך בפה
ואנו טועם אחר כך כלום כל הלילה חוץ מן המסוייש לו למוג כוס חמיש' ולומר ע' ע'
הכל הנדרש מהו זו ליל' כי טוב עד על נחרות הכל: וכוס זה אינו חובה כמו ארבעה כוסות
ויש זו לנמר את ההלל בכל מקום שרצה אף על פ' שאינו מקום סעודה:

X. Deniq, manus layat iterum, & recitat Benedictionem cibi, sive Gratiarum
actionem post cibum super Poculo tertio, & ebilit illud. Exinde infunditur Poculum quartum,
& absolvit super eo Hymnum: recitat etiam super eo Benedictionem Cantici, que
est; Laudent te, Domine, omnia opera tua, &c. Item; Benedictus, qui
creas fructum vitis; & tota nocte nihil amplius gustare licet, excepta aqua. Potest
tamen infundi adhuc Poculum quintum, eiq, adjungi Recitatio Hymni magni, & Con-
fitemini Domino, quia bonus est, usq.; Ad flumina Babelis. Hoc verò Po-
colum non est ex debito, sicut quatuor precedentia. Licet etiam absolvere hymnum in quo-
cunque voluerit loco, etiam extra locum convivii.

Hic in Verstone Capitis istius substitut D. Censor, quod reliqui qua-
tuor paragraphi nihil ad rem præsentem faciant. Itaque nec ego ulte-
riùs progrediar. Hoc verò adhuc Lectorem moneo, præter ea, quæ su-
prà sub Thes. XXIV. in Versione D. Censoris notavimus, ulteriùs ap-
paritum, si paragraphus sextus diligenter conferatur & consideretur,
illius sensum non rectè ab illo expreßum esse ad mentem Majemoni-
dis. Sic §. 9. non est Deinde, ut D. Censor reddidit;
sed, Postremò, Ultimò, in fine, quod
aliud.



DISSE-

DISSE^TRATI^O VIII.

De
RITU LOTIONIS
MANUUM ANTE ET POST
CIBUM:

Ad illustrationem duorum Scripturæ locorum,
MARCI VII. v. 1. 2. 3. 5. 7. 8. & MAT-
THAEI XV. v. 1. 2. 3.

THESES I.

QUIA in superioribus Vindiciis à Lotione pedum, ad *Lotionem manuum* à D. Censore nostro deducti sumus, & aliquid jam illuc dictum fuit de Mensura Lotionis hujus, mentioque facta est Loci apud Evangelistam Marcum cap. 7. vers. 3. Εὰν μὴ πυρτῇ νίψολε τὰς χεῖρας, nihil Lectori vel ingratum & inutile, vel à præsenti Argumento alienum, me facturum sum arbitratus, si Ritum illum ex Hebræorum מנהגין five Ritualibus paulò accuratiūs descripsero, num fortè aliqua clarior inde lux affulgere possit loco jam dicto, qui Interpretes quosdam non parūm torsi, & in diversas sententias distractarunt.

2. Plurima passim Hebræi de hac Lotione manuum scribunt & præcipiunt. Nos autem non omnia & singula hic commemorabimus, sed καὶ ἐπεξιόν, & ר'אש' פרק' secundum principia duntaxat capita, illorum doctrinam contrahemus & proponemus.

3. Incipiems autem à Nomine. Vocant Hebræi *Lotionem manuum* נטילת ידיים, q. d. *Elevationem manuum*, quia Manus certo ritu in hac lotione soleant elevare. Nomen enim נטלה est Verbale à radice נטַל Levare, Elevare, Attollere, ut Jes. 63. v. 9. וְיִנְטַלֵּנּוּ Et levavit eos. Rabbini simpliciter in hac ma-

teria sumunt pro *Lavare*: ad exprimendam Elevationem manuum, quam adhibent, utuntur verbo **הנבה Exaltare, In altum attollere**. Lotio manuum varia & multiplex est apud Judæos, ut videre est in Synagoga Judaica cap. 4. Nos de ea duntaxat nunc agere instituimus, quæ præcepta est Ante & post cibum, quam vocant **נטילת ים לטעודה**. Primo autem de *Lotio ne ante cibum* agemus, quæ præcipua, & in primis ad scopum nostrum facit.

4. Hanc ut in certam methodum, in gratiam Lectorum, redigamus, ita tractabimus; ut ad quatuor Causarum species, præcipua quæ Judæi de illâ tradunt, referamus.

5. CAUSAM EFFICIENTEM quod attinet, agnoscunt Hebræi hoc præceptum de Lavandis manibus non esse de Legis, (sc. præceptis) vel à Deo præceptum: sed מדרבנן ex Præceptis Rabbinorum, vel ex דברי סופרים מצוות חכמים Præceptum Sapientum; per consequentiam tamen ex Lege elicitum, & præceptis Divinis æquiparandum.

נטילת ים מצות חכמים, folio 106, col. 1. Hinc legimus in Talmud, Massécheth Chólin quid etiam propter præceptum Sapientum? Avaj dixit, Illud præceptum, quo jubemur obtemperare verbis Sapientum. Rabba dixit, In modo propter id quod Rabbi Elieser ben Erech dixit, qui docuit, ex eo quod scriptum est Lev. 15. v. 11. Omnis autem, quem tetigerit feminifluus, & manus suas non abluerit aquâ, &c. collegisse ac decrevisse Sapientes, Lotio manuum esse ex Lege; &c.

Majemonides in Hilchos Beráchos cap. 6. §. 2. **נטילת ים מצות חכמים** h. e. Lotio manuum est Præceptum Sapientum, quibus absolute obedire jubemur, sicut scriptum est Deut. 17. v. 11. Juxta Legem, quam docuerint te.

Et in **נטילת ים וטבילתן** cap. 11. §. 1. **היליות סקאות** Et in Levusch hachor, Num. 158. **א'ג שאנו אלא מדרבנן שנזרו על זה**.

In Levusch hachor, Num. 158. **א'ג שאנו אלא מדרבנן שנזרו על זה** שונצטינו מ' מ' ש' ז' לו על ה' ש' קדשנו וצונו בו' שכין שאנו מקיימי דבריהם מטעם הפסוק שאמר לא תסור מכל אשר יורוך נון' כשהאמ מקים דבריהם חכמים אנו מקים' Etiam si hoc præceptum non sit nisi à Rabbinis nostris, qui id sanguinerunt propter abusum Trumez, nihilominus in Benedictione ejus convenienter ei haec verba.

verba, Benedictus sit Deus, qui sanctificavit nos, & mandavit nobis præcepta sua. Nam, quia observamus precepta Rabinorum propter id quod scriptum est Deut. 17. 10: Non declinabis à verbo, quod indicaverint tibi, &c. dum observamus precepta Sapientum, observamus simul preceptum Dei ipsius, &c.

6. Per hæc jam confirmatur & declaratur id, quod hic Ritus ab Evangelistis, à Christo, & à Scribis & Pharisæis ipsis vocatur παρεγδοσις τῶν πρεσβυτηρίων Traditio seniorum, Marci 7. ¶. 3. παρεγδοσις ἀνθρώπων Traditio hominum, ¶. 8.

7. Rigidè autem & severè voluerunt hoc Praeceptum observari, adeò ut ejus transgressionem & contemptum pro summo peccato duxerint, eiisque tum ultionem Divinam sit interminati, tum Excommunicationis penam decreverint.

כִּי הָאֹכֶל לְחֵם בַּלְאַ נְתִילַת יְהָמָם in Talmud Sota cap. 1. fol. 4. col. 2. h. e. *Quicung₃*, comedit panem sine Lotione manuum, perinde est ac si rem haberet cum scorto, h. e. eadem est illius ratio, idem ipsis fatum, eadem sors. Quemadmodū enim hic ad paupertatem redigitur, adeò ut perveniat usque ad frustum panis querendum vel mendicandum, Prov. 6. 26, ita etiam is qui Panem edit illotis manibus. Rabba dixit; **כִּי הַמֹּאֲלֵל בְּנְתִילַת יְהָמָם עַל הָעוֹלָם** *Quicung₃*, vilipendit Lotionem manuum, extirpatur è mundo. Nam, ut R. Salomon ibidem scribit: **הַשּׁוּבָר עַל־דְּבָרֵי חֲכָמִים מִתְהָנָה** *Qui transgreditur verba Sapientum, reus est mortis, juxta id quod scriptum est;* Dissipans sepiem (traditiones Rabbinorum) mordebit eum serpens, Eccles. 10. 8.

וְאָסֹר לְזֹלֵל בְּנְתִילַת יְהָמָם in Hilchos Brachos cap. 6. §. 19. וְאָוֹיִם הרבה צו חכמים והזהרו על הדבר, qua de re multa præceperunt & sanciverunt Sapientes.

In Schylechan Aruch parte 1. Num. 158. §. 9. **צְרוּךְ לְזֹהֵר בְּנְתִילַת יְהָמָם שְׁלֵל** המולאל בנטילת יהם חיב ניזיון ובא לדין עניות ונעקר מן העולם, h. e. Studiose observanda est Lotionem manuum: nam *quicung₃* eam vilipenderit, reus fit Excommunicationis, incidit in paupertatem, & extirpatur è mundo. Sic in Levusch hachor eodem loco.

Hinc iterum legimus in Talmud, in Edajoth cap. 5. Exemplum de quodam Eleasare ben Chanoch, quem נזוז שפוקם בטורת יהם excommunicarunt, quod sprevisset purificationem, i. e. Lotionem manuum, quod illotis manibus panem ederit: Et cum in Excommunicatione mortuus esset, lapidem imposuerunt feretro ipsius, ad docendum, si acciderit, ut quis in Excommunicatione moriat, feretrum ipsius esse lapidandum. Mosis Majemonidis glossa hic est: **שְׁחַקְל בְּתֹהֶרֶת הַיְם שְׁהָא מַדְרַבֵּן** *Quia vilipendit Lotionem manuum, quæ est à Rabinis nōfisi, sed confirmata & recepta in Iſraēle.*

84 Hinc

8. Hinc apparet, quare Pharisai & Scribe murmurarint contra discipulos Christi cum viderent eos illotis manibus panem edentes; immo contra Christum ipsum, quod illas hujus rei causam non reprehenderit? quia nempe pro summo peccato & scandalo ducebant, hanc Rabbinorum suorum Traditionem, tam severa Lege & paenam prohibitam, transgredi & violare.

הַדְבָּרִים הָצְרִיכִים נֶתֶּלֶת יְמִין
Res five cibos Lotionem manuum postulantes & requirentes.

טָלֵין לְרוּם לְחוּלִין
In Talmud Chagigah cap. 2. §. 5. in Mischna legitur: *Lavantur manus ad Communem* (cibum vel panem,) *ad Decimas*, & *ad Trumam* (five oblationem Sacram, sacerdotibus de illis separandam.)

10. In praesentia agendum duntaxat est de Lotione manuum ad Cibum communem; non ad res sacras, quales erant Decimae, Trumae, & alia. Hic ergo sciendum, non necessariò ad quosvis cibos requiri Lotionem manuum. Inter eos, qui eam exigunt, nominant Hebræi in specie & in primis *Panem ordinarium*, super quo Benedictio panis est recitanda.

כָּל הָאֹכֵל הַפְתַּח שְׁמַרְכֵּין עַל־זֶה
הַמּוֹצִיא אֲרוֹךְ נֶתֶּלֶת יְמִין תְּחִלָּה וּסְפָאָה עַל פִּי שְׁהוֹא פַת חֹלִין
Quicunque comedit Panem, super quo recitare convenit Benedictionem istam; Benedictus, &c. qui educit panem è terra; opus habet lavare manus ab initio & fine, etiam si sit Panis communis (non facer).

Sic reliqua Ritualia, Arba turim, Schylchan áruch, Levusch Par. 1. Num. 138. Colligunt hoc inde, quod in Talm. Chagigah c. 2. fol. 18. col. 2. in Gemara Lotio manuum requiratur ad *אכילה דנהמה comedionem panis*, ut in Keseph Mischna ad Majemonidem observavit Joseph Karro. Vide & Colbo fol. 16. col. 1.

11. Rationem hujus rei reddunt Talmudici istam; decretum ita esse propter abusum *Truma*. Res ita habet; De Frumento, Vino, Oleo, ex Lege Divina (Deut. 18. 4. *Primitius frumenti tui, musti tui, & olei tui, dabis ei*) separandum erat aliquid pro sacerdotibus (quod verò Rabbi ni postmodum ad alia esculenta quoque extenderunt) antequam Decima daretur. Parsilla, quæ ita separabatur, vocabatur *תרומה Trumah*. De mensura vide Lexicon Talmudicum. Qui Trumam illam olim comedebant, sub comminatione Mortis à Deo infligendæ, non audebant eam illotis manibus comedere. Itaque ne forte incauti aliquando etiam Trumam illotis manibus comederent, statuerunt, super omni Pane, etiam Prophano, manus esse lavandas: Hodie verò id requiritur, quando Trumæ sive oblationes istæ non amplius separantur, quia sperant, Templum aliquando

caliquando reædificatum iri, Oblationesque omnes restituendas esse. Alibi pro eo dicitur, **משום סרך אוכלי תרומה** Propter perversitatem, vel scandalum, offendiculum comedentium Trûmam.

Subjungam expositionem hujus locutionis Propter abusum Trûma; quam facit Rab. Mardocheus Japhet, in Levusch hachor Num. 158. ק. פירושתל אלכאל תרומה בז'ם טמאות על י'יהם עסקיות ולא. ק. דעוו זוכאו לדי חיב מיתה כי' שמיים שהאכל תרומה טמאה כי' מיתה ביז' טמים ואג' שאין עכשיז לנו תרומה לא בטלה העודה משומ שיבנה בית המקדש במחרה בימינו ולפ' שאין זוכת התרומה אלא ממען פת דכתיב וראשית דנץ ונ' ואין דרכ' אלכאל מישׁ זונן אלא אחר שעשין פת לא נזרו נס כנ' נתילה אלא כשי' אלכאל פת כד' h. e. Quia verò potissimum Trûma sunt ex speciebus Panis, sicut scriptum est; Et primitias Frumenti tui &c. Frumenti autem species non comedunt solent, nisi posteaquam ex eo Panis factus est: hinc etiam non decreverunt Lotionem manuum, nisi quando Panis comeditur, per quem intelligitur omnis res, super quam tenemur recitare; Benedictus, &c. qui educit panem è terra, &c. Quis verò vel qualis sit Panis, cui injuncta est consecratio per hanc formulam, fusè docetur in eodem libro, ut & in Schylchan áruch sub Num. 168.

12. Sunt tamen, qui Lotionem manuum à sapientibus præceptam esse etiam velint simpliciter **משום נקיות בעלמא Munditiae civilis causâ**.

13. Ex dictis videtur jam non improbabiliter colligi posse, non carere emphasi, quando in dictis Evangelistarum locis, de discipulis Christi dicitur: Οὐ γὰρ νίνθεται τοις ἀστέροις ὅταν ἄφεται οἰδηπότεν. Non enim lavant manus suas, quām Panem edunt; Matth. 15. §. 2. Et Marci 7. §. 2. Et quum vidissent quosdam ex Discipulis ejus communibus manibus (id est, illotis) ἀδικοῦσσες ἄποψες edere Panem, conquisti sunt. Et §. 5. Quare discipuli tui non ambulant secundum Traditionem seniorum, sed illotis manibus ἀδικοῦσσες ἄποψες edunt Panem? ubi nota, articulum ἄποψες non frustrā appositum videri. Emphaticè, inquam, hoc videtur ad Panem restringendum; quia Panis causâ maximè Traditionis hæc est facta; non verò ad quosvis cibos extendendum in genere, quia hæc Traditionis etiam non rigidè ad omnes cibos requiritur, sicuti videbimus.

14. Circa Panem excipiunt hic כתבת בכיסנו ואין נקיות דקוות או פת הבהת

Eee

חתה הבהה בכשנין (vide Lexicon in Colbo) Placentas vel Crustulas tenues, & קובע סעוזתו עליה (sic non ordinariè panis loco uti soleat: quia super his non est necesse superiorum Benedictionis formulam recitare, Levusch ibidem. In Colbo: Qui edit placentas, & similia, voluptatis causâ, & non ordinariè illis pro pane uti solet, bayat manum unicam, & sufficit.

15. Sic qui vult comedere quidpiam, quod in aliquem liquorem, quales sunt, Vinum, Mel, Oleum, Lac, Ros, Aqua, intingi solet, etiam si manus istos liquores non contingat, tamen tenetur lavare manus; si non necessitatis causâ, saltem מושג נקייה בעלמא propter munditiem civilem.

כל דבר שתפקידו במשקן צריך נטילת זים תחלה Majemonides in Hilchos Brachos cap. 6. §. 1. Omnis res, que intingi solet in liquores, postulat Lotionem manuum ab initio. Desumptum hoc ex Talmud Pesachim cap. 10. fol. 115. col. 1.

16. Propter liquores, vel potulenta, veluti Oleum & Vinum, licet de illis etiam danda sit Trumah, non tamen requiritur Manuum lotio; quia non solet homo illa manibus contrectare, sed ex poculo aliquo bibere. Unde Bibilio. שתיה אין צריך נטילה Num. 15. §. 4.

וחשותה זו או שאר משקין יראה לי. In Col-bo tamen scribitur fol. 16. col. 3. Qui bibit Vi-num, aut ceteros liquores, videtur mihi debere Lavare manum unam, quasi levat poculum; fieri enim possit, ut liquores, qui in poculo sunt, contingere. In Schylchan Aruch dicitur, ne quidem unius manus Lotionem requiri.

17. Qui Fructus edit, Carnem item, Caseum, aut Olera, non tenetur lavare Manus.

ופירות של חלץ אין צריכין נטילת זים בין Fructus comunes seu prophani non opus habent Lotione manuum, neque ab initio, negat à fine. Sie alii.

In Col-bo: Comedens fructus, carnem, caseum, aut olera, non obligatur ad Lotionem manuum.

Ratio in Levusch additur; quia de his ex Lege Divina non danda est Trumah.

Imò dicunt; Lavans manus ad esum frumentorum, est ex elatis spiritu. Ratio; שמראה שהוא מזקודה הר' זה מס' זרוויה שמי' זרוויה במקומם שאין צריך; quia ostentat hac ratione, quod nimis curiosus sit in praeceptio, etiam ubi non est opus.

Intelligendum tamen hoc est juxta R. Simeonem de Fructibus cum soli comeduntur; si vero in liquorem aliquem instincti comedantur, vel in aqua macerati sint, manus lavandæ sunt.

Addit.

אם נטהן משום נקיות שהו ידו מטוגנות או שרוצה שייהו ידו נקיות משום הברכה של פיות ליתן ברכות Silaverit eas in hoc casu munditiae causâ, quod pollute fuerint, ani quod cupiat, ut mundi sint propter benedictionem fructuum, nil impedit, quo minus id faciat.

18. Caro affa, licet humorem vel intinctum habeat, non tamen postulat Lotionem manuum: quia ille humor non vocatur משק, sed eadem est eaeus ratio quæ fructuum, Lerusch Num. 158. §. 5.

19. Sic תבשילין שואשין מושקין או משפוריין Pulmentariorum, confectorum ex tritico & hordeo, siquidem secca fuerint, eadem est ratio quæ fructuum. Ibidem.

20. MATERIA. Ad Materialia Lotionis hujus referri possunt, 1. Manus lavande. 2. Aqua. 3. Vasa.

21. In Manibus duo considerantur & attenduntur, Qualitas, & Quantitas.

22. Qualitatem quod attinet, Lavandæ sunt manus ad Panem, vel cibum illum, qui Lotionem exigit, etiam si nullus pollutionis vel impunitatis homosibi sit conscius.

Μάγειμονίδης: Qui edit panem, necesse habet lavare manus, licet fuerit פת חוליין מולוכנות ואינו יודע להן טומאה לא שאלל עד אַתְּ שָׁאֵן יִדְךָ מְלֹכֶנֶת וְאֵינוֹ יָדֵעַ לְהָן טוֹמָאָה שְׂטוֹל שְׂתִי יְהוָה. Et licet manus ejus non fuerint polluta, nulliusq; sibi fuerit conscius impunitatis, non tamen comedet, donec ambiæ manus laverit.

Hinc in Talmud Savim cap. ult. §. ult. inter ea, quæ Trûmam pollicuntur, recensentur etiam **חידם Manus** absolute; nempe קודם נטילתן Ante lotionem ipsarum; ut R. Salomon scribit in Schabbas cap. 1. fol. 13. 2. ubi eadem Mischna adducitur; etiam si nullius quis sibi conscius fuerit impunitatis; Ratio; quia manus sunt **קָנָנוֹת עֲגִילָה agiles, activæ, que infuso etiam homine (אַתְּ אֲדֹעַתָּה)** sepè aliquid impuri contrectant, ut est in Taharoth cap. 7. §. 8.

23. Hinc apparet Marci 7. §. 2. Κοσμὸς κατέχεται, non esse simpliciter, Manus

pollutis, sed, ut rectissime Evangelista ipse exponit, & Matth. cap. 15. §.

20. Ἀνιπτεῖς illotis, per lotionem non purificatis, & q. sanctificatis: quia ad esum Panis Manus lavandæ sunt, sive illæ polluta ab alicuius rei immundæ contactu fuerint, sive non. Κοσμὸς idem est quod נְטָלָה; Sicut חולין להם נטהן non est Panis pollutus, sed Communis, non Sacer: nam חול Comune, Prophanum, & קדש hic eponuntur.

24. Quantitas, est מידהLotionis, quo usque nempe sint lavandæ manus. Terminus à quo, sunt **רָאשׁ אַצְבָּעוֹת Extremitates** digitorum, quibus sc. cibi apprehenduntur, & contrectantur. Terminus ad quem; est, ית' מטרת הפרק usq; ad Functuram.

De hac mensura, & præcipue termino ad quem, prolixè satis jam

est dictum suprà in Vindiciis Thes. 6. Placet tamen hic adhuc addere locum ex Talmude ipso hac de re integrum, unà cum Glossâ R. Salomonis.

תנו רבנן כתילת ידים לחולין ערך הרכז קיווש ידים וגולשים במקדש עד הפרק
In Talmud Cholin cap. 8. fol. 106. col. 1. & 2. *Tradiderunt Rabbini nostri; Lotio manuum ad Communes cibos, est Usq; ad juncturam: ad Trumam, usq; ad Juncturam: Sanctificatio manuum & pedum in Sanctuario, usq; ad juncturam.*

Glossa R. Salomonis: *Lotio ad communes cibos usq; ad Juncturam*) nempe, secundam, ad articulum secundum, qui est in medio digitorum: Nam quia sit tantum propter metum prophanationis Trumæ, sufficit, si laveret eosque, quoisque cibum digitis attingit. *Ad Trumam, usque ad juncturam:* nempe tertiam; ad articulum tertium, in dorso manus: *Sanctificatio manuum & pedum in Sanctuario usque ad juncturam.* supremam vel summam, locum: nempe in quo manus & brachium conjunguntur. Hæc R Salom.

אמר ר' עד כאן לחולין עד כאן למרומה ושמואל אמר עד כאן בין לחולין בין לתרומת ר' סchemuel: *Dixit Raf, Hucusq; ad cibos communes, hucusq; ad Trumam: Schemuel verò dixit; Hucusq; tum ad cibos communes, tum ad Trumam, ad summum: Raf Sche- schet dixit, Hucusq; tam ad cibos communes quam prophanos, ad minimum.*

Glossa R. Salomonis: *Hucusq; ad cibos communes*) Monstrabat dito suo, uti exposui (nempe, usque ad secundum articulum); Schmuel verò dixit; Articulum, id est, mensuram ad cibos communes & prophanos esse æqualem, & quidem ad summum usque ad articulum tertium juxta palmarum. Vide jam quæ suprà hac de re dicta.

25. *Aqua Lotioni adhibenda, eadem diu habet requisita, Qualitatem, & Quantitatem seu Mensuram.*

26. Quoad Qualitatem, in genere sic scribit hac de re Maje monides; ארבעה זרירים פולין את המתן, ושית מ'אכבהן: גליין: והפוך שטנוואן Quatuor res illegitimam reddunt aquam; Mutatio coloris: Re-tectio: Operis alicujus in illa confectio: Et corruptio talis, que arcet bestiam ne ex illa bibat: Mutatio coloris; quando color aquæ vel in vase, vel in terra mutatus est; idq; sevobirem aliquam, quæ in eam incidérit, seu ex loco ipsarum: Re-tectio; Si re-tecta, dis-cooperte fuerint, ita ut ad bibendum sint prohibita: Aquæ in quibus opus aliquod peractum est, illæ quoque effundende sunt, ceu illegitima ad Lotionem manuum; ut illæ, in quibus abluta sunt vase, aut in quibus panis maceratus fuit, vinum refrigeratum, &c. Aquæ, ex quibus canes non bibunt, ut Aquæ amarae, salte, turbidae, fetidae, &c.

Hic verò multa adhuc alia sunt particularia & specialia, quæ videri possunt in Arba Turin, Schylchan aruch, & Levusch præcipue; veluti;

Aquæ:

Aquaæ fabrorum; et si non mutarint colorem suum, sunt illegitimi-

mae.
Aqua, ex qua biberunt gallinæ; & reliquæ aves; exceptâ columbâ, ex quibus linxit canis, reliquæque bestiæ & feræ, juxta quosdam: alii per-

mittunt.
Nix, Grando, glacies, pruina, &c. quorum principium est ex aqua, ha-
bentur pro aqua, siquidem illa quis concidat vel contundat, & exspectet
donec liquefacta & in aquam soluta fuerint. Sic quicquid principium
suum habet ex aqua, si iterum resolutum fuerit in aquam, aqua illa est licita.
ad lotionem: Sic Testudines rubræ, pinguedo piscis, resoluta, **בשעת הדחק in casu necessitatis.**

Aqua, è qua jam sunt manus lotæ, immundæ sunt, quia aqua statim
recipit immunditatem manuum.

Si dubitatio aliqua incidat, inclinatur in partem favorabiliorem & fa-
ciliorem: **דבשפ' קא דרבנן אודין לקלוא'** *quia in dubiis Rabbinorum sequuntur partem*
faciliorem, &c.

27. Quantitas seu mensura aquæ est Quartarius, seu quarta pars
Logi, sive pro ambabus manibus; ad minimum. In Genere ap-
pellantur saepè **מים ראשונים**, sicut eæ, quæ post sumptum cibum
adhibentur. **מים אחרונים**, *Aqua posteriores*. Majori tamen quantitate aquam ad-
hibere, non solum licitum, sed & laudabile & eximium censetur. *Majemo-
nides* §. 6.

שיערו חכמים דמים ברובעיה סיגניטילת ידים: מ' מ'. 15. §. 10.
כל אדם יוסף ויטול בשפע והנותל די' בימים מלא חפני נוטני לו טבותא מלא צפנו
ה. א. Ordinaverunt sapientes, quod quartarius aqua sufficiat ad lotionem manuum: Atta-
men qui quis potest addere, & majori copia lavare: *Et qui lavat manus suas in aqua plenis
pugillis, ei dabitur gratia vel benedictionis pugillis plenus.*

לכך שיערו חכמים דם בחות מרובעיה אי אפשר לטרח הדים. §. 1.
Iacirco ordinaverunt sapientes, quod minore mensurâ non possint purificari manus.

28. De VASE sequentia sunt præcipua, quæ notanda veniunt.

Aquaæ, quibus manus lavantur, debent vase aliquo contineri. Majemo-
nides §. 6. **ה' המים שנוטין בהן-בכל'** *Aqua quibus manus lavantur, debent esse
in vase.*

In Levusch Nûmer. 159. §. 1. explicatur fundamentum, quod huic rei:
אי נוטlein לדים אלא מכל' דהכ' אשכחו רבען וטהרה צריכה לה'ית:
מן הכל' דבתי' נבי פרת חטא מ' ח'ים אל כל' זכו קידוש ידים ווגלים במקודש ה'ו
מן הכל' Non lavandæ sunt manus, nisi è vase aliquo, quia sic invenerunt Rabbini nostri,
quod Purificatio debeat fieri ex vase, sicut scriptum est; Et ponet super eum aquam:

vivam in vase, Num. 19. 17. Sic etiam sanctificatio manuum & pedum in Sanctuario fiebat ex labore, Exod. 30. v. 18. 19.

Vas illud, non minus quam Quartarium debet capere, & quidem large, non præcise aut parce.

דְּכַי קָבֵל ח' אֶל בְּכַמָּה דִּינִים
שָׁהֵם וְאֲוֹרֵיתָא בְּמִשְׁקִים שָׁאַנְםַ פְּחוֹתָה מְרֻבָּעַת לְכָךְ שְׁעִירָה חַמְמִים דְּבָפְחוֹתָה מְרֻבָּעַת
Sic enim tradiderunt Rabbini nostri, de multis judiciis Legis circa liquores, quod non minori mensurâ, quam quartario, constare debeant. Unde etiam estimarunt, neque manus purificari posse minore mensurâ aquæ, quam quartario.

Omnis generis Vasa ad hunc usum sunt licita & concessa, Lapidea, marmorea, terrea, &c. quæ quidem eo fine facta sunt, ut liquorem aliquem continant, & integra sunt, Levusch Num. 159. §. 1. Majemon. §. 12.

Hinc non permisum est homini accipere aquam ex pugno alterius, & manibus affundere, sicut lavare, שָׁאַן נַוְתֵּלֵין אֶלְאַמְּנָה הַכְּלֵי, quia non licet lavare, nisi è vase: sic non licet unâ manu affundere alteri, &c. Ibid. §. 6.

29. FORMA. Ad Formam Lotionis pertinet Actio, & Modus Lavandi.

30. Dupliciter autem peragi potest Lotio manuum: vel per Affusionem aquæ ex vase, qui modus est ordinarius: Hæc vocatur נְטִילָה: Vel per Intinctionem seu Immersionem manuum in aquam. Et hæc vocatur טְבִילָה בְּעַלְעָמָן, Immersio.

31. In Lotione quâ Aqua manibus affunditur, notanda veniunt. 1. Aque affusio. 2. Lotio ipsa. 3. Exsiccatio.

32. Affusio aquæ super manus debet provenire ex vase convenienti, & מכח גברא a virtute, h. e. operâ viri vel hominis alicuius.

Majemon. §. 6. Fufius id explicatur in Levusch Num. 159. §. 7. Nam sic, dicitur illic, facte fuerunt omnes purificationes, que siebant è vase, veluti Sanctificatio manuum & pedum, aut Aspergio aquarum sacrificii pro peccato: haec non siebant nisi מכח גברא operâ vel ministerio viri. Labrum non effundebat aquam continuè, sed erant in illo בְּרוֹזָאת foramina, que sacerdos, qui se lavare solebat, aperiebat, &c.

Ad aquam manibus præbendam in hac lotione, omnes sunt idonei, etiam Surdus, Stultus, וּמְצַרְמָשׁ & parvus, vel minorenris. Quidam tamen dubitant de eo, qui est infra 6. annos. Sic disputant etiam de simia, an hoc ministerio defungi possit. Majemon affirmat. Potest etiam sibi ipso quis hic servire, quando nemo aliis adest, ita ut vel epistomium removeat, vel vas ita disponat & locet, ut ex eo lavet.

אֵם אֵין טָהָר מִנִּיחָה הַכְּלֵי בֵּין בָּרְכִּיו וְצַק עַל יָדוֹ אָוֹתָה: Majemonides: סְנָאָתָה כְּלֵי בֵּין בָּרְכִּיו וְצַק עַל יָדוֹ אָוֹתָה: si nemo aliis adsit, ipsenit repnit vas

miras super genua sua, & effundit super manus suas, aut inclinat illud super manus suas, & lavat, aut lavat manuum unam, &c.

Multos hic quidam ponunt speciales casus alios, quos non necesse refere.

Aquarum affusio potest duplii modo fieri, vel sensim, sed usque ad perfectam mensuram: vel effusione aut exundatione universalis, ut totus quartarius aquae simul & semel effundatur.

יש לנו ליתן על ידי מעת עד שיתן כתיעור : ואם ג. io. נטה הרביעית בולח בשטיפה זאת כשר usq, ad debitam mensuram. Quod si tamen totum quartarium unicâ exundatione effuderit, etiam hoc legitimum est.

33. In Lotione ipsa etiam nonnulla sunt observanda, quæ, quam paucis fieri potest, comprehendemus:

34. Si Lotione manuum fiat hoc modo, ut sensim ipsis aqua affundatur, tum duabus minimis distinctis vicibus, vel etiam tribus, id fieri oportet.

Duabus vicibus affundendum למי שירז נקייה ei cuius manus sunt mundæ: Piores aquæ auferunt immundiciem à manibus, & in se recipiunt: posteriores, purificant priores ab immundicie illâ susceptâ. Sed si cuius manus non fuerint mundæ, ei tribus vicibus sunt affundendæ; Primâ vice, non ad purificandas manus, sed ad auferendas sordes, quæ eis adhærent, vel alia חוץ discriminantia, & lotionem impeditia: Secundâ, ad auferendum immundiciam: Tertiâ, ad purificandam aquam medium, secundâ nimirum vice effusam, ביביעת סני ביביעת סני nihilominus pro omnibus vicibus istis sufficit quartarius unus, tribus distinctis vicibus super ambas manus effusus.

Quod si nullæ adhæserint manibus sordes, vel res discriminantes, si quis voluerit, potest totum quartarium aquæ super manus unicâ vice effundere. Et hac ratione non opus habet aquis secundis, h. e. duabus vicibus aquam affundere.

Sic, si cui sordes manibus adhæserint, & plus habuerit aquæ, quam quartarium; tum primò parum effundet ad sordes auferendas, postea integrum quartarium vice unâ: Tertiis aquis hac ratione non opus habet, quia manus jam sunt purificatae de quartario integro.

25. In Lotione hac deinde observanda Exaltatio vel Elevatio manus. Majemon dicto loco §. 16. בים הראשונים צרך טגביה ידו למעליה עד Shela יצאו חוץ לברך ויהו וטפואאת הידים In aquis prioribus (ante prandium) in altum tollenda sunt manus, ne aquæ nonnullæ fortassis extra juncitam egressæ, postea revertantur & manus polluant. Desumpta hæc sunt ex Talmud Sota cap. I. Fusius

Fusius explicantur in Lebusch, Num. 162. §. I. Quia Aquæ recipiunt in se manuum immunditatem; *Idcirco*, scribitur illic, אַמְרוּ חֲכָמִים שֶׁצָּרֵךְ הָאָדָם לְהַנְבִּיאָ רַאשֵּׁי אַכְבָּעֹתִי בְּשַׁעַת נִטְלָה וּכְזַבְּחָה dixerunt Sapientes, debere hominem in alium tollere extremitates digitorum suorum tempore lotionis, quando aquas super illos fundit, donec exsiccat eos; idq; ideo, ne Aquæ prime, que immunda factæ sunt, exeat extra mensuram lotionis, & deinde, cum aquæ secundâ vice effunduntur, non innundentur, sed ea tantum; quæ sunt intra spatum & mensuram (quia Aquæ secundæ, seu quæ alterâ vice affunduntur, non purificant nisi ad mensuram lotionis,) & postea ante exsiccationem veniant illæ aquæ priores, que extra mensuram exiverunt & immunda sunt, revertanturq; ante exsiccationem, intra mensuram lotionis & manus iterum polluant. Idcirco elevabit homo manus suas.

Sunt tamen etiam qui dicant, scriboitur porrò illic; quod si demittat manus ab initio lotionis usq; ad fixum ejus, יְמִין ט' illud multò esse prestantius: quia hic nulle sunt aquæ extra mensuram egressæ. Et quamvis incipiat effundere aquas primâ vice supra vel ultra mensuram lotionis, & alterâ vice supra istas, & postea exeat aquæ ille quæ deciderunt ultra mensuram; ex non polluant manum: quia ultra mensuram (ultra carpum versus brachium) non decreverunt Sapientes immunditatem; nec super manum, nec super aquam. Dumtaxat cayendum, ne primo attollantur, postea demittantur: hoc enim casu metuendum, quod dictum, ne forte aquæ quædam extra mensuram egressæ revertantur, manusque poluant.

Porrò ibidem: scribunt etiam nonnulli, quod ista omnia, quæ de Attollendis vel Deprimendis aut demittendis manibus dicuntur, non aliter præcepta sint, quam eo casu, quando quis non totam manum lavat usq; ad juncturam manus cum brachio (usque ad carpum): quod si vero quis totam manum lavet usq; ad brachium, non necesse habet vel Elevare, vel Demittere manus: נָרוּ כָּוֹתָה שְׂמָשָׂם וְאַלְכָה לֹא quia inde (à carpo) & ultra (versus brachium) non decreverunt immunditatem (brachium non habetur pro immundo vel polluto): nam illuc & ulterius non vocatur Manus. יְשַׁׁחַד קְלָקָה Sed sunt etiam qui aliter statuunt.

Præterea non jussérunt Elevare aut Demittere manus, nisi quando ab initio partem dunt axat Quartarii super manus fundit, deinde demum residuum: Hic enim tantum vallet quod dicitur, הַמִּסְרָאֵת נְתָנוּנָם וְהַשְׁגָּנָם מִתְהָרֵן Aquæ prima polluantur: aquæ secundæ purificant, ut paulo antè dictum (Th. 32.) At, si quartarium aquæ integrum vice unicâ simul & semel effundat, nullæ omnino aquæ polluantur vel immunda sunt, & manus purificant è vestigio. Idcirco hoc casu non solliciti sunt de manibus vel elevandis vel deprimendis. Haec tenus ex libro Lebusch, ubi ratio hæc Elevationis manuum in Lotione mihi videtur præ reliquis omnibus Ritualibus perspicue & accurate tradita.

Ergo

Ergo ex hac sententia, in ista Lotione quæ fit per affusionem aquæ, manus constanter usque ad exsiccationem sunt vel attollendæ, vel demittendæ.

Idem, sed succinctius traditur in Schylchan Aruch: Num. 162. §. 1. Lavans debet **לְהַגְבֵּה** elevare manus suas (h. e. extremitates digitorum suorum) sursum, ne aquæ egrediantur extra juncturam, & revertantur ac manus polluant. (Idem iudicium, sive perinde est, si quis eas statim ab initio lotionis usq; ad finem demittat, quia hoc pulchrum censetur, modo caveat, ne primò digitos attollat, postea demittat: quia sic aquæ nonnullæ possent egredi extra juncturam, & reverti ac manus polluere.) Et hoc faciendum (scil. manus attollere) quando non lavat manum totam usq; ad locum junctura manus cum brachio; verum si eo usq; lavet, non necesse habet attollere manus suas (quidam tamen dissentunt). Sic si effuderit quartarium aqua integrum super manus simul & servet, cum hic nullæ sint aquæ immundæ prorsus, non necesse habet attollere manus suas: Si denique quis manus in aquam intinxerit vel immerserit, etiam non opus habet attollere manus. Quidam etiam dicunt; si quis tribus vicibus aquam effuderit manibus, his cautionibus omnibus planè nihil opus esse. Vide jam etiam quæ suprà in Vindiciis hac dere dicta §. 56.

26. Tertiò in Lotione quoque requiritur **תִּזְבַּשׁ** Fricatio diligens manuum; tūm ad aquam, manibus adhærentem, diligenter abstergendam, ante exsiccationem ad mantile; tūm ad sordes, & alia lotionem legitimam impeditia, exactiùs tollenda.

Hic cavere jubent, cùm quis manum unam alterā fricat, ne tangat extra locum in quem aquæ ceciderunt, quia sic illæ aquæ possent redire, & pollutionem aliquam adferre, &c.

De peculiari Schemate, ad quod manus sint vel in Lotione, vel in Fricatione, conformandæ, nihil in Ritualibus reperio, nisi quod in libello **יטָלֶל מִזְרָחָה שְׂמָאֵל וְשְׂמָחָה** ex quodā Medrasch adducitur; **לְרֹאשֵׁת חֲכָתָה** **לְמִזְרָחָה עַד פָּרָק** **לְמִזְרָחָה עַד פָּרָק** Lavabit manum dexteram cum sinistra, ut manus sinistra fumuletur dextera, & lavabit usq; ad juncturam manus.

37. Quartò attendendum quoque in Lotione manuum ad **תִּזְבַּשׁ** ea quæ discriminant vel discrimen faciunt inter Manum & Aquam, h. e. omnia ea, quæ manibus adhærent, & aliquam earum partem tegunt, sicque impedire possunt, ne aqua quoquoversum perveniat. De his tradunt hanc Regulam, **כִּי דָבָר שְׁחוֹצָא בְּטוּלָה חֻוָּצָא בְּנִטְלָה** Quicquid discriminat in Immersione in aquam, idem discriminat quoque in Lotione manuum.

Talia sunt, **אֲזַה שְׁתַחַת הַצְפּוֹן שֶׁל־א כָּנָנד הַבָּשָׂר** Sordes, quæ sunt sub ungue, non versus carnem; veluti si quis unguis prælongos habeat, carnem excedentes, sordes ungui adhærentes discrimen faciunt: Item **אֲבָזָק שְׁתַחַת**

רְתִיָּה שְׁלֵב בְּשָׂרֶוּ דַּגְפָּרוֹן excrementum sub unguibus carni adhærens: Emplastrum: טְטֵת הַיְצָרָם Lutum caenosum: טְטֵת הַיְנָה Lutum figulorum, &c. siquidem ea quantitate ista fuerint, ut facile animadvertiscantur: אֲבָל בְּמַעַט שָׁאנוּ מִקְדָּשׁ Minima vero, quæ non animadvertiscantur, non curantur.

Quicquid enim non observat aliquis, vel non curat, id non facit discrimen: quod si tale sit, ut unus illud curet, vel scrupulum illi moveat, alter non cureret, tum apud eum, qui id curat, discriminat; apud eum, qui non curat, non discriminat: Ex Gr. Tinctor non curat; licet manus ejus colore tinctæ sint, hinc etiam ille color non facit discrimen in manibus: ipsius, etiam si de substantia ipsius coloris fuerit: si vero alterius alicujus, qui non sit tintor, manus colore tinctæ sint, in hoc discriminat color. Ita si mulieres ornatus causâ manus suas tingere soleant, color ille non discriminat, &c.

Hac de causa removendi sunt Annuli è Digitis, dum manus lavantur, etiam si laxi fuerint, &c.

38. Porro manus integræ sunt lavandæ, non נְאַחֲרַת particulatum, ut jam una pars, mox alia lavetur, &c.

39. Plures, ut quatuor vel quinque, simul lavare possunt; per unicam aquæ effusionem, & perinde est sive manus juxta se invicem habeant, sive supra invicem, modò manus laxè ab invicem teneant, ut aqua inter illas ubique penetrare possit, & in illa effusione contineatur quartarius prout quoque, &c.

40. Si quis, veluti iter faciens, & metuens, ne aqua sibi deficiat in via, manè ea conditione manus laveret, ut illa Lotio valeat prototo die, is non opus habet postea, ad singulos cibos eas lavare; siquidem noirmente abruptus, & sui oblitus fuerit: quod si vero sui quasi oblitus fuerit, tunc cogitur illas lavare. Ratio; quia in hac mentis avocatione facile fieri potest, ut manus rei alicujus immundæ contactu inscius & imprudens contamineaverit. Hinc ita paciscens, non continget crura sua, femur, reliquaque loca in homine testa, non scabat in capite, nec ullam partem corporis sui tangat, quæ sit inquinata; aut in qua fôrdes ex sudore sint, &c..

41. Deniq; multum interest, ut post Lotionem & Fricationem, Manus etiam probe Exsiccetur ad aliquod mantile, ne madidis manibus panis comedatur. Hæc Exsiccatio vocatur נִיגָּגָף הַיְדִים Nigguf, bajadâjim. Exsiccatio manuum.

Majemonides §. 20. צְרוּךְ אָרוּם לְנַגֵּב אֶת זְרִיזָחָר בְּאַכְלָן. Neccesse est, ut homo ma-

mo manus suas exsiccat, & postea demum comedat: וכל האוכל בלא נזוב ידים כאוכל
Nam quicunque edit sine exsiccatione manuum, perinde est, ac si comederepanem immundum. Vide Talmud Sota fol. 4. col. 2.

Levusch Num. 158. §. 12. Exsiccabit manus probè, antequam panem frangat, ב' ים טמא quia sordidum censetur, si quis ederit manibus humidis. Quicquid autem sordidum est, id habetur טמא pro immundo. Et Num. 166. §. 1. וינגב ייזו היב וירך ברכת המזיא Et exsiccabit manus suas probè, antequam recitet Benedictionem panis.

Memoriale hujus rei fecerunt locum Ezech. 4. §. 13. Sic comedent filii Israel panem suum pollutum inter gentes; ubi duo hæc verba בלא נזוב (Panem suum pollutum) per Gematriam æquivalent his, להחם טמא Sine exsiccatione manuum. Ergo, qui panem comedit manibus non siccatis, perinde est ac si ederet panem pollutum.

42. Quod si accumbentium plures fuerint, טול כי תחלה Civilitatis lex postulat, ut maximus primò manus laver. Sunt tamen, qui sponte suâ ultimo loco lavare solent, quod nolint vel moram facere, vel aliquid loqui inter Benedictionem Lotionis manuum, & inter Benedictionem panis. Nam ut Benedictio ciborum ante illorum usum recitatur: sic Benedictio Lotionis manuum, post lotionem demum peragitur, &c.

43. Et haec sufficient de Forma נטילת ידיים Lotionis manuum, quæ fit per Aquæ effusionem super manus. Pauca etiam quædam adhuc addemus de Lotione quæ fit per טבילה במקומם Immersionem manuum in aquam. Nam & hac ratione licet lavare manus.

44. Majemon. 5. §. 5. כל הזריך כי והטביל ידיים מקופה אין צריך דבר אחר: ואם הטבילן במים שאין בהם שער מקוה או במים שאוכבים שברקע לא עשה כלום שאין המים שאוביין מטהרין את הידים אלא בנטילה Qui opus habet Lotione manuum, & immersit eas in aquas alicuius conceptaculi, is non opus habet re aliâ. Quod si vero eas immerserit in aquas quæ non habent debitam mensuram conceptaculi (quæ est ארבעים סאה quadraginta Searum, Majemon. in הלכות טקיות סאה cap. 4.) aut in aquas haustas, is nihil agit; quia aquæ haustæ non purificant manus nisi per Lotionem, sive affusionem è vase. De hoc postremo tamen nonnulli variant.

45. Qui lavat manus suas in fonte, etiamsi non sint in eo quadraginta Sexæ, עלתה לו טבילה במקומות נתליה ejus immersio valet loco Lotionis, præsertim si ambæ manus immersæ & aquâ cooperatae fuerint unâ vice simul & semel, &c. Schylchan Aruch Num. 159. §. 14.

46. Qui transit flumen aliquod, neque secum habet vasculum unde laver manus, non accipiet aquas manu unâ, & eâ præbebit manui alteri: quia haec neque esset Lotio, neque Immersio, אלא טבול שת' ידיים immerget ambas manus. Ibid. §. 17.

47. Qui unam manum lavat per Lotionem, alteram per Immersionem, ejus manus puræ sunt. Ibid. §. 18.

48. Qui immersendo manus lavat, non necesse habet duabus vicibus immersere, sicut bis aquæ sunt affundendæ, aut ter; sed sufficit vice una: non etiam tenetur manus in altum tollere & elevare: non denique tenetur לְנַבָּג בְּמִתְפָּרָה de exsiccatione earum ad mantile. Quamprimum enim eas vice unicâ immerserit, purus est; neque immundæ fiunt aquæ remanentes super manibus. Lieet verò non teneatur exsiccare manus ad mantile; nihilominus non licet eis cibum attristare, מֵאֲזַן נַתְנָנוּ מְאַלְיָן עד שנתנונו מְאַלְיָן מִשּׁוּם מְאֹס. id sordidum haberetur, vel, nauseam movet. Ibid. §. 19.

49. Qui immersendo manus lavat, non recitat benedictionem super Immersione, sed super נְתָלָת יְמִינָה Lotione manuum. In hoc tamen etiam discrepant.

Porro fuerunt etiam quidam superstitiones, qui durante prandio quoque Lotionem manuum iterabant בֵּין תְּבָשֵׂל לְתְבָשֵׂל inter edulium unum & alterum. Hanc Lotionem vocabant טַבָּא אַמְצָעִים Aquas medias: sed dicunt, esse Liberam, & Arbitriam, in Talmud Cholin folio 105, col. 1. Majemon, cap. citato §. 3.

In Col-bo: פְּגֻם שָׁאֵדָם רֹוחֶז בֵּין תְּבָשֵׂל לְתְבָשֵׂל נְקִוָת לְפִיכָךְ אַרְךָ לְנַדָּךְ Quandoque lavat aliquis inter edulium unum & alterum munditiæ duntaxat causâ: unde non tenetur de Benedictione recitanda.

Attamen inter Caseum & Carnem dicunt חֻבָּה necessariam esse Lotionem, &c.

50. Ex his, quæ de Materia & Forma Lotionis manuum Judaicæ dicta sunt, videndum nunc, num aliquid erui possit, ad illustrationem verborum Marci Evangelistæ, quando ait; Οἱ γὰρ φαρισαῖοι, οὐ πάντες εἰς ἑδαῖοι εἰσὶ πονηροὶ νιψόμενοι καὶ χέργας ἐκ ἑδαῖος, περιττεῖτε τὴν παρεύθεσιν τῶν πρεσβυτέρων, Nam Pharisei, & omnes Judei, nisi πονηροὶ laverint manus, non edant, tenentes traditionem seniorum.

51. Quid πονηροὶ sibi hic velit, non convenit inter Interpretes.

52. Quidam referunt ad Mensuram Lotionis, & reddunt, Ad cubitum, Cubitaliter; quam sententiam, ut suprà vidimus, approbat & laudat D. Censor noster.

Mihi verò hæc expositio omnium, quæ afferuntur, videtur longè absurdissima. Nam ex verbis Evangelistæ manifestè liquet, respici in eis ad aliquam Consuetudinem inter Judæos usitatum, & Traditionem notam accepitam. Atqui nos ostendimus in Vindiciis nostris, Lotionem manuum cubita-

cubitalem, seu, usque ad Cubitum, Hebræis planè esse incognitam, nec vel minimam de ea Traditiunculam uspiam extare. Unde quā specie quoque prætextu huc ista Phrasis trahi possit, non video. Itaque non sine causa fabulosam hanc sententiam vocavit doctissimus Erasmus in Annotationibus suis ad cap. 7. Marci scribens; *Ad hoc nihil cause video, cur haec fabula de Lotione cubitali huc accersatur. Nam si constaret, hoc à Lege prescriptum, ne quis caperet cibum, nisi lotis manibus, probabiliter videri poterat inducta Cubitalis lotio. Tum enim aliquid adderetur Legis prescripto. Nunc tale nihil à Lege præcipi, testatur Dominus, dicens; Non lotis manibus manducare, non coquinat hominem.*

Patronus hujus sententiae producitur Theophylactus, qui πυγμὴ explicat ἀχεὶς ἐπαγγεῖλαι, & addit: πυγμὴν ναε λέγειν τὸ δὲ τὸ ἐπαγγεῖλαι ἀχεὶς καὶ τὸν ἄκρων δακτύλων. Sed cum ἀχεὶς non tantum significet Cubitum: sed etiam Curvatum manus, &c, teste Budæo, quemcunque Flexum membrorum (ut nempe Hebræum קרב) dubitari possit, an per Ἀγγεῖλα Cubitum intellexerit, an Carpum, Flexuram nempe manus, ubi brachio jungitur.

Quod si itaque Mensura Lotionis hac voce significaretur, & πυγμὴ idem esset, quod קרב, tum significaret, usq; ad carpum.

53. Alii hæc verba referunt ad Formam Lotionis, & exponunt; *Nisi pugno laverint manus.* Intelligunt enim hanc phrasin de summo & accuratissimo Ablutionis studio; uti nempe facere solent ii, qui manum manui affrictant, & pugnum alterius palmae inferunt. Sic D. Beza. Huc referendi sunt illi, qui simpliciter vocem hanc πυγμὴν pro Adverbio sumunt, eiisque significacionem Diligentia & Accurationis adscribunt; ut Interpres Syrus, מְלֵאָת סְדֻלָּה, Curiosità, Accurate, Diligenter, μῆλον πρεσβύτερος, Ἐπιφελῶς: & Vulgatus, Crebro, quod sumpsisse videtur pro Sedulo, Enixè, Iterum atq; iterum, Bis terve.

54. Hæc expositiones priori longè præferendæ; quia respiciunt ad consuetudinem Judæorum usitatam, & ad illorum Traditiones. Ex ritibus quippe Lotionis, a nobis hactenus productis, constat, quantam in hac actione diligentiam, curiositatem, & accurationem requirant Judæi, cum circa materialia, tum circa Formalia Lotionis, ut vix omnia ac singula percenseri queant. Simili ferè locutione scribitur in הַרְבָּס: Et lavabit ante prandium manus suas multis aquis: & affundet aquam tribus vicibus, & lavabit, fricabitq; eas bene bene, ne vel fôrdes, vel aliud quid in manibus remaneat, quod discrimin faciat, &c. Sic mox de Exsiccatione: Et exsiccat etas bene bene. Ita hæc πυγμὴ idem esse potest, quod iste author dicit בְּשִׁבְעָה Bene bene; quod fit diligenti & accurata observatione eorum, quæ Rabbini de his præscripserunt.

55. Illustris Vir Josephus Scaliger, in Elencho Trihæresii cap. 7. significacionem Pugni amplectitur, sed aliter explicat. Existimat ille, πυγμὴν

πλεας non esse, *Pugno in cayum manus alterius immisso defricari*: sed intelligi vult *Elevationem manuum, in pugni figuram compositarum, quā quinque digitorum* *æxæ* seu extremitates inter se conjunguntur à Judæis, *Lotioni manuum* *operatoribus*.

Hæc quoque D. Scaligeri expositio de Elevatione manuum in Lavando, melior est, quam imaginaria illa Lotio cubitalis: quia constat, hujus quoque ritus diligentem rationem haberi à Judæis. Quamvis in hoc errasse videtur Scaliger, quod scripsit; *Cum igitur manus sic configurare fuerint, attolluntur, ita ut aqua, quæ inter lavandum manibus hæserit, una cum sordibus, per exteriores partes manuum ad cubitum usq[ue] defluant, & mox manibus, eodem schemate manente, terram versus pronis demissis, a cubitis in terram decidant.* Ex iis enim, quæ suprà sub §. 35. adducta sunt, videtur, manus constanter usque ad excitationem vel attollendas vel demittendas fuisse.

56. Mihi tamen, sed citra cuiusquam præjudicium, secunda sententia & expositio de Diligenti & accurata, vel etiam Iterata Lotione, videtur magis probabilis & verisimilis. Nam, ut vidimus suprà, Elevatio manuum in Lotione non simpliciter & absolute est necessaria; quia etiam per Demissionem rite possunt lavari manus: non etiam requiritur in omni Lotione: nam in ea quæ fit per *מִלְבָד* Immersionem manuum in aquam, non exigitur. Hic autem respici videtur ad ea, quæ perpetuò sunt ad esum Panis, & ab omnibus observanda, nec ullâ ratione sine piaculo intermitti possunt; Inquit enim Evangelista: *Nam Pharisai, & omnes Judei, nisi πονησθήτωσι laverint manus, non edunt, tenentes Traditionem seniorum.*

57. Saltem hoc liquet, sine ulla ratione, & sine ulla causa, D. Censore, his duabus expositionibus rejectis, Cubitalem lotionem prætulisse in suo Spicilegio.

58. Redeamus nunc ad Propositum, & quod circa Lotionem manuum ante cibum restat, absolvamus. Dictum haec tenus de ejus Causis Efficientibus, Materialibus & Formalibus, Pauca quædam addamus etiam de Fine.

59. FINIS. Quo Fine Sapientes Hebræorum ordinarint, ut Manus quoq[ue] ad Communis panis esum laventur, suprà §. 10. visum, ut videlicet hac ratione se ad hanc sanctimoniam assuefiant, ne forte, si assuescerent illotis manibus Panem edere, idem facile etiam circa rerum Sacrarum esum facerent, quod Lege prohibitum; ii præsertim, quibus res illæ sacræ sunt concessæ, & sic rei fierent pœnarum Divinarum & Humanarum.

60. Deinde etiam propter Externæ Sanctitatis studium: quia existimarent, hac lotione manus sanctificari, ad dona Dei tanto majore cum reverentia excipienda. Inde retulerunt huc ipsorum Homiliastæ illud Levit.

ת. 44. וְהַקְרִידָתָם זֶה תִּמְךָשִׁים Et sanctificabitis vos, & eritis sancti. Prius; Et sanctificabitis vos; dixerunt esse מֵס רָאשָׁנִים Aquas primas, Lotionem ante cibum. Posterius etesse מֵס אַחֲרָנִים Et eritis sancti; esse מֵס Aquas posteriores, Lotionem post cibum.

61. *Tertio, משום נקיות בעלמא Propter munditatem civilem:* quia hoc munditiae studium, civile, honestum, & laudabile est, indeq; apud omnes ferè gentes receptum, &c.

62. DE LOTIONE MANUUM POST CIBUM. Quemadmodum manus lavanda sunt ante cibum: ita & post cibum. De priori dicunt esse מצוה Praeceptum, sed liberum: quia liberum est homini Panem edere, vel non edere: De posteriori dicunt, esse דבוקה Debitum necessarium; idq; propter Sal, & periculum, quod ex certa ejus specie, qui Sodomiticus dicitur, oculis imminet.

63. Hinc scribit Majemonides citato saepius cap. §. 3. *Omnis panis, in quo est Sal, requirit Lotionem manuum in fine prandii: quia fieri potest, ut ei admixtum sit Sal Sodomiticum, aut tale Sal, quod Sodomitici naturam habet, & sic, manibus oculos tangens, cecus redderetur: (quia Sal Sodomiticus caecum reddit). Hac de causa Lavanda sunt manus in fine cuiusvis Cœni, propter Sal.*

Et dicerunt Sapientes; אחר כל אכילה Post omnem cibum comedere Salem, ut monet author libri Levusch Num. 181. §. 1.

64. Porro de differentiis inter Lotionem ante, & post mensam, ista habet idem Majemonides §. 16. In Aquis *primis* elevandæ sursum sunt manus: In Aquis *postremis* demittendæ sunt deorsum, ut omnis efficacia vel qualitas Salis à manibus recedat.

Aquis *primis* lavantur manus tam super vase aliquo, quam super terra: *posterioribus* verò non nisi vase aliquo supposito.

Aqua: *priores* perinde est, sive igni sint calefactæ, sive frigidæ: *posteriores* verò minimè debent esse calidæ;

Intellige ita calidæ, ut manus adurant. Sic enim non auferunt sordes: quia non potest homo ob calorem nimium manus fricare: quod si verò tepidæ fuerint, sunt idoneæ.

65. Fusijs has *Aquas posteriores* describit author libri Levusch Num. 181. inter quæ & hoc, quod huic lotioni nulla addatur. Consecrationis formula.

Dicit etiam; *הַאֲדֹנָא* Hoc tempore non amplius adeò usitatam esse Lotionem à mensa: *מַעֲנֵי שָׂאֵן אֶנוּ וְגַלְעָלָה וְפִרְדָּה בְּלֵבָן מִזְחָמֹת* quia, inquit, non ita solliciti solemus esse de pollutione manuum: & quia non amplius extat Sal ille Sodomiticus excacans. Qui plura volet, consulat dictum Authorem;

Schylchan Aruch, Col-bo, &c.

D I S S E R T A T I O N E S
A L I Q U O T
R. ISAACI A BARBENELIS,
H I S P A N I ,

Ex Hebræa in Latinam Linguam versæ,

a

J O H A N N E B U X T O R F I O ,
Filio.

UNED

 DISSERTATIO PRIMA.

De

 LONGÆVITATE
PRIMORUM PATRUM.

AD GENESEOS CAPUT
Quintum.

QUÆRITUR; *Quæ fuerit ratio Longævitatis Hominum primorum?* Illa enim mirabilis prorsus est, & longè alia, quam his nostris temporibus. Nec possumus dicere, Homines tamen aliam habuisse naturam, quam nos hodiè. Quod si enim ita esset, quiditas hominum illorum specie differret a quidditate horum, quod est falsum.

I. Quidam ex Sapientibus Christianorum existimant, *Annos illorum temporum non fuisse שנים חמשה Annos Solares, sed חמישים שנים Lunares;* Luna autem circulum suum absolvit per 12. signa zodiaci, viginti octo dierum spatio circiter. Et hic ejus cursus quoque vocatur *שנה Annus,* ab *Iterando & Recurrente;* quia *שנה secundo* reddit ad locum e quo exire incepit.

Verum hæc sententia manifestè falsa est. Primo enim si res ita haberet, sequeretur, omnes annos, in his Geneseos capitibus, eosdem esse, & eodem modo explicandos; Hoc posito Mahaleel, qui genuit Jaredum anno ætatis sue 62. si Menses lunares intelligantur, non plures, quam quinque annos Solares perfectos habuisset, cum illum gigneret: Sic Chanoch, cum genuit Methusalem anno 65. annorum solarium fuisset quinque cum dimidio: Schelach, qui trigesimo anno dicitur genuisse filium, non habuisset nisi duos annos Solares & dimidium, cum generaret liberos. Et sic de cæteris. Hæc verò sunt impossibilia, ut homines in hujusmodi infantia & pueritia, bimuli sc. & quinquennæ, instar Ovium generent

Ggg

liberos, ante florentem & vegetam ætatem. Nec seio, hæcne Brevitas, an Longævitatis in Scriptura commemorata, magis sit impossibilis! Deinde, Vita hominum sic nimis decurtatur & diminuitur; veluti Abraham vixit 175. annos. Si fuerint anni Lunares, vixit duntaxat octodecim annos Solares. Atqui dicitur de eo; *Et exspiravit, & collectus fuit ad Patres suos senectus & dierum satur.* Moses vixisse dicitur 120. annos. An credibile est, illum habuisse tantum Decem annos solares! Tertio, si ita esset, longior esset hodiernæ die vita hominum, quam fuit olim. Hodie enim vita est 70. annorum, & quandoque octoaginta. Hæc sententia itaque falsa est, imperita, & ignorantia veritatis. Lex enim *Annos* vocat *Annos solares veros*; Lunæ vero decursus & tempora, vocat *Menses*, non *Annos*; *Et fuit post tres menses &c.* Item; *Mensæ hic erit vobis principium mensum, & similia.*

II. Moses Majemonides in libro More par. 2. cap. 47. scribit; *Longævitatem hanc non fuisse, nisi quorundam singularium commemoratorum in Lege; reliquos illorum seculorum, annos attigisse non plures, quam hodiè communiter adhuc fieri solet. Longævitatem eam obtigisse illis singularibus, partim propter regimen & diætam accuratorem, partim Miraculose:*

R. Moses Nachmanides autem scribit, hæc nullius esse momenti: Cur enim illis miraculum factum esset, qui neque Prophetæ, neque Justi, neque Boni erant, ut continua aliquot sæculis miraculum ipsis feret? Et quomodo ordinata diæta & viætus ratio tantopere prolongare potuisset vitam quibusdam, præ reliquis illorum sæculorum hominibus? Fieri quippe potuit ut alii æquè ordinatè viverent, & dies sic prolongarentur: Quomodo item illa ars prolongandi vitam, per ordinatam vivendi rationem, non innotuerit vel uni ex filiis Noachi post diluvium? Tum enim subinde seculo uno post alterum dies ipsorum diminuebantur.

III. Hinc ejus sententia fuit; *cum Adamus primus fuerit opus manuum Dei Benedicti, in summa perfectione constructum illum fuisse, robore corporis, animi, & statuarum. Et quamvis mors ei pene loco denuntiata fuerit, tamen natura suâ potuisse longo tempore vivere: Cum vero diluvium venisset super terram, maledictum fuisse ipsis aërem, & dies illorum paulatim decrevisse: Usq[ue] ad diluvium enim Longævitatem illam durasse, & ex illis fuisse qui etiam diutius quam Adamus ipse, vixerint: Schemum, qui natus fuit ante diluvium, sexcentos annos vixisse, ed quod & robur, in quo natus fuit, ipsis profuerit, nocuerit autem aëri qui maledictus fuit: filios vero ejus, qui nati fuerunt post diluvium, brevioris aëvi fuisse, & ad quadragestimum duntaxat annum vitam produxisse. Et hoc usq[ue] ad secundum divisionis linguarum & gentium: Cum dein mutatione aëris ultimus ipsis dominata fuisse per hanc divisionem, magis etiam diminutos fuisse dies ipsorum: Tempore Abrahami, Isaci, & Jacobi communiter 70. aut 80. fuisse annorum,*

iii Moses scriptit in Oratione sua. Fastos autem ex illis, (qui a timor Domini auget dies) diutius vixisse: Pharao enim miratus fuit senectutem Jacobi, & ipse Patrum suorum senectutem majorem prædicavit, quando dixit; Non attigerunt dies mei, dies annorum Patrum meorum. Hæc est ipsius sententia.

Quia verò éam mensurā, quā quis metitur aliis, ipsi quoque remetiuntur; ideo, sicut Nachmunides studuit refutare sententiā Majemonidis: sic Rabbenu Nissim; qui fuit ex discipulis discipulorum ejus, accinxit se ad ipsius Sententiam refellendam, dicens; Diluvium non fuisse accidens naturale, sed habuisse rationem Pœnæ: Cùm ergo homines sustinuissent pœnam suam, & Deus reduxisset ventum super terram ad exsiccandam eam, debuisse Mundum redire ad naturam suam priorem; eo quod omnia facta fuerint secundum justitiam & judicium, non per Accidens: Quod si aliquid ex his attribuendum sit Naturæ, potius evenire debuisse contrarium: Nam post vehementem Pluviam purificari & serenum fieri magis aërem: Et post corruptionem insignem aëris, fieri aërem magis purum & salubre, prout, experientiâ teste, fieri soleat post Pestem, idque ex causis naturalibus. *Hactenus ille.*

IV. *Mibi verò sententia Majemonidis, ex ejus mente accepta, videtur recta, solida, & sana.* Dubia quæ R. Nissim contra eam movet, nullius sunt momenti: Dico etiam, *sententiam Nachmanidis de causa Longevitatis esse bonam, nihilque in omnibus iis, quæ contraria excipit Rabbenu Nissim, esse, quod illam infringat, sicuti videbimus.*

Quod ad Sententiam Majemonidis attinet, statuit ille, *In Longevitate primorum hominum concurrere duas causas, Unam Naturalem, alteram Miraculosam.*

Naturalis, fuit Regimen ipsorum bonum in cibo & potu, juxta sufficienciam, sine superfluitate. Eo enim tempore non comedebant Carnem, neque bibebant Vinum (omnia quippe hæc incepérunt demùm tempore Noachi): sed pro Cibo contenti erant Oleribus & Herbis, Aquâ pro potu. Constat autem ex Medicina, quod quò magis simplicia sunt alimenta, eo magis prolongent dies; quò verò magis sunt composita, eo magis sint noxia. His accedebat Veneris quoque usus moderationis, quæ revera valde decurrat dies hominis. Illi autem huic non erant addicti ultra modum. Non enim gignebant liberos, nisi centum annorum, aut plurium, vel circiter. Propter hanc subtilem & exquisitam vivendi rationem apterant ad prolongandos dies vitæ suæ. Hanc quippe didicerunt ab Adamo Patre suo, qui 130. annis se ab uxore sua continuit, panem delicatum non comedit, neque carnem, vinum etiam non ingressum est in os ejus. Vulgus verò hominum juxta exquisitum hoc regimen non vivebat.

Quemadmodum enim sapientia (quae viviscat possessores suos) inferiores erant: sic non poterant sufferre regimen illud, sed addicti erant luxuriae, & ducebant uxores pro sua libidine, ac proinde coacti fuerunt hujus rei causâ abundatiore & cibo & potu uti, ad restituendum id, quod suâ luxuriâ & libidine deperdebant. Mala enim illa diæta & vivendi ratio, quæ tûm orta fuit inter homines, consumebat humidum radicale, & abbreviabat vitam, ut eam non eò usque producerent, quod singulares illi. Nunquid enim vides, etiamnùm hodiè reperi quodam, qui student diætæ accuratae, panem cum sale comedentes, & aquam ad mensuram bibentes, neque ad mulierem accedentes; idque vel cultus Dei causâ, vel ad prolongandos dies suos, & evitandos morbos: Major verò pars hominum non sequuntur hanc accuratam vivendi rationem, sed ad saturitatem comedunt cùm esuriunt, voluptatibus suis indulgent, & satisfaciunt. Ethoc est illud regimen, cuius meminit Majemonides, & causa prima longævitatis, Naturalis.

Secunda causa, cuius mentionem facit, est Miraculosa: seu quod per Miraculum id factum fuerit. Hic verò non ea est ejus mens, quod hoc miraculum factum sit ad illos homines singulares digniores reddendos, à morte eos cripiendo, atq; in vita conservando: sed quod Deus Opt. Max. voluerit miraculose dies ipsorum prolongare bono speciei humanae totius; idq; duplcam ob finem 1. ad multiplicanda individualia speciei, ut illis tantò citius mundus habitabilis redderetur, & terra repleretur: (non enim frustrà, sed ad inhabitandum, creavit eam). Haec revera genuina est causa, desumpta ex Natura primæ Creationis, & admirandæ ejus rationis: 2. ad perficiendam speciem humanam in scientiis, artibus & disciplinis, quæ revera sunt Perfectio hominis & finis ejus. Hanc verò perfectionem adipisci non potuit, nisi per experimenta. Quod si ætas illorum hominum fuisset eadem quæ hodiè est nostra, morte absumpti fuissent, antequam naturam entium intellexissent, quorum principia desumuntur ex sensu, & nonnisi longo tempore acquiruntur, sicuti constat ex proprietatibus & naturis rerum naturalium, & in primis Astronomiæ. Ideò providè hic Deus prospexit speciei humanæ, cùm homines illos singulares tam longâ ætate miraculosè donavit, ut illi per suam experientiam pervenirent, & posteros quoque adducerent, ad perfectionem sapientiae, neque dispositio illa, quam existere fecit Deus in creatione hominis, esset otiosa. Posteaquam verò perfectionem assequutæ essent scientiæ per indagationem & experientiam primorum illorum, decurtati fuerunt dies, quia posteri in sapientia sua innitebantur iis, quæ priores assequiti erant. Hinc invenimus in libris Astronomicis, multa ejus scientiæ attribui

tribui Experienciarum Priorum, uti scripsit R. Levi ben Gerson. In hanc sententiam invenimus in Bereschith rabba scriptum, ad illud; Et viderunt filii Dei; Quare vocantur Filii Dei? R. Chanina filius R. Simeon ben Lakisch dixit; Quia produxerunt dies sine dolore & sine castigationibus. R. Hunia nomine R. Jose dixit; Ut operam darent Revolutionibus, Supputationibus, & Noxiluniis. Quibus verbis innuunt, Filios Dei fuisse singulares illos, quos Scriptura enumerat, & nominibus suis recenset, & ita appellari, quod productione existentiae suæ, & longævitatis ratione, similes fuerint Filiis Dei; quod item Deus ipsos ad hanc longævitatem admirandam pervenire fecerit, ut ope-ram darent cognoscendis Motibus Syderum, eò quod constet, majorem ejus partem defumi ex sensu, neque fieri possit, ut illa apprehendantur so-lidè, nisi ab eo, qui ad longam ætatem dies vitæ suæ producit. Ut proinde Miraculum hoc contigerit non propter illos Singulares, sed propter Spe-ciem humanam totam.

Et sic ostensum est, rationem Majemonidis in hac causa esse bonam & sufficientem.

Sed & illa Causa, quam dedit Nachmanides, vera est & justa, si ei addamus adhuc quadam convenientiam & bona; videlicet; Cum Adamus Primus fuerit opus manuum Dei, nullum est dubium, quin factus sit æquabilitate tem-peramenti, firmitate compositionis, & cohærentiâ membrorum, & boni-tate constructionis illorum, modo perfectissimo, quem natura admittit, ita ut hujus rei causâ, observato regimine debito & præscripto, potuerit conservari & præservari à morte. Et licet morte mulctatus sit, quando peccavit, ut factus sit Filius mortis; remansit tamen in natura ejus, ut potuerit vivere longo tempore, tûm ratione firmitatis corporis sui, tûm ra-tione perfectionis strueturæ ejus, tûm propter alimenta convenientia, quæ nulla alia fuerunt, nisi è terra germinantia, & potus aquarum simplicissi-marum; tûm quia ipse atque filii ejus non addicti fuerunt libidini, neque vel unus illorum uxorem cognovit, nisi sexagesimo, vel septuagesimo an-no, & ulterius. Cum vero homo cepisset multiplicari, & omnis caro cor-rupisset viam suam, multa in ipsis concurrerunt, tum à profusa libidine, tûm ab intemperantia in cibo & potu, quæ ex illa sequitur, tûm à mala diæta, & inordinitiore vitæ regimine: Accedente Diluvio, humidior factus est aer, & terra quoque, ultra quam par est, unde etiam cibi majorem hu-miditatem acceperunt: homines præterea tûm inceperunt comedere car-nem, & bibere vinum, ut bibendo ineibriarentur, & essent ac si non essent; ac propterea etiam dies ipsorum sensim defecerunt; quia ex humiditate corporum & alimentorum aucta fuit putredo, & abbreviata est vita, ma-

Iumq; hoc de seculo ad seculum vires sumpfit: Pater enim cum malo temperamento genuit Filium: Filius ille, præter defectum, quem hæreditate accepit à Patre & matre sua, porrò addebat defectionem regimine suo malo particulari; unde sine dubio debilius & deterius temperamentum natus est, quam Pater.

Ex quibus vides, *Tres concurrere causas brevioris vita*, juxta hanc sententiam; *Prima est, Elongatio ipsorum à scaturagine prima*: quia enim Adamus primus perfectus fuit in creatione, roboris & virtutis magnæ, pro gratiæ portione à Creatore accepta, inde etiam filii ejus, & secula illi propiora, perfectiora erant: cùm verò multiplicarentur generationes, tūm, prout elongati fuerunt ab illa prima scaturagine, eò longius etiam absuerunt à vita longitudine: *Secunda est ab Aquis diluvii*, quod licet per modum pœnæ venisset, juxta Rabbenu Nissim, & posteaquam deflit, par fuisset, ut aer iterum purus esset; non tamen poterit negare, quin simul maledicta fuerit terra, & multum de sua virtute pristina perdiderit; hincque consequutum sit, ut cibi & germinantia e terrâ, non remanserint in virtute sua prima: Neque hiculla fuit perversio judicij (h. e. quicquam iniqui): sufficiebat enim Noacho, ut liberaretur è diluvio. Fortassis ita voluit Deus abbreviare dies hominum, & terminum vitæ ponere homini, dicendo; *Huc usq; peryenes, & non ulterius*, sicut postea explicabo. Sic ergo etiam ex natura terre post diluvium, brevior est vita. *Tertia causa est Intemperantior usus ciborum & alimentorum*, qui tum inter homines ortus est: nam, præter minorem virtutem Terræ crescentium post diluvium, & quod non ita salutare, ut antea, nutrimentum præberent, elus quoque Carnis abbreviavit dies eorum, sanguisque abundantior generabatur, & potus vini defluxiones atq; morbos multos produxit. Hinc dicit Salomon; *Nefis cum potatoribus vini, neq; cum voratoriis carnis*, Prov. 23. 20. Ad hæc quoque accessit nimia *Hominum libido*, quâ siebat, ut homo, antequam vigesimum annum attingeret, filios & filias gigneret. Sine dubio autem hæc abbreviat vitam hominis, consumit humores, & extinguit Calorem naturalē. Sic legimus Davidem, cùm nonnisi septuaginta annorum esset, opus habuisse, ut vestibus tegeretur, neq; eum amplius calorem habuisse: quod sanè non fuit ex Senectute; quot enim reperiuntur seniores illo, qui vegeti sunt adhuc, robusti, & liberos gignunt? sed calor ejus naturalis extinctus, & refrigeratus fuit, quia in juventute secessabatur mulieres, atque inde contigit, ut in ea frigiditatis extremitate fuerit. Sic Salomon filius ejus, qui Parente hac in parte imitatus fuit, imò eum superavit, breviorem assequutus est ætatem, ut moreretur anno ætatis 52. Qui enim malā uitetur diætā, is corruptit suum tempera-

temperamentum; & filius ex illo malo temperamento natus, fit corruptus, eaque corruptio augetur, si nativis vitiis ipsum plura superaddat. Hujus rei causâ Vita hominum decrevit subinde in illis generationibus, usque dum natura in certo vitæ termino substitisset, sicut dicitur; *Omnes dies nostri declinaverunt propter iram tuam: consumpsimus annos nostros tanquam sermonem: Dies annorum nostrorum sunt 70. anni &c.* Ps. 90. 9. De sculis enim primis, quibus vita hominum paulatim decrevit, dicitur; *Quia omnes dies nostri declinaverunt propter iram tuam, consumpsimus annos nostros tanquam sermonem: De natura jam in certo termino constituto dicit; Dies annorum nostrorum sunt 70. anni &c.*

Ex his omnibus patet, verba istorum duorum Rabbinorum, Nachmanidis & Majemonidis, simul esse bona, observatis iis, quæ ego illis ad ultiorem expositionem addidi.



DISSERTATIO SECUNDA.

De

STATU ET JURE REGIO:

Ex Commentariis

ISAACI A BARBENELIS;

Ad DEUTERON. CAP. XVII. V. 14. 15. 16.

17. 18. 19. 20.

&

*E SAMUELIS VIII. V. I. & seqq.**THESSIS I.*

DEUTERON. CAP. XVII. à v. 14. ad finem, loquitur Scriptura de Tertio & supremo Regiminis humani gradu, qui est STATUS REGIUS.

Existimant multi, illud præceptum hic de novo planè esse traditum, neque antea ejus mentionem factam esse. Ego verò alibi dixi, Regem esse speciem Judicium, illorumque Summum. Unde & Rex comprehen-

prehenditur, quando dicitur, *שׁד האלֹהִים בַּיּוֹא דָבָר שְׁנֵי הַמִּנְגָּדֶל* Ad Deos, (h.e. ad Judices) *וְנִזְכֵּר כָּause aмborum illorum*, Exod. 22, 8. Item, *אֱלֹהִים לֹא תִּקְלִל* Diis (Judicibus) non maledicet; Ibid. §. 27. quod Rabbini nostri explicarunt de Herode Rege, in principio Bava basra. Constitutio Regis quoque designata fuit quando dicitur; *כִּי־זֶה עַל כָּסֶת מִלְחָמָה לְיַיִן בְּעַמְלָךְ מִזְרָחָדוֹ* Cum erit manus super thronum Jah, bellum Jehova cum Amalek, à generatione in generationem, Exod. 17, 16. Ad quæ verba sic scripsit R. Moses ben Nachman: *sensus est: quod, quando futurus est Rex in Israele, sedens super throno Jah seu Domini, (sicut scriptum est; Seditque Salomon super solio Jehovah Rex pro Davide patre suo, 1. Chronic. 26, 23.) pugnaturus sit contra Amalekitas; Quod intelligitur de Saule: & sic deinceps de generatione in generationem futurum; hoc est, omnes in posterum Reges in Israele debere pugnare contra Amalekitas.* Et sic juxta sensum literalem exponi convenienter potest. Sed & per Medrasch ita explicatur in Gemara, quando ajunt; *Quod dicitur; Quum manus super thronum Jah, bellum Jehovah cum Amalek; id accipendum de prima constitutione Regis.* Nam Solium, vel Thronus Jah, nihil est aliud quam Rex, sicut dicitur; Et sedit Salomon super solio Jehovah in Regem; uti hæc legere est in Tractatu Sanhedrin, in capite נזול fol. 20, 2. Et hæc est expositio recta hujus loci. Haec tenus Nachmanides. Ex quibus patet, verba; *Quum manus super thronum Jah; tam secundum sensum literalem, quam secundum allegoricum, loqui de Constitutione Regis.* Quia verò præceptum hoc illic obscurius & brevius est propositum, idcirco necessarium judicavit Moses, hic illud clarius & fusius exponere.

Et quia magnas apud nostros Doctores, tam veteres quam recentiores, vidi contentiones de Sensu Præcepti hujus; *An videlicet Petitio Regis fuerit Præceptum Legis Affirmativum?* h.e. Præcepto Divino Israelitis injuncta? (si enim hoc fuit, qua de causa Samuel Propheta ira exarsit contra Israëlitas, cum petuerint Regem? quomodo item hoc in oculis quoque Domini malum fuit?) idè paulò latius hic de ista Quæstione agere mihi proposui. Quamvis autem jam fusè eadem de re scripsérím in Commentario in Samuelem; præsens tamen textus flagitat, ut hic quoque de ea agatur.

Dico ergo, de hac re inveniri apud nostros Sapientes, & Bibliorum Expositores, *Quatuor Sententias.*

Prima sententia est Sapientum nostrorum in libro Siphre, ubi ajunt; Non petierunt Israëlitæ Regem, nisi ut doceret eos Cultum Idololatricum, sicut dicitur; Eterimus nos quoque sicut omnes aliae gentes: Item; Juxta omnia opera quæ fecerunt à die quæ eduxi eos ex Ægypto, usque ad diem hanc, dereliquerunt me, & servierunt diis alienis &c. 1. Sam. 8, 8.

Hæc

Hæc verò sententia mihi valdè videtur absurdæ. Si enim ita fuisset, Deus neque implevisset petitionem ipsorum, neque facultatem hanc illis concessisset, neque dixisset; *Hoc ipso tempore cras mittam ad te virum de terra Benjamin, quem unges in ducem super populum meum Israelem, & salvum faciet populum meum de manu Philisteorum; respexi enim populum meum, quia venit clamor ejus ad me &c.* 1. Sam. 9. 16. His quippe verbis docet, Constitutionem ejus fuisse necessariam, & utilem ad salutem populi. Præterea, quando Deus dixit; *Nunc ergo audi vocem eorum: veruntamen, quando contestando contestatus fueris contra eos, & indicaris eis יְהוָה טַפְשָׁת Jus Regis, qui regnaturus est super eos;* cur nullam mentionem facit Idololatriæ, cui se addicti erant? Hoc sanè docet, illorum intentionem non fuisse Idololatriam. Quòd dixerunt; *Et erimus nos quoq; ut ceteræ gentes,* non intellexerunt de Idololatria, sed de Judicio, & Bellis, unde continuò ajunt; *Et judicabit nos Rex noster, pugnabitq; bella nostra,* 1. Sam. 8. 20. 21. Quod porrò dicitur; *Juxta omnia opera qua fecerunt;* non hoc vult; quasi respexissent ad Idololatriam; sed ad indicandum, quòd aversati fuerint Gubernationem Samuelis, & quòd hoc non mirandum sit; cùm etiam rejecerint patres ipsorum Gubernationem Divinam, & servierint Diis aliis, quòd longè fuit gravius.

Secunda sententia est quoque Sapientum nostrorum in Toscapha, seu Ad-ditionibus Tractatus Sanhedrin, ubi ajunt; *Seniores illius seculi Regem rite pe-tierunt, sicut dicitur;* Constitue nobis Regem, ad judicandum nos sicut omnes gentes; *sed Plebs & Vulgus eorum male petierunt;* sicut dicitur; *Et erimus nos quoque ut universæ gentes.* *Hoc enim docet, illos non peccasse in ipsa petitione, sed in modo rerum, quas petierunt.* Et ad hoc videtur respexisse Rambam in *הַנּוֹתָר מִלְכָוָת* cap. 1. ubi scribit, *Ipsorum peccatum fuisse, quod petierint cum murmuratio-ne & Indignatione; non ratione precepti, sed propterea quod fastidierint regimen Sa-muelis &c.*

Sed neq; hoc mihi rectum videtur. Lex enim ipsa, præcipiens de petitio-ne Regis, dicit; *Si dixeris, Constituam super me Regem, ut omnes gentes, quæ sunt in cir-cuitibus meis.* Quod si enim Israëlite loquuti sunt secundum verba Legis, que fuit ipsorum prævaricatio, quod peccatum? Imò ambo illi versus quos allegant, eundem sensum habent; *primus est ille, quem adscribunt Senioribus;* *Constitue super nos Regem ad judicandum nos,* sicut ceteræ gentes; *secundus, quem at-tribuunt Vulgo & Plebi;* Et erimus etiam nos ut ceteræ gentes. Quid namq; per-versi quæso inveniunt in versu secundo, quod non sit in primo, de quo di-cunt, quòd in eo rite & rectè petierint? Præterea in Samuele dicitur; *Di-splicuit autem sermo iste in oculis Samuelis, quod dixissent, Da nobis Regem &c.* Et ipse Samuel, cùm eos redargueret, dicit; *Et scitote & videte, quod malum vestrum*

Hhh

magnum est, quod fecisti in oculis Jehovae, petendo vobis Regem, 1. Sam. 12. 17. Non dicit hic, Ut reliqua gentes, neque quod petierint eum cum murmuratione, sed loquitur de Petitione Regis absolute. Quod sanè docet, in ipsa petitione fuisse peccatum.

Tertia sententia est Rabbi Mosis Nachmanidis, ad; Non recederet sceptrum de Jebudah, Genes. 49. Dicit ibi, peccatum in hoc fuisse, quod petierint enim in diebus Samuelis; Samueli enim probosum & ignominiosum valde fuisse, ceu Judici, & Prophetæ Dei, quod regimen ejus spernerent, & regimen aliud, ipso vivente, quererent.

Quarta sententia, est Rabbenu Nissim; scribit ille; de Jure, perpetuo Judicis pertinuisse ad Judices, Bella vero Regibus commissa fuisse. In hoc igitur peccasse Israelitas, quod Regem petiissent, qui eos judicaret, seu, Jus eis administraret. Nam si petiissent absolute, aut ad gerenda bella, id non malum futurum fuisse in oculis Domini, vel Samuelis. Hoc ex verbis R. Levi ben Gerson desumptum.

Verum sententiae istæ, R. Mosis Nachmanidis, R. Levi ben Gerson, & Rabbi Nissim, mihi planè non videntur rectæ. Nam licet Israelitæ, Regem petentes, mentionem fecerint Judicij; non tamen fuit intentio eorum, ut Rex haberet illud Judicium, quod erat Judicum. Nam fieri non poterat, ut Rex ordinariè federet ad judicandum inter sanguinem & sanguinem, aut inter lites singulas totius Israëlis; sed Judicium Regis erat (ut per Cabalam acceptam traditur in Capite Talmudico נז נז) Judicium extraordinarium, quod, prout tempus exigebat, administrare poterat, ad Salutem Reipublicæ conservandam, & ad frangenda brachia impiorum, prout id etiam Majemonides adduxit in capite tertio de Regibus; Non, quod istud Judicium esset proprium & peculiare Regis, & non etiam Domus judicij magni; sed quod hoc esset & penes Domum judicij magni, & penes Regem: Præterea vero ad officium Regis pertinebant etiam Bella cum inimicis, tam necessaria, quam libera & arbitria. Quod si ergo hæc omnia erant officii Regii, quodnam fuit peccatum ipsorum, dicentium; *Et iudicabit nos Rex noster, & pugnabit bella nostra?* Non enim recesserunt ideo à fiducia in Deum collocanda in bellis, quamvis peterent Regem, qui eos duceret; sicut in Judicio non ademptum voluerunt jus suum Judicibus. Et si mens ipsorum fuisset recedere à viis Legis, per Regimen Regis, non petiissent illum à Samuele, sed constituisserent eum pro suo Iubitu & arbitratu. Hæc omnia docent, illos non petiisse Regem, nisi juxta præscriptum Legis. Quia vero Samuel consenserat, & sic caruerant Judicio tradito Domui judicij & Sacerdoti magno, qui tum Regis vices agebat; ideo petitio ipsorum fuit de Rege, qui judicaret illos judicio extraordinario, & Regi peculiari, non Judicio ordinario, tradito judicibus civitatum. Ad hæc, in Redargu-

Redargutione Samuelis, semper attribuitur peccatum petitioni Regis absolute; non quod petiissent ipsum eo vivente, nec quod ipsum petiissent ad judicandum, ut Rabbini isti volunt. Dicit; *Et sciatote, & videte, quod magnum vestrum est, quod fecistis in oculis Domini, petendo vobis Regem:* Item; *Vos autem hodie abjecistis Deum vestrum, qui servat vos &c.* *Dixisse;*; Non, sed Regem pones super nos, 1. Sam. 10. 19. Vides, illum attribuere peccatum ipsi petitio- ni, & nulli alii rei. Insuper, praeter jam adducta omnia, de singulis his sententiis, hanc adhuc addam contra ipsos Objectionem gravissimam, & Dubium fortissimum; Si petitio Regis absolute, fuit legitima, & præceptum Legis, & non peccatum fuit, nisi in modo petendi, vel in fine, tem- pore, aut intentione ejus; quare Josua, & cæteri Judices Israëlis, ipsum sequuti, nunquam cogitarunt de Rege in Israële constituendo, cum hoc ipsius præceptum esset, quum ingredierentur terram? quomodo omnes transgressi sunt hoc præceptum, cum essent in terra, post ejus occupatio- nem, & divisionem? Nullum hactenus Interpretum vidi, qui de hoc ege- rit, & ad hoc aliquid responderit.

His quatuor sententiis addo *Quintam*, quæ est Pauli Burgenis Episcopi, & hic redit; Constitutionem Regum posse duobus modis fieri; *Vel*, ut Rex sit subjectus Judiciis Legis, & præceptorum; *Vel* ut Rex absolutam habeat potestatem ad facienda judicia & Leges pro libertu suo, sicut fuerunt Reges Gentium à temporibus antiquis, qui faciebant statuta, & observabant ea pro suo arbitrio: *Primum genus esse legitimum*, & de eo præcipere Legem, quando dicit; *Et dices, constituam super me Regem: Ponendo pones super te Regem:* huic etiam præceptum esse observationem Legis & præceptorum, sicut dicitur; *Et scribet sibi exemplar Legis hujus &c.* & leget in eo &c. ne elevetur cor ejus super frætres ipsius, neg, declinet a precepto ad dextram, aut ad sinistram: *Se- cundum verò genus esse perniciosum valde:* Rex enim, cui tradita est potes- tas absoluta, non observat iustitiam & judicium verum in omnibus re- bus, facit quocunque lubuerit, nec est qui dicere possit ei, *Quid facis?*

Jam verò Israëlitas, petentes Regem, non petiisse eum de Primo genere legitimo, sed de Secundo perniciose: hoc eos sibi velle, dum dicunt; *Et eri- mus nos quoq; sicut ceteræ gentes, & judicabit nos Rex noster,* h. e. *Rex noster potestatem habebit absolutam, & faciet judicium, prout ipsi videbitur*, sicut Reges gentium, qui con- dunt Leges, jura, & statuta: Et quia hoc modo peculiari petierunt Regem, ideo exarsisse Samuelem ira contra eos; & hoc sensu Deum dixisse; *Non te speraverunt, sed me speraverunt, ne regnem super eos;* quia sc. excutiebant à cervi- cibus suis jugum legis & præceptorum, regemque eligebant, qui jus dice- ket prout ipsi in mentem venerit; ideo etiam præcepisse Deum Samueli, ut

indicaret populo Jus Regis absoluti, quidnam possit facere Rex, qui nulli Legi est subjectus, quem Aristoteles in libro tertio Politices, vocat *Regem Impium, & Tyrannum, h. e. Oppressorem, Accipientem, & ad se trahentem omnia*: Jus verò hoc non competere in Regem Dei timentem: Et quia Israëlitæ perstiterint in via sua mala, idè illos suam petitionem denuò repetiisse & declarasse, etiam posteaquam indicatum ipsis esset Jus Regis; dicendo; *Et erimus etiam nos sicut ceteræ gentes, & judicabit nos Rex noster;* innuentes, se omnibus modis velle Regem nulli Legi subjectum: Samuelem autem, cùm eos postea redargueret, dixisse; *Nunc igitur, ecce Rex quem elegistis &c. Si timueritis Jehovah, & servieritis ei &c. eritis tum vos, tum Rex qui regnat super vos, post Jehovah Deum vestrum &c.* 1. Sam. 12. 13. 14. ad indicandum, bonum esse, ut tum ipsi, tum Rex ipsorum, se subjiciant Legi Mosis, & custodiant judicia, statuta, & Leges, ita ut Rex sit de primo ordine utili, non verò de secundo: & si sic facturi sint, Deum fore cum eis; sin minus, manum Domini fore in eos, sicut fuit in patres ipsorum, qui dereliquerunt Deum, & abierunt ac servierunt diis aliis, unde, propter peccata sua eos invenerint afflictiones multæ & graves.

Quod si quis querat; *Si in petitione sua peccaverunt, quare, cùm egissent pœnitentiam, totusq; populus dixisset ad Samuelem;* Ora pro servis tuis ad Jehovah Deum tuum, ut non moriamur: addidimus enim omnibus peccatis nostris peccatum hoc, ut peteremus nobis Regem; quare, inquam, non exposuerunt peccatum suum, quod fuit, *Petitio Regis ad judicandum pro voluntate sua?* & cur non dereliquerunt peccatum, Regem, inquam, quem petierunt? Sic egerunt pœnitentiam, sine derectione peccati, quod perinde est, ac si quis ob immunditiam ablutus, reptile retineret in manu sua.

Ad hoc responderet commemoratus Burgensis; Illos non dereliquisse Regem, èo quod jam unctus esset juxta verbum Domini, ac propterea non amplius tolli, vel retractari potuerit ejus Unctio & electio: quia item res hæc jam nota & divulgata fuerit in toto Israele, unde id in perpetuam & continuam ignominiam Sauli cessurum fuisset: quia etiam jam gesserat bellum in Jabelsch Gilead, atque ita non par fuerit, ut ei malum retribueretur pro bono: quia denique jam innovatum fuit regnum ejus in Gilgal, ibique sacrificarunt; itaque hæc omnia retractari non potuisse. Proinde cum dicit Samuel, *Et scitote & videte, quod malitia restra magna sit in oculis Domini, petendo vobis Regem:* quod item illi dixerunt; *Addidimus omnibus peccatis nostris malum hoc, ut peteremus nobis Regem;* hæc, inquam, dicta esse de Rege Secundi ordinis, & hæc tacite atque implicitè innuit; quod id, quod jam dixerunt, & à petitione non distiterunt, in hoc fundarint, quod res jam esset publi-

publicata de Saule Rege constituto; non verò quòd Rex per se malum es-
set, si fuerit ex primo genere. Utile enim & necessarium esse ejus Regimen
secundum Legem naturalem, sicut Philosophus suprà nominatus docet
in loco citato: non enim posse esse hominum congregationem sine Rectore
aliquo, ad quem omnia deferantur; Quod Cor est in Animantibus, &
Deus in hoc Universo, id esse Regem in Republica: hoc etiam esse Præce-
ptum Legis, sicut dicitur; *Constituenda constitutes super te Regem*: sed peccatum
fuisse in modo Constitutionis Regis, quòd eum petierint ex genere secun-
do exitioso, non verò ex primo. Addit dictus Episcopus Burgenſis, huc
respxisse Prophetam Hoseam, quando dixit; *Dabo tibi Regem in ira mea*,
cap. 13. v. 11. h. e. ex secundo ordine pernicioſo. *Hæc est sententia Burgenſis de*
hac quæſione.

Ego verò ulteriùs hic causam ejus agam, & dico, posse ejus sententiam
adhuc confirmari inde, si dicamus, ideò non perpetuum fuisse regnum
Saulis, quòd fuerit ex secundo ordine Regum; yolo dicere, quòd fecerit
omnia pro suo lubitu, neque se subjecerit Verbis Dei, & quòd ad hoc allu-
serit Samnel, quando dixit ei in Gilgal; *Stulte egisti, quòd non servasti preceptum*
Jehovæ Dei tui, quod præcepit tibi &c. 1. Sam. 13. 13. *Quæſivit sibi Jehovah virum se-*
*cundum cor suum, cui præcepit Jehovah, ut sit dux super populum suum, quia non fer-
rasti quod præcepit Jehovah,* v. 14. Et in negotio Amalek, dicit; *Ut quid non*
paruisti voci Jehovah, sed divertisti ad spolia, &c. 1. Sam. 15. 19. *Eò quòd contempſisti*
verbum Jehovah, abjecit te, nes̄is Rex, &c. v. 23. Et per Pythonissam dixit ei etiam;
Quemadmodum non obedivisti voci Jehovah &c. 1. Sam. 28. 28. Et in Chronicis di-
citur; *Mortuus est itaq. Saul propter prævaricationem suam, quâ prævaricatus fuerat*
contra Jehovah, h. e. contra verbum Jehovah, quod non custodivit &c. 1. Chron. 10. 13.
Quæ omnia videntur docere hanc sententiam. Davidis autem regnum
productum & continuatum fuit, domusque ejus stabilis mansit in sæcu-
lum, quia fuit de primo Regum ordine, Rex subjiciens se Legi Dei & præ-
ceptis ejus, & quia in omnibus & singulis negotiis bellicis, ut & regimine
populi, interrogavit Deum, atque in viis ejus ambulavit, sicut dicitur;
A judiciis tuis non receſti, quia tu docuſisti me, Psal. 119. 102. *Fian mandatorum tuo-*
rum currām &c. v. 32. Ideò cùm præcepit Salomonī filio suo, dixit; *Et cu-*
ſtodi custodiām Jehovah Dei tui, ut ambules in viis ejus, & observes precepta ejus, &c. Ut
confirmet Jehovah verbum suum, 1. Reg. 2. 3. 4. Vult dicere, illum debere sem-
per esse Regem Legi subjectum, ex specie sc. prima laudabili: sic enim sta-
bilitum iri regnum ipsius. Ut alia innumera loca præteream, quæ idem
docent, sicut fusius id ostendam in sectione de Amalekitis, D. V.

Verū & hæc sententia plurima adhuc habet dubia:

Primo enim Scriptura ipsa destruit eam; Dicit quippe Deus; Non te, sed me speraverunt, ne regnem super eos; non adducens particularem aliquam circumstantiam de modo regnandi; sed quod per Regis constitutionem dereliquerint Regimen Dei Benedicti. Et Samuel dicit; Et dixisti, Non: sed Rex regnabit super nos, quum Jehovah Deus noster Rex vester esset; 1. Sam. 12. 12. Item in redargutione sua; Et scitote & videite, quod malum vestrum magnum est, quod fecistis in oculis Jehovah, petendo vobis Regem, 1. Sam. 12. 17. Et ipsi met dicunt; Addidimus omnibus peccatis nostris peccatum hoc, ut peteremus nobis Regem, &c. 19. Ex quibus omnibus liquet, Regem quemcunque, & ex utrovis ordine absolute, esse malum magnum, & iniquitatem insignem.

Secundo; Nullum est dubium, quin petitionem hanc fecerint Seniores Israëlis, & Principes ipsorum: Causa petendi fuit, quod filii Samuelis sectati sint avaritiam, munera acceperint, & jus perverterint: Quod si illi jam hoc fastidierint & molestè tulerint, quomodo possumus cogitare, illos petituros fuisse Regem, qui absolute omnia pro suo libitu faceret, nec judiciis Legis ullo modo subiectus esset? Sic majus malum elegissent, quam quod habebant à filiis Samuelis. Quis quæso sibi singat, Homines electuros Regem, aut Gubernatorem, illiq; dicturos, ut omnia faciat pro arbitratu suo, neque adstrictus sit ad Leges & justa judicia? Philosophus in Politicis scribit, *Rectores esse duplices, vel Pios, vel Impios & tyrannos.* Pius nullus alius est, quam qui regit secundum voluntatem eorum qui reguntur, & secundum jus: *Impius & Tyrannus*, qui regit eos per coactionem, & secundum voluntatem suam. Quis animum inducere possit, homines sapientes & prudentes petituros Regem, Moderatorem, Dominatorem aut Gubernatorem, qui eos male regat, & deflectat ab orbitis justitiae & æquitatis? Et quamvis sæpius accidat, ut Reges prævaricatores reperiuntur, qui *Tyranni* vocantur; tales demùm sunt postquam sunt in possessione Regni sui; non verò è conditione Reges electi sunt, aut regnant. Hæc omnia iterum docent, non attribuendum esse Senioribus Israëlis, quod Regem alium petierint, quam qui eos regeret secundum justitiam & æquitatem, quiq; subiectus esset Legi Dei, in qua sunt statuta & jura justa. Adde, si voluissent Regem, qui non subiectus esset judiciis Legis, constituisserent eum ipsi met, neque venturi fuissent ad Samuelem, & ab ipso flagitaturi, ut ipse adimeret ab humeris eorum jugum Legis & præceptorum: Propheta enim nunquam Regem constituisset aliquem è conditione. Quomodo quæso transgressurus fuisset Legem, & Regem alium constituturus, quam Deus præceperat?

Tertio; Si constitutio Regis ex primo genere est utilis, bona, & præceptum

ceptum Divinum, quare non Regem talem fecit Josua dum viveret, vel, cùm moreretur? Quomodo non cæteri Judices Israëlis in diebus suis? Qui ad hoc non excitati fuerunt? Quinimò ne nunc quidem periuissent eum, nisi duæ causæ concurrissent, & eos permovissent; Senectus sc. Samuelis, & Improbitas filiorum ejus: quod si Præceptum fuisset, etiam his causis non intervenientibus eum petere debuissent. Verùm sine dubio sententia hæc, utut elegans, veritati tamen non est consentanea.

Neque est quod dicamus, Israëlitas peccasse in eo, quòd dixerunt; *Constitue super nos Regem*; pro eo quòd dicere debuissent; *Pete à Domino, ut det nobis Regem*, sicut inveni apud quosdam ex Christianis.

Nam cùm illi eum non constituerint ex semetipſis, sed venerint ad Samuelem Prophetam, & ab eo illum petierint; constat, illos juxta Verbum Dei castrametatos, & juxta os ejus profectos fuisse (*egisse*), neq; alia mente dixisse, *Da nobis Regem*, quām ut id faceret juxta Prophetiæ suæ munus à Domino.

Et sic exposui tibi hactenus Quinq; de hac Questione sententias, quas omnes, foliis leviores caducis, ventus aufert propter varia absurdæ quæ continent, & de quibus te monui.

Restat ergo, ut; *Quenam mea sit de Solutione hujus Dubie questionis sententia?* &, *Quomodo explicanda sit ista pericopa de Rege?* explicem, ubi tamen priùs Duo præmisero.

Primum est hoc; *Utrum Rex sit res necessaria populo, necessitate essentiali; aut an eo carere possit?*

*Philosophi affirman*t, dicentes, Principatum Regium in Politia se habere ad populum, ut Cor ad Corpus animalis vivi, corde prædicti, & ut se habet Causa prima ad Mundum universum.

Quod si Philosophi isti existiment, Regnum tria requirere, 1. *Unitatem, sine communione & societate*, 2. *Perpetuitatem & Immutabilitatem*, 3. *Potestatem absolutam*; sententia ipsorum de Necessitate Regis erit falsa. Primo enim non est impossibile, ut sint in Populo Rectores multi congregati, adunati, & suffragia ferentes in Consilio uno, secundum quorum os Regimen & Jus administretur, respectu conditionis *Prima*. Secundo, quare non esse queant Administrationes illorum, vel annuæ, vel certorum annorum, sicut anni mercenarii? Et, si vices eorum devolvantur ad judices & moderatores alios, qui iis succedant cur non hi inquirere poterunt, an priores illi prævaricati fuerint in fidelitate sua, & pronuntiare, ut is, quem condemnaverint, luat, quicquid male egerit, vel ab officio removeatur? Et hoc opponitur conditioni *Secunda*. Tertio, quare non potest

potest esse potestas ipsorum determinata & limitata juxta Leges & iuræ
 Æquum utique est, ut cum suffragia sunt Plurium, & Unius, sententia
 feratur juxta Plures. Magis enim proclive est, ut error & prævaricatio
 committatur ab uno, vel ob ejus ignorantiam, vel ob iram, & alios affe-
 ctus & passiones ejus, (sicut dicitur; *Ira Regis est nuntius mortis*, Prov. 16. 14.)
 quam ut errent multi simul consultantes. Nam si unus aberrat à via, multi
 eum vel impedient, vel revocabunt. Et si administrationes ipsorum fue-
 rint temporariæ, ipsique rationem cogantur reddere post breve tempus,
 terrebuntur metu hominum.

Quid verò opus est Rationes ex Intellectu depromptas in hanc rem af-
 ferre? Experientia ipsa hic validior est omni Ratione. Aspice & videte
 terras, quæ per Reges reguntur, & videbitis abominationes illarum, quis-
 que quod sibi bonum videtur, facit: *Repleta est terra iniquitate à facie illorum*,
Genes. 6. 13. Quot è contrà hodiè videmus terras, quæ reguntur per Judi-
 ces & Dominatores temporarios, quos eligunt, absque Rege, apud quos
 judicium administratur ordine optimo & convenientissimo? Hi domi-
 nantur populo, & gerunt bella, ut nemo coram ipsis subsistere queat, vel
 illis aut terræ illorum se opponere. An nescis, vel nunquam audivisti, Ur-
 bem illam magnam, quæ olim imperabat toti Orbi, omnes terras subegi-
 se, conculcasse & contrivisse, cum regeretur à Consulibus prudentibus,
 iisque pluribus, & regimine temporario; posteaquam verò Cæsar regimen
 obtinuit, factam fuisse tributariam? Sic hodieque Venetia illa celeberrima,
 populosisima, & urbium princeps: Florentia item florentissima, & regna
 alia magna & parva, nullum habent Regem, sed reguntur per Rectores,
 qui certis annis eliguntur; & tamen sunt Regna selectissima, in quibus
 nihil est distorti & perversi, nec quisquam impunè audet attollere manum
 suam, aut pedem suum, ad ullam rem malam; alias etiam terras occu-
 pant prudentiâ & sapientiâ magnâ. Hæc omnia docent, Non esse necessa-
 rium, ut sit Rex in populo, sed esse perniciosum & pericolosum populo, ut
 sit in manu & potestate Regis, exscindere, occidere, perdere, prout ipsi pla-
 cuerit. Ideò Majemonides in libro More, par. 3. cap. pro exemplis
 maximorum periculorum adducit *Navigationem in mari, & Servitutem Regum*,
 de quibus dicit, quod sibi videantur esse valde affines; Mare, inquam, & Rex, eo
 quod Iræ utriusque nullum sit remedium, & qui inter illa ambulat, parum
 intersit inter ipsum, & inter mortem. Etenim **¶¶¶¶** Ventus & Spiritus
 utriusque est periculosus, & exitiosus. Unde quemadmodum navigan-
 tes in mari perpetuò respiciunt ad Nubes & Ventos: sic Ministri Regum
 respiciunt eorum Faciem: *Nam in luce (favore) faciei Regis est vita: & benevo-*
lentia

lentia ejus est reluti Nubes, effundens pluviam serotinam, Prov. 16. 15. Et, Ira Regis est nuntius mortis, v. 14.

Et mirandum est, authores sententiæ hujus comparare Unitatem Regis, cuius electio est in potestate & voluntate hominum, cum Unitate & Æternitate causæ primæ, Dei sc. Benedicti, quæ existentiam habent necessariam, ut Theologi docent. Quantum attinet ad Corpus animalium, Medicorum filii tradunt, in eo esse Tria membra principalia ad gubernationem ejus. Et licet, ex sententia principis Philosophorum, *Cor* solum sit principale; id tamen tantum fit respectu generationis Spirituum. Interim non negant, corpus regi quoque per facultates Animales, quæ sunt à *Cerebro*, & Naturales, quæ sunt à *Fecore* (vel, *Hepate*). Summa: Res naturales non possunt aliter esse: quæ verò sunt voluntariæ, sunt ex materia possibili. Quid igitur paleæ cum frumento?

Neque est quod h̄c objiciatur id quod dicit Salomon; *Propter prævaricationem Regionis, multi sunt Principes ejus*, Proverb. 28. 2. Ibi enim de Principibus est sermo, non de Rectoribus & Judicibus. Quomodo ignorabimus, quod omnes norunt, si Regentes fuerint boni, satius esse, ut eorum sint Multi, non Unus tantum? Unde & Synedrium Deus constitutere jussit ex 70. Senioribus Israelis. Si verò Regentes sint mali, periculosior est Unus, absolutam potestatem pro lubitu suo faciendi habens, quam Multi. Quod si enim illorum unus quid ignoraverit, id sciet fortassis alter; si unus fuerit deditus quæstui, avaritiæ &c, alter ipsum reprimet; maximè cùm singuli teneantur dictorum & factorum suorum rationem reddere. Hinc putarim ego, Reges ab initio non factos esse per liberam electionem, & voluntatem populi, sed per vim obtrusos fuisse (nam, *מִן דָאַלְסָ בָּר* Qui fortior est, prævalet), juxta id quod scriptū est: *Ascendamus in Iebudah, & radio afficiamus eam, & regnare faciamus regem in medio ejus*, Esa. 7. 6. Quin & tūm temporis non constituti fuerunt, nisi instar Ministrorum, ad serviendum populo, eumque gubernandum; tandem verò facti sunt Domini, ac si Deus ipsis dedisset terram & plenitudinem ejus, ipsique eam hæreditate relinquere deberent filiis & nepotibus suis in saeculum: perinde ut fundum, quem pro pecunia sua acquisiverunt. Et hæc lepra maledicta diffudit se, donec exsurgeret Vir unus, qui imperitaret populo, eosque regeret instar asinorum irrationalium. Hoc tamen etiam non æqualiter est in omnibus Regnis. Nam sunt, quorum Reges circumscriptam habent potentiam in regimine suo, ut in Arragonia: Alibi potentiam habent absolutam, Melior autem utriusque est, qui nunquam fuit. Et hoc est primum, quod præmittere volui.

Secundum est; Licet fateremur, Regem esse utilem & necessarium populo ad consti-

tuendam & conservandam congregationem civilem; quod non est verum; tamen in Israele non ita se rem habere. Rex enim nec utilis, nec necessarius est ipsis.

Hoc ita declaro: Necesitas Regum comprehenditur tribus rebus; 1. ut Bella gerant, ad servandum populum ab inimicis ipsorum, & ad defendendum terram ipsorum: 2. Ad ordinandas & constitutas Leges, ad Reipublicæ conservationem & prosperitatem: 3. Ad percutiendum & puniendum quandoq^z non secundum jus, sed temporis ratione sic exigente. Hæc enim convenientiunt potestati absolutæ. Atqui his tribus non indiget populus Israëliticus; 1. Non ad bella & liberationem ab inimicis suis: quia Israel servatur per Dominum, & Ipse pugnat pro eis, sicut dicitur; *Beatus es Israel, quis sicut tu popule, qui servaris per Jehovah scutum auxiliū tui, & qui est gladius excellentiae tuae: humiliabuntur inimici tui, & tu super excelsa eorum calcabis*, Deut. 33. 29. Hic idem Judex egreditur & ingreditur ante ipsos in bellis, sicut invenimus de Josua, Gedeone, Samuele, & reliquis Judicibus. 2. Non habent opus Rege ad condendas ipsis Leges: Nam, Legem præcepit nobis Moses, Deut. 33. 4. Et Deus ipse præcepit; Non addetis ad verbum quod ego præcipio vobis, Deut. 4. 2. *Videte, docui vos statuta & iudicia, quemadmodum præcepit mihi Jehovah Deus meus*, ¶. 5. Et qua est gens ita magna, cui sint dii propinquū &c. ¶. 7. Et qua est gens ita magna, cui sunt statuta & iudicia justa &c. ¶. 8. Neq^z fuit in potestate Regis Israëlis, innovare aliquid in ea, vel de ea detrahere, sicut dicitur de eo; *Neg^z declinet à præcepto ad dexteram aut sinistram*, Deut. 17. 20. 3. Non etiam opus habuerunt Israelite Rege, ad percutiendum & puniendum quandoq^z pro necessitate temporis: hoc enim tradidit Deus Domini judicii magni, sive Synedrio, sicut explicavi in sectione **נְשָׁתָן**. Et præter hoc significavit nobis Deus, si Judex secundum iudicium legitimū & ordinariū dimiserit impunem hominem improbum, quod Ipse punitus sit eum in iudicio suo magno, sicut dicitur; *A sermone falso recedes, neg^z innocentem & justum occides, quia non justificabo impium*, Exod. 23. 7. Vult dicere; *Quem tu non punies secundum iudicium, eum ego puniam*.

Ex his apparet, tria ista Regis requisita, *Liberationem in Bellis, Legumlationem, & Punitionem extraordinariam*, non secundum iudicium; tria, inquam, ista omnia facere Deum in populo suo; ac proinde Ipsum esse Regem illorum, neque opus ipsis esse Rege humano ad ullam rem.

Res hæc scripta est in Lege, repetita in Prophetis, & iterata in Hagiographis. Moses dicit in Lege; *Dominus regnabit in seculum & sempiternum*, quia ingressi sunt equi Pharaon &c. Exod. 15. 18. vult dicere; *Quia Deus pugnavit pro Israele in Aegypto, & in mari, dum submersit inimicos eorum*, ideo ipse regnabit in seculum & sempiternum, neq^z ulterius ipsis opus erit rege aliо. In Prophetis dicit Esaias; *Dominus est*

nos est *Judex noster*, *Dominus est Legislator noster*, *Dominus est Rex noster*, & *Ipse servabat nos*, cap. 33. 22. Quibus verbis complectitur omnes tres partes officii Regis; *Judicium*; dum ait, *Judex noster*; *Legum & Statutorum lationem*; omnia enim vocantur *statuta*; dum ait; *Legislator noster*, h. e. qui ordinet nobis statuta: De Bellis ait; *Rex noster*, & *ipse servabat nos*. In *Hagiographis* dicitur: *Attollite oporta capita vestra, & elevate vos porta seculi, ut introeat Rex gloriae.* *Quis est iste Rex gloriae?* *Jehovah fortis & potens, Jehovah potens in pugna,* Ps. 24. v. 7. 8. Vult dicere; Non aequum esse, ut *Rex gloriae* vocetur Homo corporeus sed Deus Benedictus, qui est fortis & potens in bello, ad pugnandum pro populo suo.

Ex his omnibus liquet, si maximè admittamus, Regem esse necessarium Gentibus, non tamen necessarium Israëlitis; in primis cum experientia ipsa docuerit, de Regibus Israëlis, & Regibus Jehudah, quod fuerint inter rebellantes Luci, h. e. Deo (ex Jobi 24. 13.) Ipsi converterunt corda Israëlitarum retrorsum, sicut constat de Jeroboamo filio Nebat, & cæteris Regibus Israëlis omnibus, de multis item Regibus Jehudæ, ita ut hujus rei causâ in exilium abductus fuerit Jehudah, propter iniquitates, & plurimas idolatrias suas. Id verò non ita observamus in *Judicibus Israëlis*, & Prophetis ipsorum omnium, qui viri fuerunt strenui, timentes Deum, veraces, adeò ut ne unus quidem ex *Judicibus* fuerit, cuius cor declinaverit à *Jehovah*, ad colendos Deos alios: Contra autem quam pauci ex Regibus fuerunt, qui immunes fuerint ab Idolatria? Omnia haec evincunt, Regimen *Judicium* esse bonum; Regimen verò *Regum* malum, pernicisum, & periculosum. Hæc si expenderis, & sciveris, facile intelliges, quæ Prophetæ mens fuerit, quando dixit; *Dabo ipsis Regem in ira mea*, Hof. 13. v. 11. Id enim non, ut R. Moses Nachmanides voluit, intelligendū de Regibus Israëlis; quia illi non fuerunt de semine domus Davidis; sed de Rege absolute. Cohærentia & series versuum precedentium docebit te veritatem sententiae meæ; Dicit: **שְׁחַדֵּךְ שָׂרָאֵל נִ'כְ'בְּשָׁרֶךְ** בְּעֹזֵךְ אֲהֵי מֶלֶךְ אַיִלָּה וַיְשַׁפֵּךְ בְּכָל עַרְךְ וַשׁוֹפֵךְ אֲשֶׁר אָמַת תְּנַהַ לִי מֶלֶךְ וְשְׁרָם בְּעֹזֵךְ אֲהֵי מֶלֶךְ וְיַעֲשֵׂךְ אַתָּן לִי מֶלֶךְ בַּאֲפָ' וְאָקֵח בַּעֲבָרְתִּי Vult dicere; Tu, o Israhel, perdidisti te ipse, petendo Regem; nam in me fuit auxilium tuum, non in Rege. Et ubi est Rex tuus, quem petuisti ut servet te in bellis? ubi ille nunc est, quod non servat civitates & judices qui sunt in civitatibus? Hoc sibi vult dum dicit; Ut servet te in omnibus civitatibus tuis, & Judices tuos: Nam Rex debuisset tueri civitates & judices qui sunt in eis. Quod verò dicit; Quia dixisti, da mihi Regem & Principes, ejus sensus est; Non dedi tibi Regem, quod tibi esset necessarius vel utilis, sed ad instantem petitionem tuam.

Ideò dicit; Dedi tibi regem in ira mea, Saulem scilicet, atque etiam in excedentia mea abstuli illum; in bello sc. Philistæorum.

Post præmissas has Duas propositiones, audi nunc meam Expositionem Contextus Mosaici de Rege, & verum Præcepti illius sensum.

Quando dicitur Deuteron. 17. §. 14. Quum ingressus fueris in terram, quam Jehovah Deus tuus dat tibi, & possederis eam, & habitaveris in ea, ac dixeris; Constituam super me Regem, ut omnes gentes qua sunt in circuitibus meis; nullum est in his verbis Præceptum; quia non præcepit Deus ut dicant hoc, & petant Regem: sed est Prædictio ejus, quod futurum erat. Dicit; Posteaquam eritis in terra promissa, post ejus occupationem, & bella omnia, post divisionem item ejus, scio quod integratis futuri, à vobis ipsis dicentes, Constituam super me Regem; non quod necessarius ille sit ad gerenda bella cum illis populis, & ad terram occupandam: jam enim occupata erit, sed ut æquales simus illis populis, qui super se Reges constituunt. Quia in re magna est stultitia: nam debuissetis petere Regem antequam ingrederemini in terram illam, ad eam occupandam, & ad bella gerenda: tūm enim eo opus fuisse, non post terræ occupationem, divisionem, & inhabitatem tranquillam. Hoc est, quod dicit; Et dixeris, Constituam super me Regem sicut omnes gentes, que sunt in circuitibus meis; Vult dicere; non ex necessitate ulla, sed ut faciat sicut ceteræ gentes. Postea dicitur, posteaquam hoc contigerit, illos Regem illum non constituere debere pro arbitrio suo, sed, Quem elegerit Jehova Deus, è medio fratrum suorum. Et hīc est demūn ipsum Præceptum. Vult enim dicere; Constituendo constituies super te Regem è medio fratrum tuorum; non præcipiens, ut petant eum, sed quando ipsi sponte suâ petituri essent illum, ne eum eligant ex seipsis, sed Quem elegerit Dominus Deus, è medio fratrum ipsorum. Ideò Regis constitutio Præceptum est affirmativum liberum & arbitrarium; ac si diceret; Quando vis facere Regem, quamvis id non sit rectum, ne facias eum, nisi isto modo. Et hoc simile est ei quod legitur Deuteron. 21. 11. Si videris in captivitate mulierem pulchram formâ &c. ubi nullum est Præceptum, ut ludat cum ea, & ducat eam; neque etiam ut legitimè ducat eam, & congregiat eum ea; sed est res arbitraria, & opus concupiscentiæ malæ: Præceptum postea demūn sequitur, quando dicit; Et introduces eam in domum tuam, ut Rabbi ni nostri scribunt in Kiddusch. cap. i. Huic etiam simile est, quod legitur Deuter. 4. 25. Quum genueris filios, & nepotes, & senueritis in terra illa, corrupteritis autem vos, & feceritis sculptile, &c. hoc enim non est Præceptum, sed gravissima Iniquitas: dependet autem ab eo Præceptum, quod est; Et convertes te ad Dominum Deum tuum, & parébis voce ejus, ibid. §. 30. Prorsus ita comparatum est cum præsenti loco de Rege: Non enim est præceptum de Rege petendo: hoc quippe est penes hominem, & concupiscentiæ malæ

malæ opus: est autem ei præceptum annexum, ut, si Regem habere vellint, eum constituant per Dei electionem, & è fratribus suis, non aliter.

Hanc Expositionem confirmo Quinque fundamentis:

1. Quomodo præcipiet Deus Israëlitis, ut petant Regem, si electio ejus non fuit penes ipsos? Quæ necessitas petitionis ipsorum? Convenientius fuisset, ut præciperet id, quod in potestate ipsorum erat facere; veluti, Honorare eum, Ori ejus non rebellare: Regis autem constitutio futura erat Opus Dei Benedicti. Sic non fuit necessarium Israëlitis, ut peterent Prophetam aliquem, quia non penes ipsos fuit ejus eligendi facultas; sed Deus Opt. Max. suscitatus eum erat pro suo placito.

2. Si Præceptum est, quod dicitur: **תְּרִיכָה** & illud veritas; Et dico; constituam super me Regem; quid sibi vult, quod porrò dicitur, *Sicut omnes gentes, que in circuitibus meis?* Petatio meritò fieri debuisset propter præceptum Dei, non propterea quod cæteræ gentes omnes Regem haberent. An tale quid invenitur in cæteris Præceptis, ut dicatur; *Facite hoc, ut aliæ gentes?* contrarium potius dicitur *Non facies juxta opera eorum.*

3. Ex eo quod Rabbini nostri dicunt in Tractatu Sanhédrin, capite נַחֲנָה. Dicunt ibi: *Tria præcepta data sunt Israëlitis, cum ingredierentur in terram Canaan: Ut constituerent super se Regem: ut excinderent semen Amalek; & ut edificarent Templum.* Præceptum de Rege ibi non fundant in his verbis; Et dices, *Constituam super me Regem;* sed in sequentibus; *Constituendo constituies super te Regem, quem elegerit Dominus Deus tuus.* Quod docet, Versum primum nullum continere Præceptum, sed Prædictionem ejus quod futurum erat: Præceptum autem esse in versu sequenti, eo modo quo dixi, ut sensus dicti illius Rabbinorum nostrorum sit; *Israëlitas, cum ingressuri essent in terram Canaan, jussos fuissent, ut, si Regem petituri essent, eum constituant, quem Dominus Deus elegerit,* & qui sit ex fratribus ipsorum, non verò ut absolute Regem constituant. Ideo, quod illic dicitur, id R. Nehemias dicit; *Non dicta est ista pericope de Rege, nisi respectu murmurationis Israëlitarum, sicut dicitur;* Et dixeris, constituam super me Regem; atque ita iste Rabbi in meam sententiam inclinavit.

4. Si Petatio Regis præceptum fuit per se, & ipsis mandatum, ut peterent Regem, sequitur secundum præceptum esse in his verbis; *Constituendo constituies super te Regem, quem elegerit Deus &c.* atque ita duo distincta esse præcepta; unum, ut Regem petant; alterum, ut ille sit è medio fratum ipsorum, quem Deus elegerit.

Atqui est Præceptum unicum, ut constituant Regem è medio fratum suorum. Sic enim scribit Majemon ad præceptum istud; *Præceptum affirmativum est, ut constituantur Rex ex Israëlitis;* Non dicit, *Ut constituant Regem ab-*

*solutè. Præceptum negativum est; Non poteris constituere super te virum alienigenam. Unde liquet, Affirmativum præceptum esse, Ut constituant Regem è me-
dio fratrum suorum, non ut constituant Regem absolute.*

5. Quando Israëlitæ petierint Regem, non petierunt eum Nomine præcepti (non fundarunt eam in Præcepto): non enim dixerunt: *Danobis Regem, sicut Präcepit Moses; sed dixerunt; Danobis Regem adjudicandum nos, ut emnes gentes.* Et cùm Samuel eos hujus rei gratiâ redarguisset, cur non responderunt ei; *Quæ est prævaricatio noſtra, & quod peccatum noſtrum? annon Deus præcepit nobis, ut ita faciamus?* Nempe, quia nec traditum, nec cognitum inter ipsos fuit, petitionem Regis ullo præcepto niti, & quòd petierint eum ex prava sua concupiscentia. Hoc ubi sciveris, respondebis ad Decimum Dubium, quod movi; Israëlitæ in Legenon iussos fuisse petere Regem, neque Regem fuisse necessarium ad regendos cœtus ipsorum, sicuti in propositione præmissâ secundâ ostensum: sed Regem fuisse pernicioſum toti populo, uti visum in propositione primâ. Ideò, cùm petierunt Regem, quia petierunt Rectorem periculosum, maximè ipsis, qui eo non habebant opus, idcirco exarsit ira Dei in populum, & dixit Deus ad Samuelem; *Non te ſpreverunt, ſed me ſpreverunt, ne regnum ſuper ipsis.* Ideò etiam nec Josua, nec cæteri Judices timentes Deum, & venerantes nomen ejus, constituerunt Regem; quod res hæc ipsis non conveniret.

Si quis dicat; *Si petitio Regis mala fuit, & inconveniens, quare cùm Israëlite egissent paenitentiam, & dixissent, Quia addidimus omnibus peccatis nostris etiam malum hoc, ut peteremus nobis Regem; quare, inquam, non dereliquerunt tum peccatum istud, & defliterunt à conſtitutione Regis? quid profuit ipsis paenitentia, ſine derelictione peccati? quare item Deus poſtea misit ad Davidem in Regem unguendum ſuper Iſraelem, illiqz, & ſemini ejus poſt ipſum, conſirmavit Regnum in ſeculum?* Sic ſemper perfiterunt in peccato ſuo.

Ad hoc respondeo; Si Petitione Regis peccatum fuisset notorium, Lege prohibitum, solutionem fore difficilem; sed ego dico, nihil aliud fuisse, quam רְבָר הַרְשָׁתָה Rem permiffam, Lege neque præceptam, neque etiam prohibitam: quia Lex loquuta est hac de re, rationem habens concupiscentiæ hominum male. Eadem est ejus ratio, quæ Mulieris formosæ in bello capte, de qua Lex nuspiam præcepit, ut, qui captivam eam cepit, vel eam ducat, vel cum ea confuescat, uti ſolent facere in Bello; non etiam præcepit ne id fieret; quia indulſit concupiscentiæ male. Propterea, poſte aquam compressa fuit, non præcepit, ut derelinquit eam, ſed ut eam proſelytam & Judæam faciat. Hinc David, electus Domini, quamvis timeret Deum, & vitaret malum, cùm in bello cepiflet, & duxiflet Māacham, filiam Talmaj, Regis Geschur,

Geschur, quæ fuit formâ præstans, nunquam postea eam deseruit. Et ea ipsa fuit, quæ ei peperit Thamarem & Absololum. Eadem ratione Petilio Regis, nec fuit præcepta, nec etiam Lege prohibita. Hac de causa, postquam petierunt eum, & unctus fuit, non revocarunt, sed satis fuit ipsis, observare præceptum de constitudo Rege è medio fratribus suorum. Ideò quando dixit ad eos Samuel; Ne timeatis &c. Tantummodo ne recedatis à Domino, voluit dicere; Ne timeatis: nam non est res per se prohibita; sed, si non recesseritis à Domino, erit Rex instrumentum & promotor prosperitatis vestra, & boni vestri: quod si verò fecis feceritis, tunc vos, tunc Rex vester, consumemini. Ideò uncti fuerunt Reges, & elegit Dominus Davidem servum suum, accepitque eum à caulis ovium; quia fuit ipsi compertum, quod sit Timens Dei, & præceptis ejus delectetur. Sic iste versus est expositus, & dubium istud solutum.

Porrò dicitur v. 15. Non poteris constituere super te virum Aljenigenam; ad indicandum, quod si in mentem ipsis venerit Regem constituere aljenigenam, Deum non daturum ipsis per eum successum: ideò non sic debebant facere, sed assumere Regem è medio fratribus suorum, quem Deus elegerit.

Noluit Deus largiri potestatem eligendi Regem arbitrio vulgi, ob tres causas;

1. quia Rex est res detimentosa valde communi populo, sicut dixi: ideò non debet eligi, nisi summâ necessitate requirente: & quia populus nequit discernere tempus necessitatis hujus, sed Deus solus, idcirco non debuerunt illi eligere Regem, sed Deus.

2. licet vulgus eligat tempus conveniens ad constitutionem Regis; non tamen convenit, ut eligat eum; quia grave & arduum est agnoscere concupiscentiam cordis humani. Licet enim extrinsecus sit inculpatus, innocens, honestus, forte tamen interius latenter habet malitiam, sicut Propheta dicit; Profundum est cor hominis, p̄ omnibus, & perversum, quis cognoscet illud? Jerem. 17. 9. Et quia dignus regno est, qui purus est in cogitationibus suis, timens peccatum, & humilis spiritu, sicut dicitur; Non multiplicabit sibi equos & uxores, ne elevetur cor eius; idcirco non potest populus Regem eligere, quia nec sciunt, neque agnoscere possunt, an talis idoneus sit futurus, sicut etiam Propheta ait; Ne respicias ad formam ejus, &c. nam non quod afficit homo &c. 1. Sam. 16. 7. Sed apud Deum debet esse electio, quia ipse scrutatur corda, & probat renes.

3. quod licet populus sciat necessitatem Temporis & horæ, ad constitendum super se Regem, & intellectus ipsorum sufficiat ad eligendum Bonum, & reprobandum Malum; tamen ideò quoque non è re est, ut ipsis eligant Regem; quia fieri non potest ut sine contentionibus, rixis, &

æmula-

æmulationibus multis inter se, id faciant, dum unusquisque dicturus est; *Ego regnabo. Quando verò Elector est Deus, quis dicet ei; Quid facis?* Propter has causas dixit; *Quem elegerit Dominus Deus tuus.*

Post hæc sequitur in Lege; *Tantum ne multiplicet sibi equos, neq; uxores, neq;* Argentum & Aurum. Quia Regum aliqui delectationem suam summam ponunt in multitudine Equorum, tūm majestatis & honoris suæ causā, tūm propter illorum necessitatem in Bellis gerendis; alii sunt, qui non amant bella, sed domi suæ residere malunt, & in Amore, & Voluptatibus dies suos transfigere, indeque sibi uxores multiplicant, ad satisfaciendum suis cupiditatibus: alii laborant in magnis Divitiis & opibus colligendis; Rex autem, quem elegerit Dominus procul & immunis esse debet ab omnibus hujusmodi cupiditatibus corporalibus vanis & imaginariis; idcirco horatur Lex ut caveat sibi, ne declinet ad cogitationes Regum Gentium malas, eorumque desideria; quasi dixisset; *Etiam si petitio vestra eō tendat, ut Regem habeatis sicut omnes gentes; nolo tamen, ut potentiam & fiduciam suam ponat in equis; quia Salus, & spes ejus debet esse in Deo vivo, qui non delectatur fortitudine equi.* Per Cabalam veracem accepimus in capite Talmudico כהו גדוֹל, & in Siphre; Non multiplicabit sibi equos; sed potest multiplicare pro curribus & satellitibus suis; sicut cùm dicitur; Et non redire faciet populum in Ægyptum; ubi intentio non est prohibere, ire in Ægyptum negotiandi causā, & equos comparandi: Prohibitio enim redditus in Ægyptum non est facta, nisi generationi Mosis, sicut legimus in Talmud Hierosolymitano in fine Sanhedrin, & id addutum est à R. Mose Nachmanide.

Itaque non est, quod quis hic istum locum objiciat; *Et non redire faciet populum in Ægyptum, ut multiplicet equos;* quia Emptio equorum est negotiatio: negotiatio autem cum Ægyptis non fuit prohibita. Sensus itaque horum verborum est, Regem non debere sibi multiplicare equos ex terra vel sua vel aliorum, neq; confidere sue multitudini & potentie, non equis & equitibus numerosis, sed unicam suam fiduciam debere Deum: Et quia multiplicatio equorum, & fiducia in eis, poterat ipsum impellere ut iret ad Ægyptios tempore angustiæ, & illis consideret, ideo dicit; *Et non redire faciet populum in Ægyptum, ad petendum sc. auxilium ab Ægyptiis,* sicut Propheta dicit; *Et scient omnes habitatores Aegyti, quod ego Jehovah, quia fuerunt scipio arundineus domini Israëlis,* Ezech. 29. 6. Ad hæc potest dici, quia hoc facile posset esse causa, ut Israëlitæ iterum migrarent in Ægyptum; ideo dici; *Et non reverti faciet populum in Ægyptum.*

Dehinc dehortatur Regem à Voluptatibus, ne magis quam par est, illis indulget: Harum præcipuum objectum cùm sint Mulieres, ideo dicit; *Et non multipli-*

multiplicabit sibi uxores. Et quia voluptates & mulieres auferunt potentiam & intellectum, ut Propheta dicit; *scortatio, vinum, & mustum, auferunt cor,* Hos. 4. 11. ideo additur; *Ut non recedat cor ejus.* Et Rabbini nostri in Sanhedrin cap. 2. scripsierunt, *Salomonem Regem errasse, & transgressum esse praecepta ista, tam multiplicatione equorum, sicut dicitur;* Cæterum ascendebat & egrediebatur currus ex Ægypto, 1. Reg. 10. 29. *quam multiplicatione uxorum, sicut dicitur;* Et fuit tempore senectutis Salomonis, uxores ejus inclinaverunt cor ejus, 1. Reg. 11. 4.

Post hæc præcipit etiam de Divitiarum & Opum nimio studio ac desiderio, dum dicit; *Neg, argentum & aurum multiplicabit sibi valde.* Id in Siphre sic explicant; Sibi, seu, pro se non multiplicabit, sed multiplicabit, ad stipendia danda aliis, ministris, militibus, & equitibus: H.e. non studebit divitias propter se, sed pro usibus necessariis ad Bella, ad Cultum Dei, & Gloriam populi sui. Verum Scriptura de hoc nihil commemorat; quod palam sit, si sectetur divitias, certò futurum, ut eas comparet iniquis mediis, per violentiam & oppressionem subditorum. Rambam cap. 3. de Regibus scribit; *Quicunq; sperrit Regem, aut ignominia eum afficit, eum Rex potest occidere, sed non nisi gladio: potest etiam eum in vincula conjicere & flagris cadere propter honorem suum, sed non potest liberas facere facultates ejus: qui cuq; enim liberas facit facultates alterius, is Raptor est.*

Et quia potestas Regis magna est, neque subjectus est judiciis Legis, sicut Judex, ne cogitet, se planè exemptum à Lege esse, sed ut serio Deum timeat, neque à præceptis ejus recedat; ideo præcepit Deus, ut scribat sibi *תְּנַשֵּׁת Duplum, Exemplar duplex Legis,* per quod videtur intelligi Liber Deuteronomii, (quia ille liber continet *תְּנַשֵּׁת Repetitionem Legis*) in quo præcipua Legis capita continentur, & est liber quantitate parvus, ut secum eum instar Enchiridii portare possit. Sed Rabbini nostri in Sanhedrin tradiderunt, capite *לִבְרָה*, esse totum Librum Legis; quia præceptum est, ut singuli Israëlitæ habeant Librum Legis unum: Rex autem debebat habere Duos; *Unum* in archivis suis, & *alterum*, quem continuè secum deferat; sive egrediatur in bellum, sive sedeat pro iudicio, sive sit in prandio, semper eum ad manus debebat habere. Hujus rei duæ dantur causæ, seu duo fines. *Primus* indicatur, quando dicitur; *Ut discat timere Dominum Deum suum;* dum nimis discit primam Legis partem, in qua habentur Historiæ admixtæ & insignes: *Secundus*, quando dicitur; *Ut custodiat omnia verba Legis hujus,* dum nempe studet in parte ejus altera, quæ Præcepta continet.

Exinde commemoratur, quare tam serio moneatur, ut timeat Deum, & custodiat omnia verba Legis, quod commune erat omnibus Israëlitis. Dicitur ergo id ideo fieri, *Ne elevetur cor ejus supra fratres ejus;* Vult nimis

Kkk

dicere; *Quia Rex est, & ipsa Natura Principatus & Regni causatur ut se efferaat, ideo opus esse ut in specie ei injungatur & precipiatur, ut timeat Dominum Deum suum, & cupiditatem suam refranet ac deprimat, ne cor suum efferaatur supra fi atres suos, neq; superbiat ob regnum suum.* Eodem modo reddit rationem, quare in specie ipsi precipiatur Observatio Legis. Dicit id ideo fieri, ne declineret à p̄cepto ad dexteram aut sinistram; Vult dicere; *Etiamsi non adeò rigidè sit subjectus judicis Legis;* monitus tamen erit, ne transgrediatur eam, neq; declinet ab ea ad dexteram, aut ad sinistram, sicut ait David; *Etiam servus tuus admonitus est de eis, Ps. 19. 12.*

Denique additur; præterquam quod Rex haec omnia per se merito observare debeat, eo quod hic sit finis hominis, propter quem est creatus, Timor, inquam, & Cultus Dei; insuper tamen Regem id facere debere propter Mercedem ei promissam; Sic enim prolongabit dies in regno suo. Quando enim Rex servit Deo, & honorat populum suum, eumque placide, sine Superbia, gubernat, Diis hominibusque charus est, & prolongabit dies in Regno suo. Addit; *Ipse, & filii ejus in medio Israëlis:* quia filii Regis hæredes sunt regni ejus.

Cæterum verba illa; *וְלֹא תַּנִּזְבֵּחַ אֶת־עַמּוֹךְ בְּאֶgyptָם;* possunt etiam ita explicari, ut non sint causa cur prohibita fuerit multiplicatio equorum, (unde non dicitur; *וְלֹא תַּנִּזְבֵּחַ אֶת־עַמּוֹךְ בְּאֶgyptָם Ut non redire faciat, quæ causalis est loquutio), sed ita; Non multiplicabit sibi equos, & non necesse habebit redire facere populum in Aegyptum ad multiplicandos equos, h. e. Non ibunt in Aegyptum petendi auxiliū causā, nec equis ejus confident, &c. Sic quod dicitur de Uxoribus vel Mulieribus, Et non recedet cor ejus, consequens denotat, non causam.*

Ita ergo postquam dehortatus est eum de equis, de mulieribus, de argento & auro, de describendo item exemplari Legis duplo; causam deinceps reddit omnium, de quibus eum monuit; Ne multiplicet sibi equos, ne iis vel equitibus suis confidat, sed fiduciam suam ponat in Domino. De hoc dicit; *Ut discat timere Dominum:* Ne multiplicet sibi uxores; *ut observet omnia verba Legis, & statuta ista, ad faciendum ea:* Refranando enim suam concupiscentiam, observat verba Legis de concubitu & conjugiis prohibitis, de menstruatā, & aliis, quod non facturus est, si indulget cupiditatibus suis. De eo quod monuit, ne multiplicet nimis argentum & aurum, dicit; *Ne efferaatur cor ejus super fratres ejus:* Argenti enim & auri copia, inducit hominem ad superbiam & fastum: unde si multiplicationi eorum studeat, recedet à p̄cepto, & fiet Oppressor, raptor, scenerator, & alia ageret prohibita in Lege. De descriptione libri Legis, & continua ejus circumgestatione, dicit; *Ut multiplicet dies in regno suo, ipse & filii ejus, in medio Israëlis.* Sic explicati sunt isti versus.

Ex iis

Ex iis autem, quæ haec tenus à me dicta sunt, patet; Regem obligatum esse observare præcepta, magis quam ulli alii homines; idque ob tres causas.

Primo; quia Rex est Speculi instar politi toti populo suo, in eum oculos omnes conjiciunt, & ejus facta imitantur. Vulgus enim naturâ suâ fertur ad assimilandum se magnatibus in omnibus, quoad fieri potest. Sic videmus, dum Reges Juda essent boni & recti in cordibus suis, populum totum ab ipsis dependisse, & moneri se passum esse; quando vero mali & peccatores erant, omnes fuerunt mali & peccatores, sequentes ipsos. Hinc dixit Philosophus quidam; *Regnum quo fuerit eminentius, tanto magis illud respicitur & observatur ab omnibus:* Ideoqz Regis actiones doctrinam esse generalem omni populo suo (*Regis ad exemplar totus componitur orbis*). Hac de causa magis decet Reges, ut observent Præcepta, Timorem Dei, & Humilitatem spiritus; quia sic suppeditabunt argumentum à Majori ad minus, ut totus Israhel Præceptis obedient, Deum timeant, & actiones suas omnes recte instituant.

Secundo; quia Corona Regia, & Majestas Regis, major est quam omnium reliquorum hominum; Dominiumque ejus majus & potentius; idcirco decet quoque, ut majori studio observet præcepta, quam ali qui non tantum habent imperium, tantamque potentiam. Hinc dixit Philosophus; *Sicut Concussiones Venti vehementius petunt arbores altas & proceras, quam herbas terra: sic calamitates temporum, aut operationes, Astrorum vim suam magis exerunt in hominibus in eminentiâ & dignitate constitutis, quam in vitibus & humilibus.* Sic dicit etiam Propheta; *Quia dies Domini exercituum veniet super omnem superbum & excellsum, & super omnem elatum, & humiliabitur, Esa. 2. 12.* Et quia Causa conservatrix omnium dignitatum & imperiorum est Lex, & Præcepta Dei; idcirco requiritur, ut Rex, cuius imperium summum est, præ omnibus studeat observare ea. Hoc est quod dicitur; *Ut prolonget dies in Regno suo.* Hinc etiam David, cùm præcepta daret filio suo, dicit in eundem sensum; *Et custodi custodiam Domini, ut ambules in viis ejus, & custodias decreta ejus, præcepta ejus, & judicia ejus, &c. ut prospera reddas quæcumqz feceris, & omnia ad quæ veneris, ut confirmet Dominus verbum suum, quod loquerutus est mihi, &c.* 1. Reg. 2. 3.

Tertiò, quia sicut Reges debent observantess esse sui honoris & suæ dignitatis, quæ sunt Bona Imaginaria: sic etiam debent multò magis operam dare ut comparent Bona animæ, per quæ homo, si fecerit ea, vivet in æternum, Ezech. 20. Nam cùm Rex in hoc mundo sit eminentissimus, præstantissimus & maximus omnium, non debet deprimere seipsum infra dignitatem suam in mundo venturo; quia Mundus hic, ut in Mischna dicunt, *est veluti vestibulum mundi futuri.* Ibi invenient magnificentiam, &

gloriam, quæ nunquam auferetur ab eis, contrà quâm est in mundo hoc mutabili & inconstanti, sicut dicitur; *Parvus & magnus illuc est, Jobi 3. 18.* h.e. ut Rabbini nostri explicant, *Ibi magnus magnus erit, & non parvus fiet amplius: & parvus perpetuò parvus manebit, nec unquam magnus fiet.* Quia ergo Bonæ animæ in hoc mundo acquiruntur per observationem Legis & Præceptorum, idcirco decet Regem, cuius majestas & magnificentia est maxima, magis de his esse sollicitum. Hinc dixit Seneca; *Omne Regnum est sub alio Regno majore.* Cogitat itaque Rex, sicut ipse facit erga subditos suos, sic Regem illum, qui supra ipsum est, facturum quoque erga ipsum, cuius servus est in perpetuum. His de causis frequenter adhortatus est Deus Regem ad Timorem sui, & ad Præceptorum observationem, ut prolonget dies in Regno suo in seculum, per ipsius gratiam.

Quando verò Rex malus est & flagitosus, investigandum est, An liceat Rebellarē ei, eumq; à Regno removere, & deponere? quia sc. est Inimicus, probris afficiens Dominum, & Tyrannus. De hoc nihil legimus apud Sapientes nostros.

Sapientes Christianorum multa de hac Quæstione scriperunt, & disputatione, tandemque concluserunt, illud licere, & posse fieri, sicut scilicet tribus Israëliticæ fecerunt Jeroboamo.

Ego de hac quæstione loquutus sum coram Regibus cum Sapientibus ipsorum, afferuique non licere, neque potestatem aut jus habere populum, rebellandi Regi suo, eumve regno deponere, etiam si in summo gradu impius fuerit: hujusque meæ assertionis tres reddo causas;

Primo; quia Populus, dum Regem constituit, se obligat ad observandum & faciendum iussa & mandata ejus. Obligatioque, & juramentum hoc, non est conditionale, sed absolutum. Ideo, qui rebellis Regi est, mortis reus fit, sive sit Rex malus, sive bonus. Populi enim non est examinare: justitiam aut impietatem ejus. Ideo dicit Deus ad Josuam; *Quicunq; rebellayerit ori tuo, occidetur.* Hujus itaque Juramenti & fæderis q. respectu, quod populus init cum Regibus, tenentur illi eum honorare, neque potestatem habent eum castigandi, puniendi, aut ei rebellandi.

Secundo; quia Rex in Terra est idem quod Deus in Mundo; idcirco absolutam habet potestatem puniendi, etiam non secundum jura & Leges, prout necessitas requirit, abrogare item Legem & consuetudinem generali. Unitas enim ejus in regno, est sicut Unitas Dei in mundo. Hujus rei causâ dicunt Rabbini nostri in Tractatu Beráchoth, capite 78: *Qui videt Reges gentilium, dicit; Benedictus sit qui impertivit de honore suo carni & sanguini. Et qui videt Reges Israëlis, dicit; Benedictus sit, qui impertivit de honore suo timentibus ipsum.* Observa quòd dicunt; *De honore suo;* quo vocabulo fatentur,

fatentur, Reges terræ, præsertim Reges Israelis, participare de honore Dei, & Majestate ejus, per metaphoram & similitudinem: Ideò non licitum est plebi, manum injicere Regi suo, eumve deponere de regno, quia hoc perinde habetur ac si involarent in Honorem & gloriam Dei. Hoc observavit Rex David: Quamvis enim unctus esset ad bellum, noluit tamquam manum immittere in Saulem, eo quod esset Rex Israelis, sed dicit; *Quis extendit manum suam in undum Domini, & innocens fuit, h. e. impunè abiit?* 1. Samuel. 26. 9.

Tertia ratio peculiariter respicit Israëlitas; In cuius enim potestate non est Regem constituere & eligere, is neque potest eum Regno exuere & deponere. Cum ergo Electio Regis non fuerit in manu & potestate populi, sed in manu Dei, sicut dicitur; *Constituendo constitues super te Regem, quem elegit Dominus Deus tuus;* idè illi etiam, qui regnum ipsi non dederunt, neq; auferre illud ab eo possunt, sed Deus solus, qui Reges constituit. Hinc Samuel Propheta dixit ad Israelem, quod si Rex futurus sit contentiosus & litigiosus, prævaricator ab utero, ut clament ad Dominum. Hoc sibi vult quum ait; *Et clamabitis in die illa à confpectu Regis vestri, quem elegistis, & non exaudiet vos Jehova die illâ, &c.* 1. Sam. 8. 18. Vides hic non dari ipsis facultatem rebellandi Regi, eumve deponendi à regno, quamvis extremè sit impius, sed jubentur *Clamare ad Dominum,* quia *Supremus dominatur in Regno hominum, & cui ipsi placuerit, dat illud Deus.*



EXPLICATIO TEXTUS I. SAM. CAP. VIII. V. I. — — ad finem. Eiusdem ABBAR BENELIS.

Vers. I. 2. 3.

Et congregati fuerunt omnes seniores Israelis, &c.) Commemorat Scriptura, seniores Israelis congregatos, venisse ad Samuelem Ramatham, ubi fuit domus ejus, eique dixisse; Quia duo hoc tempore occurrant, primò ejus *seneçus*, secundò, quod filii ejus, quos in suum locum substituit, non ambulent in viis ejus; se petere ut eis constituat Regem! quodque ira Samuelis ad hoc exarserit; Deumque oraverit, ut ipse sibi suggesteret responcionem ad propositam hanc petitionem; se enim ignorare, quidnam respondere debeat: Ad hanc autem ejus petitionem:

non exarsisse iram Domini; malam tamen fuisse visam in oculis Samuelis.

V. 4. &c. *Et dixit Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi, &c.*) Dicitur; Deum Benedictum dixisse Samueli, ut morem gereret populo in omnibus quæ dicturi sint ipsi de constitudo Rege, nec ad animum revocet, quod hanc ratione ipsum & judicium ejus spernant; Illos enim, petendo Regem, Rejicere Deum, ne super eos regnet. Dicit autem hoc ideò, quia Rex necessarius quidem erat cæteris populis; quia illi non habebant specialem gubernationem providentiae Divinæ: Israëlitæ verò, quorum Rex Deus erat, quique Ipse pugnabat pro eis, & ipsorum judicia dirigebat per Legem suam, non opus habebant Regem. Ideò dicit, *quod s' preverint Deum ne super se regnet.* Addit, hoc ipsis nihil esse novi, ut derelinquant gubernationem Dei, & suscipiant gubernationem Regis; fieri enim hoc secundum omnia opera quæ faciebant inde ab eo tempore quo egressi sunt è terra Aegypti, quando semper eum dereliquerint, & diis aliis servierint: sic ergo eos facere etiam nunc, derelinquentendo Deum, & petendo Regem. Quod addit, sic faciunt etiam tibi, facit ad exaggerandum; quod sc. nunc sic faciant non solùm erga Deum, sed & erga Samuelem, derelinquentendo gubernationem ejus, & petendo Regem. Fecerunt enim Samuelem, sicut fecerunt Deo. Postea præcipit Samueli, ut licet ipsis morem gerat, simul tamen contestetur, quid ipsis tandem sit eventurum, ac proinde ipsis etiam indicet judicium seu Jus Regis, &c. Ideò quod dicitur; *Et nunc ausculta roci eorum, non est præceptum novum;* jam enim de hoc præceperat; sed intehio & sensus ejus est; Nunc ergo, quamvis auscultes & pareas voci eorum, simul tamen etiam *testando testaberis eis,* qui mores, quæ actiones illius sint futuræ, & indicabis eis judicium Regis. In Massécheth Sanhedrin capite נזנ' discentiunt de hoc dicto Rabbini nostri; R. Jose dixit; *Quicquid hic de Rege dicitur, id licitum fuit ei:* R. Jehuda dixit; *Ista (de Jure & Judicio Regis) non fuerunt dicta, nisi ad eos perterrefaciendos.* R. Moses ben Majemon in libro suo de Judicibus, ubi de Juribus Regum agit, cap. i. scribit; *Sententia pronunciatur juxta mentem R. Jose.* Verum sensus literalis Scripturæ hoc non docet, sed, quod vera sit explicatio R. Jehudæ, dictum sc. hoc esse ad eos perterrefaciendos: quia Lex nihil quicquam Deut. 18. dicit de hac re, ubi tamen locus conveniens fuisset; sed dicit; *Ne elevetur cor ejus supra fratres suos, & ne recedat à præcepto vel ad dexteram, vel ad sinistram,* quod nos docet, De jure, & secundum Legem, res istas ei non fuisse licitas & concessas, quæ hic de jure Regis dicuntur. Quod si Moses nihil de eo dixit in Lege, non certè datum est præceptum novum post ejus mortem, sicut dicunt; *Nullus propheta facultatem*

facultatem habet in Lege aliquid innovandi: Quomodo ergo dicemus, hoc fuisse Praeceptum generale, de Regibus datum per Samuelem? Sic scripsit R. Levi ben Gerson; Regi non permitta & licita fuisse ista: sed dicere tantum Samuelem, quid Rex facturus sit, ubi Regnum ejus potentiam confirmatum & roboratum fuerit. Et ego quoque existimo, vocari יְהוָה טַבֵּשׁ Judicium seu Jus Regis, non hoc sensu, quasi hoc esset ejus Jus; sed, quia ipsi dixerunt, Da nobis Regem, qui nos judicet; responsum fuit eis; Benè (habebitis Regem) & hoc erit ejus judicium, h. e. hec ratio judicandi, quam ille observaturus est erga vos; Rapiet omnia vestra; idque ut intelligent; Illum non exerciturum esse tale judicium, quale ipsi petant, sed omnia ipsorum ad se pro lubitu suo raptaturum. Ideò non dicit absolute; Et indicabis eis judicium Regis, sed addit insuper, quiregnavit super vos, h. e. Illius Regis, quem vos positis, & qui regnaturus est super vos, hoc erit judicium, quod inter vos exercabit: postea subjungitur, quod Samuel populo Regem à se petenti, retulerit omnia verba Dei: Hoc verò in Electione Regis non legitur, (1. Sam. 10.) sed posteaquam sortes projecisset, dicitur; Et loquutus est Samuel ad populum Jus Regni, scripsitq; in libro, 1. Sam. 10. 25. Sensus itaque hujus loci est, Samuelem indicasse populo omnia verba Dei, hæc nimirum; Non te sp̄reverunt sed me sp̄reverunt, ne regnem super eos: Juxta omnia opera eorum quæ fecerunt ab eo die, quā eduxi eos ex Aegypto, usq; ad diem hanc, (dereliquerunt autem me, & servierunt diis alienis), sic ipsi faciunt etiam tibi. Posteaquam verò projecisset sortes, significavit ipsis judicium Regni; h. e. judicium quod Reges exercere soleant in populo, aut quod scriptum est in Lege de Rege, & quod ipsimet dixerunt ad Josuam; Quicunq; rebellaverit ori tuo, occidetur.

V. II. &c. Et dixit, Hoc erit Judicium Regis, &c.) Dicit, Regem non facturum Judicium & justitiam populo suo; sed Judicium, quod ipsis petierint, & quod illum facturum sibi persuadeant, esse res malas & turpes, quarum meminit. Vocat hoc Judicium Regis per Antiphrasin.

Sex autem ejus partes memorat;

I. Filios vestros tollet, & ponet eos sibi in curribus suis, & equitibus suis, & current ante currum ejus, h. e. Accipiet ex filiis vestris, ut pedes currant ante currus suos, & ante equites suos: sic, Accipiet è filiis vestris, & constituet eos Tribunos, & Quinquagenarios. Hoc quamvis honorificum ipsis erat futurum; tamen viri generosi & cordati fugiunt tale dominium, neque illud ambiant aut acceptant, nisi forte ex veneratione aut metu Regis: præter laborem enim & molestiam maximam, quam istiusmodi officia publica secum trahunt, etiam eos avocant à cura rerum privatarum, sicut Jotham filius Gedeonis in parabola sua, sub persona Oleæ, dicit; An ego deseram pinguedinem meam, & radam, ut promovere super arbores? Jud. 9. 9. ut ibi exposui. Sic accipiet eos

eos ut cogant & colligant messem Regis, & aren agros ejus, ut item faciant ipsi instru-
 menta & arma bellica, & currus suos. Interpretes dicunt, illos hæc facturos
 fuisse pro mercede, non gratis; Regi tamen præaliis omnibus id facien-
 dum, ut qui eos præcedat. Ethoc favet sententiæ eorum qui dicunt; Hæc
 Regi fuisse concessa, & de ejus jure. Secundum meam autem exposicio-
 nem, sensus literalis horum verborum est; Regem sumpturum ex filiis
 eorum, quosdam, ut Peditum loco serviant ad currendum ante ipsum; ju-
 venes sc. ad hoc aptos & idoneos; alios, ut sint Principes; alios qui Ter-
 ram ejus colant, immunes à negotiis regni: alios pro Artificibus & Opifi-
 cibus. Posteaquam egit de Filiis, loquitur etiam de Filiabus, & dicit, Re-
 gem ex illis sumpturum, pro Unguentariis, Coquinariis, & Panificis
 suis; Moris enim inter ipsos fuit, ut Edulia & cibos Regum Mulieres
 præpararent; idque, procul dubio, nullâ acceptâ mercede, sed gratis.

2. *Agros insuper vestros, & vineas vestras, & oliveta vestra optima accipiet, dabitq;
 servis suis.* Hæc, inquit, major adhuc est violentia, quod fundos vestros ac-
 cipiet, & inter servos suos eos est distributurus. Istud iterum docet, quod
 non agatur hic de Jure & judicio, sed de Oppressione & violentia maxi-
 ma. Nam si hoc juris fuit, cur non accepit Rex Achab vineam Nabothi
 Israelitæ? Cur Isabelem oportuit contra ipsum testari, quod maledixerit
 Deo, & Regi, ut morte afficeretur, & Achab vineam accipere posset, si de
 jure potuit accipere agros & vineas? Rabbini nostri scribunt, non accipere
 potuisse ipsum vineas & agros ipsos, sed fructus illorum, si servi illius opus haberent iis,
 ad bellum proficentes, & per loca illa transeuntes, non haberent aliud quod comedant;
 attamen pro pretio. Ego verò dico, quod non reperimus in Scriptura, de eo
 non posse eam explicari secundum sensum literalem: Item hæc omnia
 ex hac hypothesi dici, quasi ea Regi fuissent permissa, quæ hic dicuntur.
 Hinc, qui hanc sententiam sequuntur, omnia diverticula, omnesque vias
 querunt, quâ eam tueantur. Sed, ut dixi, continetur hic duntaxat tur-
 pium & vitiosarum actionum recensio, secundum sensum literalem.

3. *Et de seminibus vestris & vineis vestris capiet decimas, & dabit Eunuchs atq;
 servis suis.* Vult dicere; Rex, uti voluerit, capiet decimas ab omnibus pro-
 ventibus. Hoc adhuc prioribus gravius est. Sic enim assimilabitur Le-
 vitis & pauperibus, & faciet mensam suam, sicut mensam Altissimi.

4. *Servosq; vestros, & ancillas vestras, juvenesq; vestros optimos, asinosq; vestros
 tollet, ut iis faciat opus suum.* Vult dicere; Aliud quoque jugum vobis im-
 ponet, videlicet, quod præter Decimas de proventibus, insuper servos, an-
 cillas, asinos, & juvenes illorum, quibus ipsimet opus habent ad agricul-
 turam, accepturus sit pro ministris & famulis suis; ita ut non possint ipsi
 facere opus suum.

5. *De*

5. *De pecoribus vestris decimas capiet.* Vult dicere; Quamvis decimæ Altissimo soli debeantur ab iis quæ subeunt horreum & torcular, non contentus ille decimam Levitarum de his accipere, accipiet eas etiam de Pecoribus, quod est omnium durissimum. Sub Pecoribus autem etiam Boves comprehenduntur.

6. *Et vos eritis ei servi:* H. e. Etiam corpora vestra non erunt libera. Nam ex vobis mancipia faciet, & eritis sicut servi Cananæi. Rabbini nostri hoc explicant de Tributis, quæ ipsis sit impositurus, quia quod hic dicitur; *Et eritis ei servi:* id alibi dicitur; *Erunt tibi tributarii, servient tibi,* Deut. 20. 11. Addit, jugum & tyrannidem ejus ita violentam futuram, ut *Clamaturi sint ad Dominum.* Dicit hoc ideo, quia hominibus non licet rebellare Regi suo, sicut David inquit; *Quis immittens manum suam in unum Domini, innocens erit?* Possunt autem clamare ad Dominum sub tyrannide Regis ipsorum. Et quamvis Dominus propinquus sit omnibus invocantibus eum, tamen dicit; *Deum eos non exauditurum in die illa;* quod scilicet eos jam præmonuerat, ipsis verò ei non auscultarint. Sequitur; *Renuit verò populus audire vocem Samuelis,* h. e. Gravis fuit auris ipsorum, ne audirent, sed responderunt ei; *Nequaquam, sed Rex erit super nos,* & erimus nos quoq; sicut universæ gentes, &c. Volunt dicere; Non obstantibus omnibus quas adduxit rationibus, se tamen velle Regem, & quoad Oppressionem & Expilationem interminatam, futuras ut universæ gentes, atque toleraturas onus illud Regis & Principum, sicut illæ: hanc verò utilitatem ab eo accepturos, *ut eos judicet,* ante eos exeat, & pugnet bella ipsorum. Dicunt hoc ut innuant, Samuelem ob suam senectutem, Eli item, qui antecessor ejus fuit, quamvis essent Judices, non tamen processisse ad Bella ante filios Israelis; Regem verò processurum. Volunt ergo dicere; Quod licet Rex exerceat omnem istam tyrannidem & iniquitatem, quam dixit Samuel, sit tamen facturus inter eos judicium, & processurus in bellum; ac propterea æquum esse, ut patienter ferant jugum ejus, propter alias utilitates quas ab ipso sint percepturi: si accipiat & tollat de bonis ipsorum, eos tamen servaturus sit ab oppressoribus aliis, suo Judicio; & ab Inimicis, per sua Bella, atque ita utilitatem ejus fore generalem, damnum particulare. Imò quicquid ab ipsis accepturus sit, non fore expilationem aut oppressionem; sed æquum & justum, pro servitio quod ipsis præstet. Quia enim sit minister & Judex populi, Liberatorque ipsorum ab hostibus, æquum esse, ut ab illis accipiat quæ sibi necessaria: Dignus enim est operarius mercede suâ. Porro dicitur; *Samuelem dixisse omnia ista verba in auribus Jehova;* h. e. Orasse, & ex ipso quæsivisse, quidnam responsurus sit illis; Deum verò ei dixisse; *Audi*

450 DISSERTATIO III. DE JUDIC.

roem eorum, & constitue eis Regem; His verbis significatur, Israëlitas petuisse à Samuele, ut ipsis Regem daret, ac per consequens, Regis constituendi facultatem ei commisisse: ideo dicit Deus; Observa & attende ad verba ipsorum, quod omnia tue fidei & potestati committant, itaque morem illis gere, pro confessio accipe, & dic eis, te velle constituere eis Regem. Hoc intelligens Samuel, dixit ad populum, Itē quisq; in urbem suam, h. e. Acquiescite, Constituam vobis Regem, sicut dixistis. Quid amplius vultis? Itē singuli in urbes vestras, & ego faciam secundum verba vestra: Intellexit autem, Deum ele-
eturum Regem quem voluerit, se vero convocaturum & congregaturum Israelem, posteaquam intellexerit à Deo, quisnam Rex ipsorum futurus esset.

DISSE

DISSERTATIO TERTIA.

De

JUDICUM & REGUM
IN V.T. DIFFERENTIA:

Ex Præfatione Abarb: in Librum Josuæ;

Quanam fuerit, inter JUDICES & REGES,
tum Convenientia, tum Differentia.

 Go, rediligerter expensâ, inveni Judices & Reges convenire in Quinq; rebus; & in Quinq; aliis à se invicem distingui.

Prima convenientia est, quod, tam Judices quam Reges, sint ordinati à Domo Judicij, & acceptati à Iisraele.

De Judicibus enim ait Scriptura; Et suscitavit Dominus Judices, &c. quod intelligendum de Ordinatione eorum per Domum Judicij; De Acceptatione illorum ab Israëlitis, clarè idem invenitur; veluti cùm ad Gedeonem dicunt; Dominare nobis etiam tu, &c. Judic. 8. 22. & ad Jephtham; Et venies nobiscum, & pugnabis contra filios Ammon, & eris nobis dux & caput, Judic. 11. 8.

Nullum autem est dubium, quin Judices primò excitârunt Spiritus Domini, Spiritus consilii & fortitudinis. Cùm ergo viderent Israëlitæ, Nomen

Nomen Domini invocati super eis (i. e. eos Divinitus excitatos esse & instructos) eos elegerunt & in Judices ordinarunt per Domum Judicii.

De Regibus etiam res est evidens. Domus enim judicii magna (*Synedrium majus*) unxit eos, & Propheta: ac præterea Populus constituebat eos Reges, sicuti legimus de Saule, Davide, Salomone, & aliis. Hæc duo indicat Scriptura, dum ait; *Ponendo pones super te Regem, quem elegerit Dominus Deus tuus, Deut. 17. 15.* Hic enim per *Ponere regem*, intelligitur ejus Constitutio per populum; sed Electio Divina facta fuit per Prophetam, mediante Unctione.

Secunda convenientia est, quod utrique, tam Judices quam Reges, fuerint præfetti Bellis, ut egredierentur & ingredierentur ante populum; deinde etiam *Judicis*. Ideo dicitur de Othriele filio Kenas; *Et fuit super ipsum Spiritus Domini, & judicavit Israëlem, & egressus est in bellum, &c.* Judic. 3. 10. Sic de cæteris quoque Judicibus dicitur, quod gesserint Bella Domini, & Judicaverint Israëlem. Quod autem de quibusdam Judicibus nihil legamus de Bellis, sed tantum de Judicio, sicut de Tholâ, Jair, Iban, Elon, & Abhdon: de quibusdam, quod Bella gesserint, sed non quod Judicaverint Israëlem, ut de Gedeone, & Abimelecho filio ejus; id inde factum, quod nulla fuerint bella in diebus ipsorum, sed in Judicando tantum occupati fuerint: in quibusdam fuerit contrarium. Officium tamen illorum consistebat in utroque simul.

De Regibus etiam, quod illorum gubernatio circa utrumque versata fuerit, res est clara, sicuti ex eo patet, quod Israëlitæ dixerunt, cum Regem peterent; Et judicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos & geret bella nostra, 1. Sam. 8. 20.

Tertia convenientia est, quod Reges & Judices omnes, plesterent & punirent quandoque extraordinariis modis, non secundum Legem, prout sc. Res & Tempus requirere ipsis videbatur. Hinc faciebant Judices Israëlis multa contra normam Judicij & communes ritus seu consuetudines præscriptas, eò quod essent Temporarii. Sic legimus, Gedeonem, eò quod Viri Succoth, & viri Penuel, viris ipsius non dederint panem, cum persequeretur Sebhach & Tzalmynnam, triturârit carnem eorum spinis deserti & tribulis, occideritq; omnes viros Penuel, Judic. 8. quod non fuit secundum Legem. Sic Jephthe, cum excanduisset contra filios Ephraim, propter id quod dixerunt abjecti illi Ephraim, &c. Judic. 12. §. 4. Cepit vada Jardenis, & dicebat singulis transiuntibus Ephraimitis, *Dic Schibboleth, apprehenditq; illos, qui id non recte pronunciarent, eosq; jugulavit in vadis Jardenis.* An hoc fuit secundum normam judicij? Ideo dixerunt Sapientes nostri in Massécheth Sanhe-

452 DISSERTATIO III. DE JUDIC.

drin, cap. י' נָגֵר הַדָּבָר; Traditio est; R. Elieserem dixisse, Audivi, quod domus iudicij plecent & puniant quandoq; præter normam iudicij & Legis; non ut transgrediantur verba Legis, sed ad faciendam sepem Legi, &c. Ibidem adducunt quasdam hujus rei historias & exempla. De Regibus idem quoque clarum est. Ideò enim occidit David Amalekitam, qui dixit quod occiderit Saulem, quamvis nemo occidi vel supplicio capitali affici debeat, ubi non adsunt testes; & nemo seipsum (propriâ confessione sc.) reum possit facere. Et cum Nathan Propheta narrasset historiam viri Divitis, accipientis agnicolam viri pauperis, dixit David; Ut vivit Dominus, vir mortis est qui fecit hoc; &c. Omnia haec facta sunt necessitate temporis sic requirente.

Quarto convenienter Reges & Judices in Veneratione & Honore, utrisque debito, ut qui illis est rebellis, Mortis reus sit. De Judice ait Lex; Vir autem qui fecerit per superbiam, ut non obediatur sacerdoti, aut Judici, morietur vir ille, &c. Deuter. 17. 12. Hinc morte multavit Gideon viros Penuel, & viros Succoth; quia iudicavit eos tanquam rebelles contra se, & mortem committeritos propterea, quod transgressi essent præceptum ejus. De Regibus autem Rabbini nostri concluserunt id ex eo, quod de Josua scriptum legimus; Omnis vir qui rebellaverit ori tuo, & non obediverit verbis tuis, in omnibus que præcipes ei, occidetur; Jos. 1. v. 18. Ad id scribunt in capite י' נָגֵר; Omnis vir qui rebellaverit ori tuo; Annon etiam occidendum, qui rebellaverit verbis Legis? Ad hoc responsum suppedat quod dicitur; Tantum roborare & fortis esto, Jos. 1. v. 7. Ideo dixerunt; Etiam qui maledicit Regi, eum potest Rex morte plectere, sicut David fecit Simei filio Gera; qui, quod rebellis esset editio regis, reus mortis fuit.

Quinta convenientia est, Successio continua temporis, tam Judicum, quam Regum. Quemadmodum enim nullum fuit tempus, quo nullus fuerit Rex in Israële, ab eo tempore quo Reges incepérunt: sic mea sententiâ, toto tempore Judicum, nullum fuit Israëli tempus sine Judice, nisi quod in diebus illorum quandoque Israëlitæ mancipati fuerint inimicis suis, quandoque ab illis fuerint servi. Idcirco comprehenduntur anni servitutis sub anni Judicum, sicut explicabo D. V. Quod ideo factum, ut ex annis illorum sciremus Dies mundi, & singularum generationum. Non enim possumus aliter scire numerum annorum præteriorum, nisi ex annis Judicum & Regum. Hinc legimus in Schemoth rabba; quod Deus monstraverit Moysi in monte Sinai librum Adami primi, in quo scriptæ fuerint omnes generationes futurae singulis etatibus, illarum Gubernatores & Reges, &c. In quibus ipsorum verbis notandum, quod æquarint Gubernatores & Judices Regibus, quia omnes continua successione se invicem consequuntur. Quod vero dicitur in fine istius libri; Non erat Rex in Israële; id explicabo suo loco. Non enim hoc

hoc vult dicere, Israëlitas fuisse sine Judice, sed quod tūm non fuerit Judex in medio Israëlis: Judex enim tūm erat Samson, sed eo tempore non fuit in Israële, verū ligatus & captivus erat in manibus Philistæorum.

Hac sunt Quinq^u, illa, in quibus convenient Judices & Reges.

Differentia quinq^u, Iudicium & Regum, sunt sequentes;

Prima differentia est; quod Regum Electio facta sit à Deo per Unctionem. De Unctione autem hæc quinque sunt tenenda, 1. Ungens, 2. Unctus. 3. Quo unctio facta fuerit? 4. Modus Unctionis, & 5. Locus Unctionis.

Qui unxit, fuit Propheta tantum; Nam neque Sacerdos magnus, nec quivis aliis homo, potest Ungere Regem, sed duntaxat Propheta, sicut Samuel unxit Saulem & Davidem; Nathan Salomonem; & Achijas Jeroboamum.

Qui unctus fuit, fuit Rex, quem Deus primò elegit, ut Saulem, Davidem, Jeroboamum, Jehū. Non ungitur in Regem Filius Regis; quia jam unctus est per Unctionem Patris sui primam; nisi tamen fuerit controversia aut lis de hæreditate regni: hoc enim casu ungunt filium Regis, ad dubium tollendum. Ideò unixerunt Salomonem propter Adonijam, & Joasum propter Otoljam, & Jehoachasum propter Jehojakimum.

Quo autem unctus fuerit, explicarunt Sapientes nostri, dicentes; Reges dominus Davidis ungunt oleo unctionis, & vas in quo oleum illud est, vocatur Cornu: Reges autem Israëlis non ungunt, nisi illis fuerit controversia, & etiam sic non ungunt eos nisi oleo Balsami. Ideò vocatur vas, in quo illud est, ¶.

Quomodo unctus fuerit? De Forma Unctionis tradiderunt, quod fecerint figuram Coronæ in fronte, inter oculos Regis, deinde de illo oleo super caput ejus effuderint. Unde orta est consuetudo Ungendi Reges Galliae Oleo peculiari sancto, quod habent in fano S. Dionysii: Reliquos reges Edom, i. e. Christianorum, non ungunt, sed impontint coronam auream capiti ipsorum, sicut & hīc Coronæ figura fuit, quæ siebat oleo in fronte inter oculos ipsius.

In quonam verò loco ungebatur? Reges Jehudæ, qui veri fuerunt Reges, tradiderunt unctos fuisse Hierosolymis, & juxta Fontem (ex 1. Reg. l. §. 33. ubi David jubet filium suum Salomonem deducere ad Gichon fluvium, & ibi in Regem ungere, in signum, Regnū ejus instar fontis perenne fore): Reges verò Israëlis non unixerunt Hierosolymis, neque juxta Fontem, sed in omni loco, si ei controversia mota fuerit.

Hæc quinque comprehenduntur sub Unctione, sicut adduxerunt Sapientes nostri in Tractatu הַוְיִתָּה, & כְּרִתָּתָה. Omnia hæc siebant in Unctione, quod ea signum proprium & peculiare fuerit Electionis Divinæ in Regem. Ideò vocavit David seipsum בֶּן יְשֻׁעָה מֶשִׁיחַ אֶלְ�הִים Unctum Dei Jacob,

Ideo etiam dicit; *Quis mittet manum suam in Unctum Domini, & innocens erit?*
 Judices autem non habuerunt Unctionem ullam. Et hæc est differentia prima. Fusiūs autem & perfectè hac de re agam in Sectione prima libri Regum, in Unctione Salomonis.

Secunda differentia est Eminentia Regis; quod ejus Officium non adstrictum erat ad Judiciorum normam, & ad judicandum inter Virum & proximum ejus (inter privatos quosque) secundum ~~azeibas~~ Legis; sed tantum occupatum in conservatione salutis publicæ servando populum ab inimicis ejus, & decidendo judicium extraordinariè, prout Rerum & Temporis circumstantia requirebat, non per modum judicii congrui & accurati. Judices autem aliter; quia Officium illorum proprium erat, Judicare juxta praescriptum Legis, & Judicium legitimum. Annon enim vides, quod Lex in sectione ~~וְתָמֵן~~ præceperit, ut sit Domus judicii minoris (Synedrium minus) in unaquaque urbe, sicut dicitur; *Judices & Examtores constitues in omnibus portis tuis: & in sectione נֶגֶד, de Synedrio magno (quod erat Hierosolymis) & de Judice, qui est maximus inter omnes, vices agens Mosis Domini nostri, quum staret cum septuaginta senioribus, de quibus dicitur; Et indicabunt tibi rem judicii, & facies juxta verbum quod indicabunt tibi, &c. Deut. 17. y. 10. juxta praescriptum Legis, quam docebunt te, &c. Ibid. y. 11.* Ita ut officii illorum propriè, primò, & peculiariter fuerit, Judicare secundum judicium justum & exactum, unde etiam vocati fuerunt *Judices*. Quod si legantur Judices quidam egressi esse ad Bella, & traditam esse ipsis potestatem absolutam ad judicandum pro ratione temporis, & non strictè secundum verba Legis; id non factum est ab eis, quatenus fuerunt Judices, sed quia tunc temporis nullus adhuc erat in Israele Rex, & sic utramque potestatem habebant, & Judicium, & Regum (quod etiam R. Nissim obseruavit); ac proinde quandoque tropicè ipsis Nomen Regis tributum fuit; ut, *Et Regem constituerunt Abimelechum in Sichem, &c. Judic. 9. 6.* qui tamen *Judex* fuit. Hinc quoque est illud; *Et eo tempore nullus erat Rex in Israele, Judic. 17. 6. & 28. 1. & 21. 25.* De hoc etiam Rabbini nostri jam monuerunt, ad id quod scriptum est; *Et fuit in Israele Rex, Deut. 33. 5.* Dixerūt; *Hic est Moses: nam ubi non est Rex, maximus illius generationis est sicut Rex.* Ex his apparent, Judicis officium tantum, propriè & per se, esse judicare judicium ordinarium & exactum secundum Leges: aut, si ultra hoc egerit, id fecisse, non ut Judicem, sed quatenus, vel à Rege id faciendi facultatem accepit, vel in defectu Regis ejus vices egit. Sed Regis officium non fuisse in administrando strictè Judicio; verum in bellis gerendis, & rebus dijudicandis potestate absolutâ, prout res & necessitas requisivit, Idcirco dixerunt

xerunt Sapientes nostri, Reges Israëlis nec judicare, nec judicari. Hinc fuerunt in Israële Reges & Judices: & Rex potuit abrogare judicium Judicis, sed non vice versa. Et hæc est differentia secunda.

Tertia differentia est in Præceptis, ad quæ Rex fuit obligatus, quatenus Rex; à quibus judex fuit liber. Veluti, ne multipliceat sibi uxores, ne multipliceat sibi equos, ne nimis multipliceat sibi argentum & aurum, ne se inebriet, sicut dicitur; *Non est Regum, ô Lemuel, non est Regum bibere vinum, & principum non est potus inebrians*, Prov. 31. 3. Item, Describere pro se Librum Legis, præter eum librum, quem reliquerat ei pater ipsius; & alia, quorum meminerunt Rabbini nostri de Regibus, à quibus immunes erant Judices. Causa hujus rei est; quia Judices magis ad stricti sunt judiciis Legis quam Reges; unde necessarium fuit, ut Lex moneret Regem, ne sectetur suas concupiscentias, ne indulgeat voluptatibus, avaritiae, superbiæ, utque describeret librum Legis pro seipso, neque ab eo recedat: Item, ne cor suum se efficeret supra fratres suos, & ne recederet à præceptis vel ad dexteram vel ad sinistram. Omnia hæc, ne Rex cogitet, se exemptum esse à Judiciis Legis, & præceptis ejus, eò quod sit Rex. Judices autem, quod subjecti essent judiciis & Legibus, ad illa non obstringebantur, sed ab eis immunes erant, ut reliqui Israëlitæ omnes. Et hæc est differentia tertia.

Quarta differentia est in Rebus quæ ad Dignitatem seu Majestatem Regis spectant secundum legem, quas Judices non habuerunt. Earum quædam pertinuerunt ad ipsius Honorem; veluti, quod nemini fas erat sedere in solio ipsius, equo ejus velhi, sceptro, vel quoquam alio ornamento ejus, uti, ducere ipsius viduam, Leviri jus non præstabat, vel ejus causâ calceū exuebat, nec vice versa, Leviratus jure uxoris ejus quisquā ducebatur: prohibitū erat, à quoquā videri nudus, cùm esset in balneo, vel quando tondebar; omnes, Israëlite, imò & Propheta, prosternebant se coram eo. Omnes iste dignitates, & alie quas coñemorant Sapientes nostri, induluae fuerunt Regi, non itidē Judici. Quedam (illarum dignitatum) pertinuerunt ad ipsius commoda & possessiones. De his dixerunt Sapientes nostri, quod omnia ea, quæ scripta sunt in sectione Mosaica, ubi de Rege agitur, Regi concessa fuerint, ubi inter cætera dicitur; *Oleas & vineas vestras accipiet, &c. Et seimentem vestram, & Vineas vestras decimabit, &c. Etiam pro servis & ancillis filios & filias vestras accipiet, &c.* Et in fine; *Vos autem eritis ei in servos*; de quibus omnibus agam in libro Samuelis. Tradiderunt etiam Rabbini nostri, Regi fas fuisse, tollere tributa à populo, pro necessitatibus suis, aut pro necessitatibus belli, vestigalia exigere, nec licuisse cuiquam subterfugere, vel denegare illa: potuit etiam decernere, ut is, qui defraudarit vestigia, morte multetur, omnia etiam eorum,

456 DISSERT. III. DE JUD. ET REG. IN V.T. DIF.

eorum, quos Rex morte plecebat, bona & facultates, erant Regis: omnes denique terræ, quas ipse subegit, ipsius erant. Omnes has & alias dignitates ac prærogativas habebat Rex, quas Judex non habebat. Et hæc est differentia quarta.

Quinta differentia est, quod, ex quo unctus fuit Rex, Corona Regia ad ipsum & filios ejus pertinuerit in sæculum. Regnum quippe hæreditarium fuit ipsi, sicut dicitur; *Ut prolonget dies in regno suo, ipse & filii ejus, in medio Israëlis,* Deut. 17. 20. Traditione etiam accepimus, quod si filium minorenem reliquerit, Regnum ei servatum fuerit, donec adolesceret, & majorenus fieret, sicut Jehojadah fecit Joaso; Et omnis qui prior est in Bonis, prior est in Hæreditate regni: & omnis filius natu major, præcedit minorem. Quod legimus, Deum transtulisse Regnum à Saule, & aliis Regibus impiis, id factum fuit propter peccata ipsorum. Judices autem non transmittebant hæreditario jure principatum suum ad filios suos. Fuit enim res ipsis peculiares vel singularis in specie, propter ipsorum Fortitudinem, Prudentiam. & Pietatem. Et quamvis Israëlitæ dixerint ad Gedeonem; *Dominare super nos, & tu, & filius tuus, & filius filii tui,* &c. Judic. 8. 22. id factum est ex mero erga ipsum amore, non quod de jure ad id obligati essent. Unde hoc ab ipso responsum tulerunt; *Non dominabor ego super vos, neq; filius meus dominabitur super vos, Dominus dominabitur vobis.* Quin & ipsi postea id retractarunt, neque regnare fecerunt filios ejus.

Sic ergo explicatum est, non eandem fuisse rationem Judicum & Regum, quamvis Judices in hoc libro commemorati, ob defectum Regum, & Judicum, & Regum potestatem haberint.



DISSE-

DISSE~~T~~^ATIO QUARTA.

De

MIRACULOSA STATIONE
SOLIS, TEMPORE JOSUÆ;

Ex eodem A BARBENELE,

Ad Josuæ Caput DECIMU M.

Quia hæc Historia quasi Scopus est omnium Interpretum, in quem suas sagittas mittant, idcirco visum est mihi paulò fusiūs hīc eam pertractare. Ut verò omnia, quæ illi de hac re scripserunt, & simul quæ Scriptura habet, comprehendam; *Sex Questiones* de ea proponam; & primò quidem per modum *Quarendi*; deinde per tripartitam Dissertationem docebo, 1. *De eo quod apud Sapientes nostros hac de re invenitur*; 2. *Quomodo solvenda sint illa Dubia, quæ continentur in Questionibus?* 3. *Quomodo Textus verba literaliter, ex mea mente, sint explicanda?*

Prima Quæstio est; *Quenam sit Causa Efficiens hujus Miraculi? An Deus Opt. Max.? an verò Intellectus agens?*

R. Leviben Gerson in suo libro *"הנחות ה. e. Bellorum Domini"*, cap. 10. parte 2. scribit, *Causam Efficientem omnium miraculorum in genere, esse Intellectum agentem, non Deum Benedictum*. Probat hoc 1. inde, quod Intellectus agens ostendat Prophetæ prodigia antequam veniant; quod facere non posset, nisi esset Efficientis illorum: 2. quia sic foret mutatio & innovatio scientie in Deo: 3. quia opus Intellectus agentis naturale perfectius & magis durable foret, quam opus Dei in miraculis, quod est corruptio, & res non perpetua. Adeoque dicit, *Intellectui agenti, quatenus novit ordinem rerum harum, competere aquæ Opera miraculosa, atq; opera naturalia omnia.*

Secunda Quæstio est; *Quisnam fuerit Finis miraculi hujus?*

Cùm Finis prior sit in cogitatione, necesse est ut præcedat ejus cognitio. Et dicunt Philosophi, *Finem facere vel ad acquirendam doctrinam & perfectionem aliquam Anima, vel ad acquirendum Bonum corporale*. Quod si verò mi-

M m m

raculum hoc fuisse dicatur in eo, quod Sol substitit in motu suo, nullum scimus ejus finem. Nam victoriam in bello fecit Deus etiam antea, circa stationem solis; quando vel Verbum unum dicit, salus ejus adest momento oculi. De quo etiam monuit R. Levi ben Gerson, in Commentario suo ad hunc locum, ut nil dicam quod etiam salus potuisset fieri ab ipso per lapides, super illos e cælis projectos, idque tam de die, quam de nocte.

Tertia Quæstio est, De Materia istius miraculi; An Miraculum fuerit in corpore cœlesti otioso redditio, vel destruatio, aut retardatio à motu suo; an in salute & acceleratione victorie?

Suprà citatus author in dicto libro, & in Commentariis suis quoque, scribit; Miraculum fuisse in bellicæ Victoriæ celeritate, non verò in Sphæra solis. Probat id ex Causa effidente, quæ ipsi est Intellectus agens, qui influentiam accipit à corporibus cœlestibus, neque vim habet in illa agendi: tūm etiam à Fine; quia sic magnum istud miraculum nullum finem habuisset proprium. Alii id inde arguunt, quod Mundus non posset subsistere, si sphæra diurna quiesceret; item, quod, cūm figuræ sit sphæricæ, non possit quiescere. R. Moses Majemonides in libro More par. 2. cap. 35. innuit Miraculum hoc fuisse ex parte Israëlitarum, non ex parte Sphæræ; quamvis tectè & breviter ibi mentem suam explicet. Sed & Scriptura ipsa hic sibi videtur esse contraria, dum dicit; Et substitit sol, quo docet, Miraculum in Sole fuisse: & dum dicit; Et non fuit sicut dies illa ante eam, &c. quia Dominus pugnavit pro Israële, videtur docere, Miraculum fuisse in Bello.

Quarta Quæstio est de Forma: An, si Miraculum fuit in corpore cœlesti, fuerit in Cessatione ejus à motu, ejusq; Quietè per se? an vero in Retardatione motus, ita ut solito tardior fuerit, sicut sensit R. Chasdai in libro 'בְּרִיאָה'?

Atque hic iterum Scriptura videtur pugnantia dicere. Dum enim dicit; Et exspectavit Sol, & substitit sol; docet, Motum ejus cessasse: dum dicit; Et non festinavit occumbere, docet, illum non velociter, sed tardè cursum suum peregisse.

Quinta Quæstio est de Initio hujus miraculi, & ejus Duratione. Nam si miraculum fuit in Subsistentia solis, aut in Salute bellica, quæritur; In quantum statu vel situ fuerit sol, quando hoc contigit? An in meridie, ut vult R. Levi ben Gerson? aut tempore occasus ejus, ut vult R. Chasdai? Et hic etiam Scriptura sibi videtur contrariari. Dum enim dicitur; Sol in Gibeon exspecta, & Luna in valle Ajalon: Item; Et non festinavit occumbere quasi die integra; videtur docere, hoc factum esse prope occasum. Dùm vero dicitur; Et substitit Sol in medio

medio celi, videtur docere, in meridie id esse factum: Item quæritur, An per horas multas duraverit miraculum, ut volunt Rabbini nostri, an vero tantum per horam dimidiariam, ut ruit Rabbi Chasdai?

Sexta quæstio, de Medio, per quod Miraculum hoc factum fuit, Prophetâ sc. An hoc miraculum doceat illum digniorem fuisse ceteris Prophetis, atq; adeo Mose ipso?

Nam, si Miraculum fuit in Materia Sphæræ, sequitur, Dignitatem Josuæ fuisse supra dignitatem Mosis: quia Prophetia æstimatur à præstantia Miraculorum, & hæc æstimantur pro ratione Subjecti in quo fiunt. Quia ergo Corpus cælestis præstantius est materiâ inferiore & terrestri, miraculum quoque Josuæ præstantius fuerit miraculis Mosis. Atqui Scriptura dicit de Mose; *Et non surrexit ultra Propheta in Israële, &c. secundum omnia signa & prodigia.* De hoc etiam aliquid monuit R. Levi ben Gerson in libro suo citato, & in Commentariis.

Præter sex has Quæstiones, dicemus de aliis adhuc nonnullis Dubiis, quæ circa hos versus occurrunt, secundum sensum literalem, in Consideratione nostrâ tertiatâ. His sic præmissis, ad nostras Dissertationes accedemus.

Prima Dissertatione est *De eo quod hac de re apud Talmudicos reperitur.* In Avoda sara cap. 2. ad hæc verba, Et substitut Sol; scribitur: *Quamdiu substitut?* R. Joshua ben Levi dicit 24. horis; sex sc. ivit & sex substitut: sex alii iterum ivit, & substitut sex horis, per diem integrum. R. Elieser dixit; 36. horis; sex sc. ivit, & duodecim stetit: iterum ivit sex, & substitut duodecim, & statio ejus fuit per diem integrum: Samuel bar Nachmani dixit; 48. horis; sex sc. ivit, & duodecim stetit: iterum sex ivit, & stetit viginti quatuor horis, neque festinavit occumbere quasi per diem integrum. In Tosephet sunt qui dicant, quosdam dissentire, &c.

Ex his animadverte, tres istos Rabbinos constituere & tradere quatuor principia de hac quæstione, in quibus convenient;

1. *Miraculum hoc consistere in cessatione motus sphera, & quiete ejus.* Eliciunt hoc ex eo quod dicitur; *Et exspectavit Sol, & stetit Sol.*

2. *Principium hujus miraculi fuisse in meridie.* Id tradunt ex eo quod dicitur; *Et substitut sol in medio celi.*

3. *Bis substitutisse Solem eo die.* Tradunt id ex eo quod dicitur; *Et exspectavit Sol, & substitut sol:* Item; *Et substitut Sol in medio celi, h. e. in meridie;* quæ fuerit statio prima: *Et non festinavit occumbere quasi diem integrum,* quod intelligunt de tempore occasiūs, quod tunc substitut secundò.

4. *Ivisse Solem eo die per 6. horas, à manu usq; ad meridiem, & tunc substitutisse: iterum ivisse per 6. horas alias, & substitutisse, atq; sic itinē ejus utraq; vice fuisse 6. horas.*

rum. Nam quia principium miraculi fuerit in medio cæli, juxta Rabbinos nostros, & dies 12. constat horis, sequitur, Solem ivisse manè ab exortu solis usque ad meridiem per sex horas, & secundâ vice totidem horas alias, ad complendum diem integrum.

In his quatuor principiis non est ulla inter ipsos diffensio.

Dissentient autem de Tempore Stationum, & Duratione earum.

R. Jehosuæ sententia fuit, Itiones & Stationes fuisse æquales, sex sc. horarum, & hoc esse quod dicitur; *Quasi per diem integrum*, q. diceretur; Itionem & Quietem conjunctim durasse per 24. horas, quæ faciunt diem integrum, constantem Die & Nocte.

R. Eliefer sensit, unamquamque ejus stationem duplam fuisse motū, duodecim sc. horarum, ut utraque fuerit 24. horarum.

Pro hoc adducunt, quod dicitur; *Et non festinavit occumbere quasi diem integrum*; quod volunt innuere, stationem utramque fuisse 24. horarum, quasi diem integrum, qui tot horis constat.

R. Samuel ben Nachmani dicit; Verba hæc; *Et non festinavit occumbere*, non intelligenda esse nisi de statione posteriore sola, quod illa fuerit per diem integrum 24. horarum: de quiete prima consentit cum R. Eleasare, quod fuerit 12. horarum; quia omnis statio solis absolutè, sit 12. horarum, sicut sc. de nocte, dum est sub terra.

Alii verò dicunt, dissensionem fuisse inter istos Sapientes de *Additione h. e. de Tempore quietum seu stationum*, quas R. Jehosuah existimavit, 24. horis illas omnes constitisse, & R. Elieser 36. R. Samuel 48.

Ibidem etiam scribunt; *Liber Recli cuius fit mentio, est Liber Abrahami, Isaaci, & Jacobi, qui Recti vocantur, sicut dicitur; Moriatur anima mea morte rectorum; h. e. Liber Geneseos.* Ubi verò indicium hujus miraculi est? (sc. in libro Geneseos)? Ibi ubi dicitur; Et semen ejus erit plenitudo gentium, Genes. 48. 19. Quando erit Plenitudo gentium? Quando sc. Sol substitutus Jehosua. R. Elieser dicit; Est liber Deuteronomii, sicut scriptum est in eo; Et facies rectum & bonum, Deut. 6. 18. Ubi verò in eo est indicium hujus rei? Ubi scriptum est; Ipsius populos cornupetet simul usque ad fines terræ, Deut. 33. 17. quando sc. Sol substitutus Jehosua. R. Samuel ben Nachmani dixit; Est liber Judicium, &c. Ibidem porro scribitur; Traditio est; quemadmodum Sol substitutus Jehosua, sic substitutus etiam Mosi & Nicodemo filio Gorionis. De Mose arguant id ex eo quod scriptum est; Die hoc incipiam dare pavorem tuum, & formidinem tuam super faciem populorum, &c. Deut. 2. 25. Similiter enim de Josua legitur; Die hoc incipiam magnificare Te, Jof. 3. 7. Item ex locis aliis.

Hæc est sententia Rabbinorum nostrorum de hoc Miraculo. Et ex his existimant solvi

Solvi posse quæstiones quasdam præcedentes propositas. Quamvis autem loca Scripturæ aliter etiam explicari possint, quæ illi faciunt; tamen eorum sententiam non decet nos rejicere; quia vera est & consentiens sensui literali Scripturarum.

Quomodo verò solvenda sint Dubia proposita, juxta mentem meam? nunc dicam.

Secunda enim nostra Dissertatio erit de Responsione ad præmissas Quæstiones.

Quod ergo attinet ad Questionem primam, de Causâ Efficiente hujus Miraculi; dico; quod ad sententiam de Intellectu agente, formas largiente, eam amplexos esse posteriores ex Sapientibus Ismaëlitarum, quos sequi sunt multi ex Sapientibus gentis nostræ. Quod revera fuit offendiculum, & lapis offensionis coram filiis Israel. Crediderunt enim, eum (sc. Intellectum agentem) esse datorem formarum, qui reddit animam nostram Intellectualem vivam, & Rupis, quæ eos genuit, (h. e. Dei) oblii sunt, de qua dicitur; *קְרָבֵן כִּי רַוְעֲנָה* *Quia spiritus à facie mea induit corpus, & animas ego feci;* Jesa. 57. 16. ubi de Generatione Spirituum, & reliquis Animalibus materiis, dicit, *מִלְפָנָי עַשְׂתִּי* *A facie mea induit corpus: Sed de Anima Intellectuali dicit; וְנַפְשׁוֹת אֲגַעַשְׁתִּי* *Et animas ego feci.* Crediderunt insuper, eum (Intellectum agentem) esse Fasciculum viventium, (Summum & supremum hominis bonum) & Mercedem animalium esse conjunctionem cum eo post mortem. Unde juxta eos sequitur, quod in illo uniantur (animæ sc.), & eadem sit ratio pii & impii, neque credunt verbis Mulieris illius sapientis, quæ dixit; *Et erit anima Domini ligata in fasciculo viventium, cum Domino Deo tuo;* 1. Sam. 25. 29, quibus verbis explicat, quod Fasciculus iste viventium sit Deus Opt. Max: Crediderunt, eum esse Custodem & Conservatorem mundi hujus, neque considerarunt id quod Rex David dixit; *Verbo Domini cali facti sunt, &c. nam ipse dixit & adfuit, &c. beata gens cuius Dominus est Deus, &c. è cœlis prospicit Dominus, videt omnes filios hominum, ex habitaculo secessionis sue prospicit super omnes habitatores terræ:* *Qui formavit simul cor eorum, considerat omnia opera eorum, &c.* Ps. 33. 6. 9. 12. 13. 14. ubi explicat, quod ille Deus, qui creavit mundum, sit Deus Israëlis, & elegerit eos, suaque providentiâ gubernet & conservet mundum hunc: Crediderunt insuper, eum esse qui Influentiâ suâ Prophetas faciat prophetare; unde secundum eos sequitur, Prophetiam esse rem naturalem, & falsitatis redargunt verba Prophetæ Jesaiæ cap. 42. 5. *Sic dicit Deus Jehovah creator calorum, & extendens eos, expandens terram, & germina ejus, dans animam populo qui est super eam, & spiritum ambulantibus per eam:* *Ego Jehovah vocavi te in iustitia, & apprehendam manus*

DISSERTATIO IV.

tuam, & custodiam te, &c. quibus verbis exponit, Deum esse qui creavit cælum & terram, Ipsum indere animam, ipsum loqui facere Prophetam, & apprehendere vel confortare eum, ad perfectum reddendum populum per manum ejus, sicut dicitur; *Ad aperiendum oculos cacos, &c.* Ibid. v. 7. Et licet hoc aliquando mediæ fiat, tamen inde non sequitur, non à Deo esse Prophetiam, per Voluntatem ejus absolutam & specialem, & per miraculum. Expressa quippe sunt verba; *Ego Jehovah, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo,* Ibid. v. 8. Præterea credunt, eum esse Causam Efficientem vel Authorem Miraculorum omnium, non vero Deum, & sic obliviscuntur ejus quod Moses dixit; *Quis sicut tu inter fortis Domine? Quis sicut tu magnificus in sanctitate, terribilis laudibus, faciens mirabilia?* Exod. 15. ii. Item ejus quod Psaltes dicit; *Tu es Deus, qui facis mirabile,* Psal. 77. 15. Et iterum David Psalm. 136. 4. &c. *Celebrate Dominum Dominorum, &c. qui facit miracula magna solus, &c. qui fecit calos cum intelligentia, &c. qui extendit terram super aquas, &c. qui fecit luminaria magna, &c. Solem in dominium in die, &c.* Eum qui percusſit Aegyptios in primogenitis eorum, &c. Ubi exponit, Deum esse Deum Deorum, h.e. causam intelligentiarum abstractarum, (Angelorum) & Dominum Dominorum, h. e. Dominum sphærarum, quæ sunt Domini terræ, sicut explicarunt Rabbini nostri in Mechilta, & in More adducitur par. 2. cap. 6. Eum ipsum, qui creavit mundum, esse quoque authorem miraculorum; neq; in iis quenquam alium Deum juxta se agnoscere. Et necesse est rem ita se habere: quia Miraculosa opera sunt species creationis voluntariæ seu arbitriariæ, quæ soli Deo attribuitur, neque sunt de naturæ cursu ordinario, qui adscribitur Astris, & soli Exercitui cælorum, aut Intellectui agenti, ex sententia credentium illum. Ah Domine, quid dicam, posteaquam invertit Israel verba Dei vivi, & posuerunt faciem suam instar silicis, dicendo, quod Deus & Dominus, de quo loquuntur Prophetæ, & cujus sunt opera miraculosa, sit nomen Intellectus agentis? Væ auribus meis, quod talia audire cogantur! De illis revera dici potest, quod apud Prophetam exstat; *Negaverunt Jehovam, & dixerunt, Non est Ipse,* Jerem. 5. 12. & mutarunt Gloriam ejus in Intellectum abstractum, ultimum, & minimum Intelligentiarum, dicentes de eo; *Hic est Deus tuus, ô Israel, qui eduxit te è terra Aegypti:* Attoniti estote & obstupescite, ô cæli, super hoc! Ecce sapientia filiorum Edom (Christianorum) est incomparabilis, & intelligentia intelligentum ejus abscondita, quia est immensa, & genuerunt sibi viros Sapientes, intelligentes, & celebres, adduxerunt consilium, & fecerunt judicium (que recta sunt scriperunt) in Arte Logica, Physica, Metaphysicis, & Mathematicis, sapientiamque in his

in his majorem habent, quām omnes filii Orientis, neque finis est librorum ipsorum, quos de his rebus conscriperunt. Atque cum his etiam conjunxerunt studium Legis Mosis, Viri Dei, fecerunt ex ea coronas sibi. Transite ad Insulas Citthæorum (*Romanorum, Christianorum*) & videte, num sit ex illis qui dubitet de Novitate (*i. e. ortu*) mundi, aut de Miraculis; Videte quæ scripserunt de Anima, & ejus Immortalitate, de Prophetia, & Prodigis; an sit inter eos qui vel os aperiat & contradicat iis quæ in Lege de his extant, quamvis in omnibus disciplinis humanis exercitatisimi sint! Et Israëlitæ fovebunt verba quæ non sunt recta & cum Lege convenientia, contra Deum, & contra Unctum ejus, de Novitate Mundi, de Providentia Dei, de ejus Scientia, de Anima ejusque immortalitate, de Miraculis, & reliquis rebus credendis? Ecce populus iste stultus & insipiens (*Deut. 32. 6.*) qui ceciderunt in foveas profundas nec resurgent (*Psal. 140. 11.*), scribunt ista in libris publicè, ut legi facile à quibusvis queant! Aspice & videte, num sit dolor sicut dolor noster! Ascendent Servatores è monte Edom (*ex Christianis*), & prudentes è monte Esau, qui rectè sentiunt in suis dogmati, quamvis sint populus ambulans in via Intelligentiæ & rationis suæ, qui non videbunt lumen Prophetiæ, quæque non habitavit in viris ipsorum; & Viri Israëlitæ, qui sunt de filiis Prophetarum, facient placetas Reginæ seu Operi cœli (*Jerem. 7. 18.*) R. Abner, R. Jehosuah Narbonensis, Aben Caspi, R. Isaac Albalag, R. Chanoch Sirfa, & multi alii; & sine scientia ostentabunt seipso sapientes, loquendo contra Dominum erronea? Unusquisque eorum efferet se, dicendo; *Ego regnabo, & princeps ero in Israële;* impudenter & protervè Legi se opponendo! Et quid opus ut multis hīc adducam nomina eorum, cū meus Antagonista, R. Levi ben Gerson, librum scripserit, qui publicè hac de re testatur, & in quo sententiam suam planè & apertè aperuit? De Novitate Mundi scripsit, præcessisse quandam materiam informem: De Anima, De Prophetia, de Signis & prodigiis ea scripsit, quæ ne quidem audire licet, multò minus credere. De his rebus ago in libro meo י'רְבָּהַן whom pro nostris compono, ubi accuratè & solide istas quæstiones examino & discussio, ut & Vias Sapientiæ & Legis, ut ostendam populis & principibus, quod Lex Domini sit perfecta, sapientem reddens simplicem, & nihil in ea deficiat; quod vera sint verba Scripturarum secundum literam, & viæ horum sapientum sint umbra mortis, nec sint in iis ordines (*ex Jobi 10. 21.*). Non verò hujus loci est ista Disputatio. Attamen ad dolorem & indignationem meam exprimendam, ista hīc proferre volui
quia

quia scio esse iniqutatem gravissimam. Et si hodiè simus opprobrium vicinis nostris, atque multis calamitatibus & malis obnoxii, revera hujus rei causa est Hæresis, quæ pullulat in frontibus nostris. Dico proinde; *Annon, quia non est Deus in medio mei, invenerunt me mala haec?* Deut. 31. 17. Quamvis autem in libro commemorato prolixè egerim de Intellectu hoc agente, quem isti authores fingunt, & exactè atque perfectè illic contra R. Levi ben Gerson disputaverim, non possum tamen hic prætermittere, quin quam brevissimè quædam repetam & moneam.

Principiò ergò dico, Authorem seu Efficientem causam Miraculorum, non esse Intellectum agentem, sed Deum Opt. Max. solum. Ipse enim est, qui creavit Res naturales prout sunt: Ipse etiam solus potest mutare, & removere eas à natura sua.

Rationes R. Leviben Gerson nullius sunt momenti. Nos enim dicimus, Illum, qui Prophetæ revelat quid futurum sit, non esse Intellectum agentem per se, sed Deum Benedictum esse à quo influentiae emanant, qui futura significat, & miracula quæ facturus est, antequam fiant. Et quamvis Influentia & notificatio illa fiant mediaetè, non ideo negandum est, Deum esse per se efficientem & authorem omnium istorum. Quod argumentatur ab *Innovatione scientie & voluntatis*; id ita admittimus in opere Miraculorum, sicut in opere creationis; quinimò nulla hic est Innovatio voluntatis. Nam Dei voluntas est omnia bene & rectè facere; si ordo naturalis aliquando contrarietur, mutat illum perfectionis causâ, & propter bonum quod scit, & semper vult. Huc resperxerunt Sapientes nostri, quando dicunt; *Conditiones fecit Deus in opere creationis, &c.* sicuti declaravi in citato libro. Quod etiam dicit; *Opus Intellectus ordinarium & naturale sic perfectius fore quam opus Dei miraculosum;* etiam hoc vanum est & frivolum. Nam & Opus naturale ordinarium, & Opus miraculosum, sunt à Deo. Non enim media habent vim, nisi agendi ordinatè. Et sic paucis ostendi, nullam hic esse dubitandi causam, quin Author miraculorum sit Deus Opt. Max. sicut dicitur; *Facienti mirabilia, &c.* atque simul soluta est *Quæstio prima.*

Ad secundam *Questionem* (De Fine & usu hujus Miraculi) dico; R. Majemonidem, in More par. 3. cap. 13. jam docuisse, *in rebus Divinis non quærendum esse finem:* Voluntas enim Dei in illis est finis, & sicut decrevit Sapientia ejus, fiunt omnia. Ideò hic non est quærendum, quare Deus fecerit hoc miraculum? Satis nobis esse debet, quod Deus nullum miraculum faciat, nisi necessitate aliquâ requirente; præsertim cum illa fiant ad perficiendos Prophetas in perfectione animæ in rebus ad fidem spectan-

spectantibus, & in perfectione corporali, ut quidam volunt. Atque hic finis est longè excellentissimus: quia Miracula confirmant populum Israelis in fidei dogmate hoc excellenti & verissimo; quod Deus Benedictus sit Deus Deorum, & Dominus Dominorum; quod item fecerit Cælos cum intelligentia, & firmarit Terram super aquas. Dum enim eos per Mare traduxit in aridâ, inde intellexerunt, Deum esse qui expandit vel firmat terram super aquis: Ex eo quod fecit in Jericho, didicerunt Domini esse cardines terræ. Sic dum huc subsistere fecit Solem in expanso vel firmamento, didicerunt, Cælos esse cælos Domino, & illos æquè à Deo esse creatos ab initio, ac reliqua. Deus Ipse est, qui dicit Soli, ut non oriatur, Jobi 9.7. ut proinde ex hoc miraculo proveniat Perfectio animæ maxima.

Sed & Bonum corporale hinc emerit: quia Quinque Reges Amorreorum congregati fuerunt illic contra Gibeon, quibus cum exercitu suo fusis & deletis, tota terra levi bello subjugari poterat, fortibus ejus prælio occisis, ideo excitatus fuit Josua, ut pugnaret contra eos, non ut duntaxat eriperet Gibeonitas. Hinc dicitur; Ne timeas ab illis, quia in manus tuas dedi eos, &c. Vult nempe dicere, se ita in manum ejus illos daturum, ut postea in occupazione terre nemo contra ipsos insurgat; prout etiam factum fuit. Nam post hanc Victoriam velocissime, & tempore exiguo, cepit Josua totam terram, omnesque urbes circumiacentes, sicut dicitur; Vice una.

Præter Bonum corporale hoc, ex ista Israelitarum victoria & hoc profluxit, quod in magnam illorum Gloriam cesserit, viciisse quinque tam potentes Reges. Et quia terra illa, quam persequi debebant, fuit ampla & lata, inde à Gibeon, quæ fuit in termino Binjaminis, usque ad Aijalon, quæ fuit in termino Dan, neque, secundum statum Solis ordinarium, dies tantum habuit spatium, ut tamdiu lucere posset Israëlitis, quantum ipsis sufficeret ad eos per totam illam viam persequendos; periculum autem maximum ipsis immineret, si noctu in terra sibi ignota iter facere debuissent (potuisset enim esse palustris, ita ut, ipsis immersis, hostis in persecutorem converteretur); idcirco petiit Josua à Deo, ut hoc miraculo Sol continuò ipsis luceat. Neque est dubium, Josuam hoc miraculum potius petuisse, quam ut Deus ipsis drepentè occideret, aut super eos proponeret Lapi des grandinis, sicque eos perderet, etiam hanc ob causam; quod hoc Israëlitis gloriosum valde futurum esset. Quamvis omnia miracula, respectu Dei, sint æqualia, quemadmodum dicturus sum ad quæstionem tertiam. Et hæc dicta sunt de eximiis Finibus hujus miraculi: *sicq; soluta est Quæstio secunda.*

Ad Questionem Tertiam, (de Materia hujus Miraculi) respondeo; Doctor
Nnn

quidam Talmudicus nos docuit; quod Transgressio trahat post se transgressio-
nem: sic, quum Authores docent, Effectorem miraculorum esse Intellec-
tum agentem, statim sequitur hinc, Miraculum hoc non fuisse in Materia
Corporis cælestis, sed in materia inferiore ista tantum: nam ex sententiâ
prima absurdâ, sequitur absurdum secundum. Ego credo, Deum esse ef-
ficientem miraculorum omnium, & omnia entia, superiora & inferiora,
esse in manu ejus sicut lutum in manu figuli: Ipsum creasse omnia; ipsum
esse qui naturam suam consuetam & ordinariam singulis indiderit: ipsum
etiam etiam solum mutare naturas eorum, & sicut vult, ita facere. Et qua-
re quæso magis inconveniens Deo sit, mutare naturam corporum cæle-
stium, quam mutare naturam corporum istorum materialium? pariter
sunt creata ab initio in creatione cœli & terræ: omnia creata sunt simili:
omnia facta sunt ex nihilo: & sicut hoc, ita quoque est illud apud Deum
Opt. Max. Unde æqualis est apud Deum benedictum miraculosa actio
in utrisque, tam in corporibus simplicibus cælestibus, quam in materiali-
bus. Et sanè nihil movere authores istos, ut negent miracula in corporibus
cælestibus, quam quod semel amplexi sunt, Authorem miraculorum esse
Intellectum agentem, quæ Deo soli adscribenda erant. Quando itaque
dicitur, Spheram diurnam non quiescere naturaliter, aut, si quiesceret, mundum peri-
turum: si item sit rotunda, illam necessario moveri: Omnia hæc dicuntur secun-
dum principia naturalia: Quando verò Dei voluntas est aliter, nihil im-
pedire potest, quod minus Cælum, & cœli cœlorum, quiescant & subsistant
perinde ac Terra; ut item quod globosum est quiescat, & moveatur id
quod rectum: nam aqua etiam naturâ suâ petit locum inferiorem ob gra-
vitatem suam; & tamen per miraculum stare facta fuit, in cumulum fluen-
ta, Exod. 15. 8. quæ omnia naturaliter magis sunt impossibilia, quam crea-
tio prima, in qua omnia ex absolutè nihilo sunt creata. Hinc dicit Job;
Verè ita est, & quomodo justificabit se homo cum Deo, Sapiens corde est, & fortis robo-
re, &c. Transfert montes, & non agnoscunt qui subverterit eos in furore suo: Dimovet ter-
ram de loco suo, & columna ejus contremiscunt; Dicit Soli, & non oritur, stellas quoque
signat, Jobi 9. 2. 3. 4. 5. 6. 7. quibus verbis æqualiter attribuit Deo miracula
qua sunt in terra, & quæ sunt in cœlo ac stellis, quæ sunt corpora præ-
stantissima. Dat etiam insuper hujus rei causam; Qui extendit, inquit, cœlos
solus, & ambulat super excelsa maris: Qui facit Arcturum, Oriona, Pleiades, & pen-
etralia Austri. Concludit denique generaliter, in omnibus Entibus ipsum
miracula facere, dum ait; Qui facit magna, eaq; impervestigabilia, & mirabilia
sine numero; quo vult dicere; Quandoquidem Deus, ut fecit cœlos, sic fecit mare &
terram, stellas item, ventos, & penetralia austri, ideo etiam tam in his quam in illis, facit
magna

magna & mirabilia sine numero. Habacuc Propheta etiam similia dicit: *Viderunt te, tremuerunt montes, inundatio aquarum transiit, dedit vorago vocem suam, in altitudinem manus suas elevavit; Sol & Luna steterunt in habitaculo suo, ad lucem sagittarum tuarum ambularunt, ad splendorem fulguris hasta tue: In ira incessanti super terram, in furore triturasti gentes;* Egressus es in salutem populi tui, in salutem, inquam, cum Christo tuo, &c. Habac. 3. ver. 10. 11. 12. 13. Hæc omnia dicta sunt de miraculis Josuæ: primò dicit, quæ miracula fecerit ipsi in Jericho, dum ait; *Viderunt te, tremuerunt montes:* quando item eos deduxit per Jordanem in arida, dum ait; *Inundatio aquarum transiit, dedit vorago vocem suam,* &c. Item cùm stare faceret Solem in Gibeon, quando ait; *Sol & Luna steterunt in habitaculo suo: ad lucem sagittarum tuarum ambularunt, ad splendorem fulguris hasta tue.* De Lapidibus, quos projectit Deus tempore hujus miraculi super gentes de cælo, ad perdendos eos: De Causâ item hujus rei, dicit duas concurrisse causas, primò Impietatem illarum gentium, secundò, Juramentum Patribus factum, quod benefacturus sit Israëlitis; dum ait; *In ira incessanti super terram, in furore triturasti gentes: egressus es in salutem populi tui;* (Israël sc.) *in salutem, inquam, cum Uncto tuo* (h. e. cum Josua). Ex quibus patet, Materiam hujus miraculi fuisse in Corpore cælesti, in Cessatione sc. motus ejus. Contradictionem, quæ in Scriptura hic esse videtur, explicabo in Dissertationis hujus meæ parte tertia. *Et sic soluta quoq; est Questio tertia.*

Ad Quartam questionem de Forma ejus, respondeo, Formam hujus miraculi fuisse Cessationem motus ejus. Hic miror R. Chasdæum, qui est ex præstantissimis filiorum Israël, quis ipsum induxit, ut noluerit credere Quietem Sphære solis, & cessationem motus ejus, sed maluerit amplecti ejus Retardationem. An hoc ipsi magis possibile visum fuit, quam illud? Sanè utrumq; tam Retardatio, seu Tardior motus, quam totalis Cessatio motus & Mutatio qualiscunq; & quantalacunq; cursus ordinarii corporū cælestium, naturaliter æquè sunt impossibilia: Dei verò omnipotentiae facilia & possibilia. Quod si eum permovit id quod dicitur; *Et non fessinavit occumbere quasi diem integrum,* ecce suspendit rem de parva arbore (*locutio proverbialis, pro, Levi fundamento nititur.*) Verba enim hæc aliam expositionem admittunt, sicuti in eorum explicatione ostendam. Sed & quod dicitur; *Et expectavit Sol, & substitit Sol;* non potest exponi de Motu tardiore, sed de Quietè & cessatione ejus. Itaque merito credimus, rem ita se habere, prout verba textus sonant, & sicut Rabbini nostri tradiderunt, fuisse hic Cessationem, non Tarditatem motus. Contradictionem, quæ & hic in Scriptura esse videtur, solvam in parte tertia hujus dissertationis. *Et hæc quoque de Questione quarta.*

Ad *Quaestionem quintam*, De Initio & Duratione hujus Miraculi, respondeo; Sensus literalem Scripturæ admittere *Principium hujus miraculi in Meridie*, dum sc. dicitur; *Et substitit Sol in medio cœli*. Nec multum difficultatis habet, si quæratur; Quare Josua hoc petierit, si Sol tum fuit in medio cœli, quod est in meridie; cum satis temporis sic habuisse videatur ad vindictam & victoriam suam persequendam? Jam enim dixi, illum prævidisse, necessarium hoc esse propter populum, ut persequi posset inimicos à Gibeon, usque ad vallem Ajalon, quæ fuit magna distantia, quam pertransire impossibile fuisset à Meridie usque ad Occasum Solis; (*Iter enim nimis fuisset magnum*), præsertim cum exercitu & impedimentis bellicis. Idcirco oravit; *Sol in Gibeon exspecta, & Luna in valle Ajalon!* Ad illum enim usque terminum die & luce opus habebat. Non autem oravit, nisi ut lux protrahatur, usque dum essent in valle Ajalon. Hoc est quod dicitur; *Et Luna in valle Ajalon, h. e. Et Luna tamdiu exspecta & subsiste, donec Israël sit in illa valle, quæ est in termino Ajalon!* Proinde non sequitur hinc ex verbis Scripturæ, quod hoc contigerit circa Occasum Solis, nec etiam, quod Luna tum jam apparuerit in oculis ipsorum in valle Ajalon; sed quod Josua sciverit, quando illa apparitura isthic esset, prælium tum finem habiturum, unde & locum designat convenientem persecutioni prælii, & necessarium ad victoriam inimicorum.

Hanc expositionem admittunt equidem verba Scripturæ; Ego tamen existimo, Miraculum hoc factum fuisset tempore occasus solis, sicuti in expositione Textus ostendam; non obstante, quod Rabbini etiam nostri unanimiter doceant, illud contigisse in Meridie.

De Duratione autem Miraculi, non sine tædio audire possum, quod R. Chasdai scripsit, durasse circiter *dimidiā horām*. Sanè propter tempus adeò exiguum, nec Josua petiisset tantum miraculum, nec Deus mutasset ordinariū cursū corporum cælestium. Si dicatur, ipsum ad hoc permotum fuisset, ut signum hoc non sentiretur ab Israëlitis in prælio, neque etiam aliquid de eo scirent; ita miraculum hoc fuisset prolus inutile. Nam si fuisset imperceptibile, vel si non animadversum fuisset, nulla ex eo sequuta fuisset virtus & perfectio Animæ: quod si fuisset adeò exiguum & breve, nullam habuisset utilitatem corporalem, nihil etiam ad liberationem & victoriam profuisset; atque ita sine ullo usu fuisset. Per veritatem; (*formula Furandi*) nescio ultra sententia sit melior, R. Levi ben Gerson, qui miraculum negat, an R. Chasdai, qui illud extenuat! Melior utrâque est sententia Talmudicorum. Minimus enim inter illos dicit, Stationem durasse duabus vicibus, per 12. horas: maximus verò illorum, stationes illas ambas

ambas durasse horas 48. Quis verò novit, utrum miraculum istud tam longo tempore notum & observatum fuerit, quia plerunque homines, quando ipsis obtingit aliquid seu lātum & hilare, seu triste & adversum, non accuratè observant articulos temporis. Iis enim qui sunt in gaudio & lāetitia, tempus videtur breve: iis verò qui sunt tristes & mæsti, tempus nimis videtur longum, atque ita à neutris, prout revera est, animadverterit. Et, si Quies hæc Solis duravit per 12. horas, quæ est sententia R. Jehosuæ, & verosimillima, quis impedire potuit, quò minus Gentes in prælio probè satis illud animadverterent? an autem animadverterint, non memorat Scriptura. Videmus tamen omnes Gentes illud agnoscere & confiteri: Et Chronica ipsorum ejus mentionem faciunt. Unde colligere est, ipsis non ignotum fuisse. *Et sic soluta est Quæstio quinta.*

Ad Sextam questionem dico tria;

I. dicunt Interpretes, *Miracula esse essentiale requisitum vel consequens Prophetiæ, & dignitatem Prophetæ estimari ex dignitate & præcellentia prodigiorum ejus.* Ego verò in libro supra commemorato doceo rem non ita habere. Patratio enim miraculorum nequaquam est pars essentialis Prophetiæ; fieri quippe potest, ut quis prophetet, & tamen nulla edat miracula: neque illa docent de præstantia Prophetæ; quia non fiunt, nisi requirente necessitate, & pro ratione temporis. Vide quę R. Moses scripsit cap.8, in *דעת הלוות*. Dicit ibi: *Mosi Doctori nostro nō crediderunt Israëlitæ propter signa & miracula, &c. Sed quecumq; fecit miracula, illa fecit propter necessitatem, nec ut veritatem Prophetie suæ probaret, neceſſe illis habuit.* Ut submergeret Aegyptios, diffidit mare; cum cibo indigeremus, demisit nobis Manna: cum fitirent, fidit ipsis petram: cum Ipsum abnegarent Core, Dathan, & Abiram, deglutivit eos terra. *Et sic de reliquis miraculis.* Haec tenus ille. Vides illum prorsus hīc mecum consentire. In Commentario verò meo in librum Deuteronomii, in sectione *את הכרמה*, exposui, id, quod illic dicitur; *Et non surrexit ulterius Prophetæ in Israele sicut Moses, &c.* *כל ad omnia signa & prodigia,* Deut. 34. 10. non ita intelligendum esse, quod nullus ipsis similis fuerit in præstantia Miraculorum. Sic hic effet sensus, dicendum fuisse; *כל in omnibus signis & prodigiis.* Sed sensus ejus verus est, quod distinxerit & separaverit Mosen à cæteris Prophetis præcellentia Prophetiæ, non Miraculorum. Ideò dicitur; *Et non surrexit ulterius in Israele sicut Moses, quem noſſet Jehovah de facie ad faciem.* Nam in præcellentia hujus Apparitionis & Agnitionis, revera fuit ejus dignitas & eminentia. Quod verò dicitur; *כל in omnibus signis & prodigiis, ad que facienda misit eum Dominus, &c.* ejus explicatio est; quod in illis signis, ad quę facienda in terra Aegypti miserat eū Dominus, pro necessitate temporis, quod, inquam, Deus loquutus sit ad

ipsum in illis miraculis ore ad os, quamvis esset in terra Aegypti, loco aliâs minimè apto ad recipiendam Influentiam & Prophetiam; eo quod repleta fuerit Idolis, sicut dicitur; *Quum egressus fuero ex urbe, extendam palmas meas ad Dominum, &c.* Exo. 9. 29. quia urbs magnum fuit impedimentum ipsius cum Deo conjunctionis. Ideò dicitur; *Quem nosset Jehovah facie ad faciem ad omnia signa & prodigia, ad quæ facienda misit eum Dominus, in terra Aegypti:* quia præcellentia in hoc sita erat, quod Deus ipsum de facie ad faciem cognoverit, ad singula signa & prodigia, ad quæ facienda eum miserat in terra Aegypti, ineptâ aliâs ad hanc rem. Itaque dignitas & præcellentia hæc non consistit in miraculis, sed in notitia seu familiaritate, quam Deus faciebat cum ipso ad unumquoque miraculum, licet esset in terra, quæ eum hac in parte non juvare poterat. Et ex eo quod dicit, *אֲשֶׁר אַתָּה שְׁלֹחַ* *Ad quæ facienda miserat eum Dominus;* disces & intelliges, quod si maximè non fecisset alia miracula, hoc Mōsi tamen non ignominiosum fuisset, nec ejus gloriæ quicquam decerpisset: quia non fecit miracula, nisi ad quæ temporis ratio ipsum vocabat, & ad quæ facienda Deus ipsum mittebat: Et si hic nulla incidisset calamitas, in quâ Israëlitæ luminarium subsidio indigebant, non opus habuisset per Josuam Solem in cursu suo sistere. Quare itaque dignitas ejus idèo major esset, quam Mōsis?

2. Occurrit hîc id quod scripsit R. Chasdai; videlicet; *Quod si miraculum Josue, ratione subjecti sui, corporis nimirum cœlestis, magnum fuit;* Miraculum conjunctionis Majestatis Divinæ cum Mōse multo majus esse; quia subiectum illius infinitis modis fuit præstantius. Hoc agnoscent Rabbini nostri in Massécheth Baba basra, quando dicunt; *Ostoaginta discipulos habuit Hillel; triginta ex illis digni fuerunt, super quibus Majestas Divina habitet, & quæ ac Moses preceptor noster; triginta ex illis digni fuerunt, quibus Sol subsisteret, sicut Josue.* Dum ajunt; *Super quibus Majestas Divina habitet;* eo innuerunt Conjunctionem illam Mōsis cum Deo singularem. Quin & dico, hoc idem argumentum reperiri in fine Legis, ubi dicitur; *Neq; surrexit Propheta ultra in Israele, sicut Moses &c.* Et in omni manu forti, & in omni terrore magno, quæ fecit Moses in oculis totius Israëlis, Deut. 34. 12. Attende, cur non dicat; *In manu forti, & in terrore magno,* ad quæ misit eum Dominus; sed, quæ fecit Moses; & quare in miraculis Aegypti dicatur; *Ad quæ misit eum Dominus;* non vero; *Quæ fecit Moses;* cùm tamen constet, illum ad omnia missum fuisse à Domino, & omnia facta fuisse per Mōsen? Hoc nimirum factum est ad significandum, quod ad reliqua miracula facienda miserit eum Dominus; sed ad faciendam conjunctionem Majestatis Divinæ cum populo Israëlis, non miserit eum Dominus: quia Dominus miserit ante eos Angelum, & dixit; *Non enim ascendam in medio tui,* Exo. 33. 3. Cùm autem

autem Moses oratione suâ institisset, donec Deus promisisset, se iturum cum ipsis, Exo. 34. 9. dicitur; *Faciam mirabilia coram omni populo tuo, que non facta sunt in tota terra, & in omnibus Gentibus, videbitq; universus populus, in cuius medio es, opus Jehovae, quia terribile erit quod ego facturus sum tecum, &c.* Ibid. v. 10. & de hoc dicitur; *Et in omni manu forti, & in omni terrore magno, que fecit, &c.* Ad quod Rabbini nostri dixerunt, quòd intelligatur Revelatio Majestatis Divine, h. e. quòd Majestas Divina revelata fuerit & apparuerit in oculis omnium, sicut dicitur; *Et gloria Domini apparuit in tabernaculo Ecclesiae omnibus filiis Israel,* Num. 14. 10. Dicitur autem; *Quæ fecit Moses in oculis totius Israëlis,* quia hoc futurum erat in oculis filiorum Israel, videntibus omnibus Gloriam ad ostium tabernaculi Ecclesiae quotidie; Dicitur, *Quæ fecit Moses, quia ipse oratione suâ causatus est illud.* Et hic est revera summus gradus ad quem pervenire potest natus ex muliere. Benedictus quem ad hoc elegerit. Et sic explicatum est, quòd licet Moses non fecerit hujusmodi Miraculum, fecerit tamen aliud majus.

3. Docuerunt nos Sapientes nostri b. m. etiam *Mosi substitisse Solem in firmamento.* Quamvis hujus rei rationes afferant satis infirmas, probabilis tamen res est, & per traditionem sic à majoribus suis acceperunt. Potest hoc in Aegypto factum esse, in Produktione miraculosa Tenebrarum, ubi dicitur; *Extende manum tuam versus caelos, & erunt tenebrae super terram Aegypti, & palpabunt tenebras,* h. e. ut homines palpent, quando futuri sunt in tenebris: Et porrò: *Et extendit Moses manum suam, &c. & fuerunt tenebrae caliginose in terra Aegypti tribus diebus, &c. at omnibus filiis Israel erat lux in habitaculis suis,* Exo. 10. 21. & seq. An impossibile fuit Domino, ut Sol subsisteret sub terra per illos dies, & Luna quoque non luceret; filii autem Israel Lux esset in habitaculis suis? Summa est; *Si (ut Jesajas inquit cap. I. v. 19.) volueritis & audieritis,* (h. e. si hoc tenueritis, & recipiatis) *Quòd per verbum Domini facti sint cali* (Psl. 33.), credetis omnia miracula, & confirmabimini, quòd non sit abbreviata manus Domini ad faciendum de eo quod creavit, quomodo voluerit, ut nemo sit, qui dicat ei, *Quid facis?* Ex his jam liquet, si maximè miraculum hoc Josuæ secundum sensum literalem explicemus, inde tamen non sequi, Prophetiæ ejus dignitatem superare dignitatem Prophetiæ Mosis; præsertim si dicamus, hoc Miraculum ei factum fuisse propter meritum Mosis Magistri ipsius, & ipsi Mosis dictum fuisse, ita futurum, ut in seqq. docebo. Et sic quoque est absolute Responsio ad questionem sextam, & simul etiam Consideratio nostra secunda: sequitur nunc Tertia; Explicatio scilicet contextus, & Solutio dubiorum, quæ in eo occurserunt.

Tertia ergo Dissertationis nostra pars est de Explicatione Contextus. Licet vero Sapientes nostri eum aliter explicent, iidem tamen fundamentum hoc nos docuerunt; Quamvis Explications Allegorice inquire possint; Scripturam tamen convenienter explicandam juxta sensum literalem suum. Posteaquam ergo audivimus, quae fuerit ratio hujus Miraculi, convenit quoque, ut verba Textus ita explicemus, ut Octo Dubia solvantur, quae videntur incidere juxta Sensum ejus literalem, de quibus supra in Questionibus propositis monui, & quae nunc paulo auctius repetam.

1. Dicitur; Tunc loquitus est Iohosua ad Dominum; & tamen non legimus ullibi, Josuam ad Deum loquutum esse.

2. In die qua tradidit Dominus Emon eum coram filiis Israël: haec verba videntur superflua, quia jam dictum fuit, Tunc loquitus est, &c. ubi per particulam Tunc notatur Tempus praesens, ut non opus fuerit ulteriore declaratione.

3. Quando Josua dicit; Et Luna in valle Ajalon, videtur intellexisse Tempus Occasus solis: quando vero dicitur; Et substitit Sol in medio celi; videtur innui Meridies.

4. Quando dicitur; Et exspectavit sol, &c. Et substitit sol, &c. cur idem bis dicatur?

5. Quando dicitur; הִלְאָה הִיא כְּתוֹב Annōn hac (res) Scripta est in libro Recti; si eo respicitur ad miraculum, dicendum fuit: הִלְאָה הוּא כְּתוֹב Annōn illud scriptum est?

6. Quando dicitur; Et substitit sol in medio celi; quare non etiam mentio hic sit Lunæ?

7. Dum dicitur; Et exspectavit sol, & substitit sol, docetur, cessasse motum illorum: dum vero dicitur; Et non festinavit occubere, docetur, quod tardior factus sit motus illorum.

8. Quando dicitur; Et non fuit sicut dies illa, &c. in qua obediret Jehovah voce viri: quia Dominus pugnabat pro Israële; hoc videtur docere, Miraculum fuisse in celeritate conficiendi Belli seu prælii, non vero in Corpore cælesti: Hoc dubium movit etiam R. Levi ben Gerson.

Nunc ergo verba Scripturæ ita explicabo, ut Dubia ista omnia solvantur. (Tunc loquebatur Josua) Dicit, quod Josua, videntis quinque Reges congregatos, avidissime desiderarit ipsos & omnes exercitus ipsorum disperdere & profligare, ut sic terra redigeretur in potestatem filiorum Israël, quando strenui & fortes illorum populorum essent mortui, & reliquis terror & metus incussus. Et quia hoc fuit prope occasum Solis, Solemque vidit descendenter, ut sub terram ingrederetur supra Gibeon;

Luna

Luna verò incipiebat apparere, ex terra ascendens in valle Ajalon, hæcque; duo, Sol & Luna, sibi invicem essent opposita, unum è regione alterius, (Luna quippe erat propinqua plenitudini suæ); ideo cogitavit Josua, quod si Dies tenebresceret, & Sol occumberet, magnum hinc creari posse periculum filiis Israel (Quomodo enim persequi potuissent inimicos suos in caligine noctis, & tenebris?) propterea oravit Josua Deum Opt. Max. ut stare faceret solem in eo loco in quo erat, ne ulterius descenderet, & ut Luna quoque in loco in quo tum erat subsisteret, nec ulterius ascenderet, quod Lux continuaretur, neque nox illos divideret. De Luna oravit, ne confunderetur motus cælestis totus. Etenim quia non possunt duo Reges uti coronâ unâ, ut Rabbini nostri ajunt, impossibile fuit, ut ascenderet Luna, præsente Sole. Ideo oravit pro utrisque. Nullam vero mentionem fecit cæterarum Stellarum, quia haec sunt præcipuae, reliquæ sub his comprehenduntur. Hoc sibi vult quod dicitur; *Tunc loquebatur Josua ad Dominum*; h. e. *Orabat Dominum*. Dicit porro, quod hoc fuerit בַּיּוֹם תְּתֵה אָתָּה ubi scire debes, præpositionem בִּ in voce בַּיּוֹם, non esse Beth Temporis, sed positum pro Propter, ut in istis; Et servivit Israel pro uxore, Hos. 12. 12. Et insciando dicat de eo, Jobi 8. 18. שְׁמַחֲתִי בָּאָמָרִים לְ Letatus sum propter dicentes mihi, Ps. 122. 1. Vel pro יְהִי, sicut; בְּנֵי כָּבוֹד וּבְנֵי כָּבוֹד Et residuum de carne & de pane, Levit. 8. 32. De peregrino, & de indigena terra, Exod. 12. 19. Comedite de pane meo, Prov. 9. 5. Vel est בְּ Beth Sensus, ut in illo; Ut loqueretur ei pacem, pacificè, 2. Sam. 3. 27. prout ista adducuntur ab Ephodeo in Grammatica. Sensus ergo est, *Tunc loquitus est Josua, & oravit Dominum pro die illa, quam Dominus dare deberet, & propter illam diem, quâ daturus fit Deus Emoreum in manus illorum, orando & dicendo Coram filiis Israel, Sol in Gibeon expecta*: Vel, quod locutus sit Josua ad Deum de illo die, quo daret Emoreum coram filiis Israel, h. e. quod oraverit ipsum, ut traderet eum totum coram filiis Israel, utque illud fieret de die, lucente Sole: vel, quod loquitus sit Josua ad Deum de negotio illius diei, quo esset daturus Emoreum coram filiis Israel. Nam loquitus est ad eum, & oravit pro negotio illius diei, dicens; *Sol in Gibeon expecta*, &c.

Post hæc commemoratur, quod non in solitarium locum se receperit ad illam orationem, neque se separaverit ab Ecclesia ad orandum, sed in oculis omnium orant, & oratio ejus fuerit; *Sol in Gibeon expecta, & Luna in valle Ajalon*. Ubi בְּ in voce לְעֵינֵי, quando dicitur לְעֵינֵי filiorum Israel, possumus exponere, quod sit Lamed causale; ut, לְמַעַן אֶחָד וּוְעָשָׂה Propter fratres meos & proximos meos, Ps. 122. 8. לְתֵת אֹתָנוּ בִּזְהָמוֹר Propter dare, ut det nos in manum Emorei, Deut. 1. 27. Ut dicatur, quod oraverit ad Deum propter oculos filiorum

Ooo

Israël; quia sc. non visuri sint in tenebris; Sole verò existente super terram sint visuri, & inimicos persequuturi. Oculus enim non recipit sensibile, nisi mediante luce. Et hoc est quod dicitur, *לְעֵגֶל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Propter oculos filiorum Israël.*

Quod dicitur; *Sol in Gibeon זֹה exspecta*; non est praeceptum ad Solem, sed Oratio ad Deum, ut Solem exspectare & subsistere, eumque cessare faciat à motu suo, & sic est זֹה, sicut שָׁמֶן תַּשְׁבֵּן Ponendo pones super te Regem, Deut. 17. 15. Verbum transitivum. Licet autem sit sic Infinitivus; constat, sæpè Infinitivum ponи pro Imperativo. Oratautem, ut Deus subsistere faciat Solem dum esset ex adverso Gibeon, vel super Gibeon, & ut non ulterius descendat: Sic dicit; *Exspectet Luna in valle Ajalon*, & non ascendet ulterius. Et sic solutum est Dubium primum, & explicatus versus duodecimus.

secundum Dubium oritur ex versu seq. decimo tertio, in quo dicitur, quod posteaquam fecisset orationem suam, Sol substiterit, cessando à motu suo descendente, & Luna substiterit à motu suo ascendente, & quod hoc durarit donec gens se ulta fuisset ab inimicis suis, h. e. donec perfecissent ultionem suam Israëlitæ, qui fuerunt gens una in terra, ab inimicis suis, quinque sc. Regibus Emoræorum, & exercitibus ipsorum. Dicit autem hoc ad indicandum, quod non opus fuisset isto miraculo, si Deus Benedictus fecisset ipse vindictam. Nam in castris Regum Assyriæ percussit unicā nocte 185000. viros, neq; opus fuit hoc miraculo, ut Sol subsisteret: hic verò opus eo fuit, ut Gens Israëlis se ulcisci posset suis manibus ab inimicis suis: neq; enim poterant eos persequi, & ultionem de illis sumere in tenebris. Quod verò additur; סְפִר הַשְׁׁרָאֵל כְּתֻובָה עַל ad id scripsit R. Salomon in Commentariis quos fecit super Prophetas; Librum הַשְׁׁרָאֵל Recli esse librum Genesios, in quo indicum hujus rei sit, ubi de Josepho dicitur; Et ecce Sol & Luna, & undecim stelle incurvabant se mihi, Genes. 37. 9.. His enim verbis vult, Josephum respectum habuisse ad Josuam, qui fuit de tribu Joseph, quod sc. ipsi incurvaverint se Sol & Luna, quando eos subsistere fecit in firmamento. Ego verò existimo, referri hæc verba ad vindictam cuius ante mentio facta, quod Israëlitæ per se ultionem sumpturi sint de inimicis suis, & de hac vindicta dici, quod ea facta sit per manum ipsorum, & virtute illius miraculi cœlestis, & de hoc testatum esse Mosen in libro Legis, qui est Liber Recti: Vedit enim eam per Prophetiam suam, & per pietatem suam, atque ita etiam adjuvit hoc miraculum. Hoc verò extat in sectione תְּמִימָה, ubi dicitur; *Non est sicut Deus יְהוָה Jesburun, equitans calum in auxilium tui, & in magnificientia sua celos: Habitaculum est Deus aterius, &c.* Et ejicit à facie:

à facie tua inimicum, & dixit, Disperde: Et habitabit Israël confidenter solus, &c. Beatus es Israël, quis sicut tu popule, qui servaris per Jehovam, scutum auxilii tui, & qui est gladius excellentie tue? humiliabuntur inimici tui, & tu super excelsa eorum calcabis, Deut. 33. 26. 27. 28. 29. Vult scilicet dicere; Deum Opt. Max. equitare celum in auxilium Israëlis, (quod non aliâ ratione fit, quam dum eos ducit quocunque voluerit, & dum stare facit Solem & Lunam propter ipsos; idque, ut Israëlitæ vindictam sumant de inimicis suis, propriis manibus: unde dicit, Et ejicit à facie tua inimicum, & dicit, Disperde;) hocque esse causam, ut Israël habitet confidenter: Cùm enim excidissent Reges istos, occuparunt terram: Concludit verba sua, dicendo, quod Israël sit populus qui servatur per Jehovam: nam Deus ipse revera erat Servator eorum, quod tamen ita fecit, ut Israeli gloria victoriæ remaneret, quod innuit dum ait; Et qui est gladius excellentie tue, humiliabuntur inimici tui, & tu super excelsa eorum calcabis. Ecce vides, sine dubio Mosen Doctorem nostrum in hoc loco prophetasse de ista vindictâ: & de hoc vaticinio dicitur hic, אֵל הַמְּתֻבָּה כִּי־כִּי־שָׁרֶן Annon ea est scripta in libro Recci? Et sic solutum est Dubium quintum. Existimo Onkelon etiam ita sensisse, quando verba hæc; Et tu super excelsa eorum calcabis, ita transtulit; Super cervicem collorum Regum ipsorum calcabis: Voluit nempe; per Excelsa eorum intelligi Quinque Reges istos: Josua enim præcepit, ut milites ponerent pedes suos super colla ipsorum; & Excellentiam magnificentiae ipsorum, vocat Excelsa eorum. Quod si autem ista verba; Super excelsa eorum calcabis, dicta sunt de ipsis Regibus, dicendum quoque est, Equitans celos dictum esse de Solis statione. Et hoc magis est vero consentaneum, quam quod Talmudici & Interpretes vulgares Biblici hac de re scripserunt.

Et substitit Sol in medio celi, & non festinavit occumbere quasi diem integrum. Nostri, quod illa pars cæli, quæ est super terram ex opposito capitum nostrorum, vocetur Medium celi: nam alterum cæli medium est infra terram. Quod ergo hic dicitur, In medio celi, non intelligitur de Medio diei, neq; id ex hac phrasí sequitur: sed de eo, quando Sol est supra Horizontem, dicitur quod sit in Medio celi. Dicitur ergo, licet Sol eo tempore esset propè occasum, per miraculum tamen factum esse ut non occumberet, sed semper subsisteret supra horizontem: hoc enim vocatur, In medio celi, in quo fuit, sicut dicitur, Sol in Gibeon expelleret. Docent scilicet Astronomi, quod Sol post occasum & descensum suum infra Horizontem, adhuc radiis suis luceat super terram, per horam circiter & quintam horæ partem. Idcirco dicitur hic, Lucem illam non fuisse ex reliquiis illis post occasum Solis, sed revera fuisse in medio supremo cæli; & non festinasse occum-

476 DISSERTATIO IV. DE STAT. SOLIS.

beret (h. e. non occidisse) quasi diem integrum: Hoc enim sibi vult; Et non
 & festinavit occubere quasi diem integrum. Verbum & non semper dicitur de
 Velocitate vel Festinatione, sed aliquando etiam de Appropinquatione ad lacum,
 veluti cum dicitur; בְּאַפָּרִים לְבָבָה יְהוָה, Jos. 17. 15. Sic hic dicitur, quod
 non appropinquit Sol ad occidendum, & abscondendum se sub terra,
 per diem integrum, h. e. per 12. horas, quae faciunt diem integrum, exceptâ
 nocte. Dum ergo dicitur; Et exspectavit sol, narratur, quod quieverit
 Sphæra post orationem Josuæ, donec Israelitæ perfecissent vindictam.
 Quod additur, Et substitutus sol in medio cœli, fit ad indicandum mensuram tem-
 poris quo quievit, quod sc. substituterit in medio cœli supremi istius supra
 Zodiacum, neque properabit ad occasum; & quod hoc totum durarit
 quasi Diem integrum. Hic verò in istis verbis שׁמֵן תְּהִי non sit ite-
 rum mentio Lunæ; quia nihil aliud hic voluit indicare, quam Solem fuisse
 supra Horizontem, neque infra eum demersum fuisse: quod non com-
 petit Lunæ, quae fuit in ascensu: deinde, quia motus ejus dependet à mo-
 tu Solis, inde scimus, quod de cessatione motus Solus dicitur, etiam refe-
 rendum ad Lunam. Et sic solutum est Dubium tertium, quartum, sextum &
 septimum.

Et non fuit sicut dies illa ante eam, nec post eam, in qua obediret Jehovah vocis viri:
 Jehovah enim pugnabat pro Israele. Vult dicere, non fuisse similem diem, vel
 ante vel post eam, tūm quoad magnitudinē victoriæ, tūm quoad præstan-
 tiā miraculi; præsertim cum omnia hæc facta sint per preces Josuæ. Hoc enim
 sibi vult: In qua obediret Jehovah vocis viri. Et ne quis hinc existimet, Digni-
 tatem Prophetiæ ejus majorem fuisse, quam Mosis, idcirco additur: Jehovah
 enim pugnabat pro Israele. Vult dicere; Hinc non evinci dignitatem & præ-
 stantiam Josuæ: non enim propter ipsum factum esse hoc miraculum: sed
 Deum pugnasse pro Israele, & propter ipsos substituisse Solem in expanso
 cælorum. Quod convenit cum eo quod dixi de Miraculis, illa non neces-
 sariò docere de Præstantia Prophetiæ, sed de Necessitate temporis; & Me-
 rito accipientium illa. Ex eo autem quod hic dicitur; Et non fuit sicut dies
 illa, ante eam, nec post eam, elegantem elicunt Rabbini nostri allegoriam;
 videlicet, non fuisse unquam similem diem, ratione Longitudinis sed, sine
 pari fuisse. Nam quamvis crederemus, Miraculum Tenebrarum, quod
 fecit Moses in Aegypto, itidem contigisse per Stationem Sphæræ cælestis,
 tamen illa non fuit facta de Die, sed Noctu; unde non Diem, sed No-
 tem longam effecit, & privatio fuit lucis. Et sic solutum est quoque du-
 bium octavum, & ostensem, Verba textus non negare, Factum esse
 hoc miraculum in corpore cælesti.

DISSE-

DISSE^TATI^O QUINTA.

DE

PECCATO DAVIDIS
NUMERANTIS POPULUM;

LIBRO II. SAMUELIS, CAPITE XXIV.



UÆRITUR:

*Quodnam fuerit peccatum Davidis, cùm numeraret
populum, cuius rei causâ graviter punitifuerunt?*

De hac re inveniuntur apud Interpretes *Tres sententiae*:

*Prima est; peccatum in eo fuisse, quòd numerarit populum *Capitatum*,
seu *per Capita*, & non per aliud quid (*veluti per siclos*). Hæc fuit sententia
R. Salomonis, & R. Mosis bar Nachman in Commentario suo in Legem
ad Exodi 30. y. 14. ubi scribit; *Davidem in hoc errasse, quòd non cum Siclis nu-*
merarit, (siclum sc. ab unoquoque colligendo), ac propterea plagam po-
pulo immissam esse. Desumpserunt hoc ex verbis Rabbinorum nostro-
rum, qui in Capite Talmudico, quod incipit *הַרְוָא*, ad hæc verba Davidis
ad Saulem 1. Sam. 26. 19. Si *Dominus יְהִי מֵלֶךְ* incitavit vel seduxit te contra me,
odoretur sacrificium; ita scripserunt: *Dixit Deus Davidi, Tu me vocas נָבָתִים In-*
citatorem, Seductorem! Ut vivis, seducam te in re quadam, quam etiam pueri *Do-*
mûs Rabban norunt, sicut dicitur; Quando capies summam filiorum Israel
per recensitos eorum, dabunt singuli redemptionem animæ suæ, Jeho-
væ, cùm numerabis eos, ut non sit in eis plaga cùm numerabis eos, Exo.
30. 12. Item: Et incitavit Davidem in eos, ut diceret, vade numera Israëlem
& Jehuda. Cùm sc. numeraret eos, non cepit statim ab eis redemptionem; unde immisit
*Dominus pestem in Israëlem à manè usq. ad tempus constitutum, 2. Sam. 24. 15.**

Hæc verò sententia mihi non videtur recta varias ob rationes:

I quia jam argui, non fuisse præceptum perpetuum, ut semper nume-
rarent Israëlem per Siclos. Nam & in deserto Sinai, & in Campestribus
Moab numerati fuerunt per capita. Et Levitæ aliquoties numerati fue-
runt per capita.

2. quia nusquam mandavit David, ut numerarent Israëlem per capita, sed dixit tantum; *Numera populum.* Et Joab fuit pater domus iudicii, princeps & maximus Synedrii; Quomodo igitur errasset in re clara, & simplici, de qua disertus est locus; Et dabunt quisq; redēmitionem animæ suæ Domini nō, &c. & non erit in eis plaga cūm numerabis eos; si fuit præceptum perpetuum, ut illi volunt? Et si hæc consuetudo ipsi fuit ignota, quomodo dicit David, *Ego peccavi, & ego iniquè egi?* Ipse sic non errasset, sed Joab, quod non numerasset modo convenienti & præscripto in Lege.

3. Sensus literalis Scripturæ docet, quod peccatum fuerit in numero absolute, non in modo numerandi, sicut dicitur; *Et incitat yit Davidem; Vade, numera Israelem:* Item, *Poſthec percuſit cor Davidis ipsum, poſquam numerasset populum.* Quibus verbis attribuitur peccatum numerationi absolute, non ob defectum siclorum, neque etiam numerationi per capita.

4. Si in hoc fuit peccatum, quare non redarguit eum Gad hoc nomine, cūm ad ipsum venisset iussu Domini? Aequum utique fuisset, ut ipsi significaret, illum transgressum esse præceptum particulare, cūm ipsi pœnam denuntiavit.

Secundam sententiam adducit etiam Nachmanides, in sectione Mosaica, במדבר סני, ibique refellit sententiam præcedentem. Dicit, absurdum sibi videri dicere, Davidem Israëlitas non per Siclos, sed secundum capita, recensuisse. Quomodo enim sibi non cavisset ab illa interminatione Scripturæ; *ut non sit in eis plaga,* Exo. 30. 12.? Et si David hīc peccavit, cur Joab non fecerit siclos? Idcirco sententia ejus fuit, *Plagam ipſis immiſſam fuiffe, quod sine necessitate illos numerariit: Non enim egressum fuiffe tunc in bellum, ut opus haberet numeratione populi; sed fecisse eum hoc ad exhilarandum cor suum.* In hanc sententiam inclinat quoq; R. D. Kimchi, ubi de Saule loquitur, ad hæc verba, *Et numeravit eos in Telaim, vel, per agnos,* 1. Sam. 15. 4. Atque hæc quoq; sententia desumpta est ex verbis Rabbinorum nostrorum, qui dicunt in Bemidbar rabba: *Dixit R. Eleazar, nomine R. Jose ben Simra; Quando cum Israëlite numerati sunt necessitate requirente, nunquam immuniti fuerunt: si sine necessitate, immuniti fuerunt.* Quando numerati fuerunt ex necessitate? Tempore Mosis: sine necessitate, tempore Davidis, &c.

Miror autem, Nachmanidem dicere, absurdum sibi videri, quod numeratio Davidis fuerit sine siclis. Quod si enim ita esset (h. e. si per siclos collectos eos numerasset) Scriptura id non reticuisset, sicut de Saule dicitur, קדום בכוון וקדרם בטלאים Et recensuit eos per testas seu lapides, 1. Sam. 11. 8. Item, Et recensuit eos per Agnos, 1. Sam. 15. 4. Quare ergo non & de Davide explicuisset, si per siclos eos numerasset?

Sed & aliis de causis minus solida est sententia hæc:

1. Quia

1. Quia Lex nusquam prohibet numerare populum absque necessitate. Quod agnovit & R. Salomon Jarchi, qui verba hæc ; Quando capies summam filiorum Israel, Exo. 30. 12. ita explicat ; Quando roles, vel, quando tibi placuerit accipere numerum populi ; & ex eis colligit, id arbitrium fuisse. Quod si autem arbitriatum fuit, & liberum, nullaque Lege probatum, quare puniti fuerunt ?

2. Quia etiam hæc numeratio Davidis non fuit sine necessitate vel usu; sed, vel ut videret, qui vel quotnam per bella ejus desiderentur ex numero qui ante initus fuit tempore Saulis ; vel ex amore illorum, sicut Rabbini nostri dicunt de numeratione facta in campestribus Moab ; Ex intimo amore erga eos numeravit ipsos. Dicunt item, quod Israëlitæ, veluti per lustrationem numerati, Mosi fuerint traditi, & ipse cum moritius esset, numeratos reddiderit. Sic etiam possumus de Davide dicere.

3. Saul etiam duabus vicibus eos numeravit sine necessitate. Nam Propheta Samuel præceperat ei, ut iret ad pugnandum cum Amalekitis, & promiserat, Deum egressurum ante ipsum ; non autem jussit numerare populum, neque necessaria fuit numeratio ejus. Non enim viribus suis acquisiverunt terram, neque brachium eorum servavit eos.

4. Si plaga hæc fuit pæna hujus rei, quare illa non venit super Davidem, qui peccaverat, & jussiterat numerare eos absque necessitate, sed super Israelem, qui non peccaverant, & cur Propheta eum non redarguit hujus rei causâ, sicut dixi ad sententiam primam ?

Propter has quatuor causas secunda hæc sententia non videtur recta.

Tertia sententia est etiam Nachmanidis in sectione במדבר סני' , & meminit ejus post sententiam secundam commemoratam. Scribit, posse dici, peccatum fuisse, quod David præceperit numerare totum Israelem à filio 13. annorum & ultra (Tales enim vocari וְנִו Viros). Legem vero non permisisse numerationem, nisi à filio 20. annorum & ultra.

Sed & hanc sententiam consequuntur quatuor absurdâ :

1. Quia Lex nullibi vetuit numerare eos qui minores viginti annis essent; sed flagitavit, ut dimidium sicutum darent omnes recensiti à filio 20. annorum & suprà; nequaquam autem prohibuit numerare natu minores.

2. Quia David non jussit Joabum numerare à filio 13. annorum, sicut præsupponit, sed jussit numerare Israëlem & Iudeam; quod non intelligendum, nisi de exercitibus in bellum, qui sunt à filio 20. annorum & suprà. Et Scriptura expresse dicit, quod omnes numerati fuerint viri strenui, evaginantes gladium. Hoc verò non dici potest de iis, qui nondum essent vicearii. Conatus est equidem amoliri à se hoc dubium, dicendo, Intelligi, illum.

illum numerasse duntaxat viros sanos, & robustos, ad bellum aptos, non debiles & ægros, vel senes. Sed sine fundamento hoc dicitur.

3. Quia Scriptura docet, peccatum fuisse in numero absolutè, non in modo vel circumstantiis numeri, vel annis numeratorum, sicut suprà ex Scriptura argui.

4. Si David in hoc peccavit, quare non ipse propterea fuit punitus, sed Israëlitæ, qui peccatum hoc non commiserant? quare etiam Prophetæ Nathan eum hoc nomine non redarguit?

His itaque de causis neque hæc sententia videtur solida & vero consentanea.

Miror autem, Nachmanidem præsidium pro hac absurdâ sententia quæsivisse ex eo quod 1. Chron. 27. ¶ 23. 24. dicitur; *Et non accepit David numerum eorum à filio viginti annorum & infra, quia dixerat Dominus, quod multiplicaturus esset Israëlem veluti stellas celi: Joab filius Tzerujah caput numerare, sed non complevit, & fuit propter hoc ira super Israëlem, &c.* Literalis enim Scripturæ sensus non docet, quod Joab numerarit infra viginti annos, neque hoc respicit; sed explicatio ejus clara est; quod, posteaquam ibi commemorasset numeros Levitarum & Principum iplorum, dehinc adducat numeros secundum Tribus. Et de toto hoc dicitur; *Et non accepit David numerum eorum à filio viginti annorum & infra, quia dixerat Dominus, &c.* Quod verò postea dicitur; *Joab filius Tzerujah caput numerare, sed non perficit, id non refertur ad Numerum à filio viginti annorum & infra: sed indicat his verbis Scriptura, quare non commemoretur numerus tribuum omnium, uti commemoratur numerus Levitarum. Ideò dicitur: Joab filius Tzerujah caput numerare, sed non perficit.* Hæc omnia satis docent, non hanc esse sententiam & mentem Scripturarum.

Destruetis itaque tribus his sententiis, rectior mihi circa hanc quæstionem, videtur *Sententia Quarta*, quæ est R. Levi ben Gerson in Commentario suo, in hunc locum. Dicit ibi, *Peccatum hoc fuisse, quod David undus Dei Jacobi, & suavissimus Psaltes Israelis, posuerit carnem brachium suum, confidens in multitudine populi sui. Non decuisse autem, ut fiduciam suam poneret in multitudine populi Majestas regia, sed in Deo solo, quem nemo potest impedire quin servet, sive paucis, sive multis.* Et ego ulterius dico, *non esse metiendam magnitudinem peccati ex parte ipsius peccati, sed ex qualitate & dignitate peccantis.* Nam peccatum parvum in homine magno & eximio gravius est, quampeccatum magnum in homine perfectione illâ destituto; sicut videmus in Mose & Aharone, quod propter exiguum causam, veluti propter iram, vel propter alia, quæ commemo-
rant Rabbini nostri, & Interpretes, puniti fuerint, ne ingrederentur in ter-
ram,

ram. Quæ pæna non fuit proportionata ipsi peccato, sed pro conditione peccantis. Eadem fuit ratio Davidis, qui naturâ suâ fuit humilis spiritu, sicut dicit P̄sal. 131. 1. *Domine, non est exaltatum cor meum, neq; exaltati sunt oculi mei: & confusus fuit in Deo suo, sicut iterum dicit; In te Domine speravi, & in Domino confido, Ps. 31. 2.* Item; *Melius est sperare in Domino, quam confidere in homine, Psal. 108. 8.* Quia verò per septuaginta annos usus prosperitate magnâ, & felicissimo rerum omnium successu, tandem factus est elatus oculis, & latus corde, confuditque in multitudine populi sui, & gloriatus est in rebus fallacibus, quando præcepit Joabo ut numeraret populum, ut eo se efferret super inimicos suos; idcirco dignus fuit magnâ pænâ, non duntaxat ratione peccati, sed etiam pro proportione & magnitudine peccantis. Quandoquidem verò hoc peccatum valde alienum erat ab ingenio Davidis, idè dicit Scriptura, quod Deus eum incitárit ad peccandum in hac re: quia erat præter consuetudinem ejus naturalem, & Zelum ejus sanctum. Hoc, quod dixi, fuisse peccatum Davidis, docet responsio Joabi ad ipsum, dum dixit; *Addat Dominus Deus tuus sicut sunt, & sicut sunt, centum vicibus, & oculi Domini mei videant, &c.* Et in libris Chronicorum dicitur; *Omnes ipsi Domino meo sunt servi: ut quid querit hoc Dominus meus? ut quid erit ad delictum Israëli? &c.* 1. Chronic. 21. 2. Quod convenit cum eo quod hīc dicitur; *Sed ut quid Dominus meus rex vult hoc?* 2. Sam. 24. 3. Vult dicere nempe; *Hoc non esse necessarium, quin potius fortasse damnosum.* Hæc mihi videtur sententia verosimillima. Sed, juxta eam, queritur adhuc;

Cur puniti fuerint Israëlitæ, cum David peccaverit infidelitate & diffidentia in Deum? Quomodo Scriptura dicat;
בְּשָׁנָה לְלִרְאֹת יְהוָה אַתָּה נָסַע
Et addidit, h. e. Et perrexit ira Domini exardescere in Israëlem; si David peccavit à seipso?

Variæ de hac re sunt Interpretum sententiæ.

R. Salomon ad hunc locum scribit; *Nescio propter quid hic dicatur, Et addidit furor Domini irasci contra Israëlem, 2. Sam. 24. 1.* Sic R. Salomon non invenit causam hujus furoris.

R. D. Kimchi scripsit, *In Israële fuisse multas transgressiones occultas, Davidi ignatas, neq; ab ipso de terra extirpatas: & propter has fuisse illum furem.* Verū sententia hæc non est verosimilis. Quomodo enim pæna erit publica & nota, peccatum autem occultum, nec commemoratum in Scriptura? Et quomodo David pro eo non oravit, neque clamavit cor ejus ad

P p p

Deum, sicut fecit, quando fames venit in diebus ejus? Tum enim orabat ad Deum, donec ipsi significavit, hanc pñnam esse propter Saulem, & propter domum sanguinariam, quod occiderit Gibeonitas, 2. Sam. 21. 1.

R. Levi ben Gerson scripsit, quod Additio, seu Continuatio *hæc ira Domini* fuerit super furorem qui accensus fuit in eos propter Gibeonitas, quando famem trium annorum illis immisit, 2. Sam. 21. 1. & attribuatur Deo Benedicto hoc generaliter, tanquam *Causa prima omnium rerum quæ sunt*, sicut illic; Sit uxor filio heri tui, quemadmodum dixit Dominus, Genes. 24. 51. Item; Non vos misistis me huc, sed Deus, Genes. 45. 8. Sic scribit Majemonides in More par. 2. cap. 48. quod attribuantur in libris Sacris multa Deo Benedicto, quia sit causa prima omnium rerum; quamvis profluant res illæ ipsi attributæ, vel ex natura, vel ex accidenti, vel ex libero hominum arbitrio. Verum sententia ista Majemonidis procul valde abest à veritate, secundum fundamenta Legis. Non enim attribuntur Deo in libris Sacris, nisi ea, quæ proveniunt ex voluntate ejus particulari. Et loca Scripturæ quæ adducit, admittunt alias expositiones. Utinam vero scirem, quid Majemonides voluerit dicere, & quid intenderit in illo capite! Sed hæc non sunt hujus loci. Satis est si sciamus nunc, hoc, in quo viri isti Sapientes conveniunt, Deo attribuentes ea quæ Ipse non facit, esse sententiam absurdam, vero non consentaneam. Et si maximè daremus ipsis talia, & explicaremus hæc verba, *Et incitavit David in eos*, quod incitatio attribuatur Deo, tanquam causæ remotæ; tamen quod ibidem dicitur; *Et continuavit ira Domini*, non potest ita explicari.

Rabbi Moses bar Nachman in sectione טוֹרֵן סְפָרָן addit ex probabili opinione & conjectura, Tertiam sententiam; immissam sc. Israëlitis fuisse hanc pñnam, propter dilatam edificationem Templi; quod Arca Dei sic detentorio uno ad alterum, instar peregrini, migrare debuerit, nec Tribus Israëliticæ se invicem excitariint, dicendo; *Aedificemus domum Nomini Domini*, sicut jussi fuerant, Deut. 12. 5. Et quamvis David ad illud se excitatus fuisse nisi Deus illum cohibuisset; tamen & Israëlitas in hoc occupatos esse debuisse. Nam illos debuisse esse ædificantes, non David. Propter hanc itaque negligentiam fuisse hanc indignationem, & hanc plagam illis immissam.

Sententia hæc, quamvis Nachmanides eam proponat ex propria opinione, occurrit in Verbis Magistrorum nostrorum, in Medrasch Tehillim, ad hæc verba 2. Sam. 24. 18. *Et venit Gad ad Davidem, & dixit, Ascende, & erige altare Domino. Dicunt ibi; Cuiusnam erat David similis eis horum?*

Hominis

Homini qui cedit filium suum, filio nesciente, quare a Patre cedatur. Et posteaquam percussisset eum, dixit ei, Fac hoc quod jubeo te hodie: quamdiu est quod illud non fecisti, neq; ad me respexisti? Sic omnia illa militia, que ceciderunt tempore Davidis, non ob aliam causam ceciderunt, nisi quod non quasiverunt structuram domus Sanctuarii. Unde miror, quare Nachmanides scribat, se hoc ex opinione sua scribere, non verò illud proponat sub nomine ejus qui illud dixit. Interpretes utique hunc locum adducunt in suis Commentariis, unde ipsum, in Rabbinorum nostrorum scriptis versatissimum, latere non potuit.

Verum & hæc sententia mihi non videtur consentanea. Structura enim Templi injuncta fuit Regi, non Populo, sicut dicitur, i. Chronic. 17. 7. Num verbum ullum loquutus sum ulli ex Judicibus Israëlis, quibus precepi, ut passerent populum meum, dicendo; Ut quid non edificasti mihi domum cedrinam? Unde discimus, munus hoc incubuisse Judici aut Regi, non Populo. Et David jam per triginta annos excitatus fuerat, vel, cogitaverat exstruere Domum Domini; Dominus verò significavit ei, nondum advenisse tempus ut exstruatur, neque adesse tempus requiei, neque id futurum nisi temporibus Salomonis, quare itaque imputaretur reatus Israëlitis, adeò ut dicatur, mortuos esse hujus rei causâ 70000. Israëlitarum. Quod si Israëlitæ in hoc peccarunt, quare non egerunt pœnitentiam, neque è vestigio accinxerunt se ad eam ædificandam? Nam & post hanc pœnam non occupati fuerunt in ea, nisi David & Salomon filius ejus, non verò Tribus ipsæ.

Sed & Quartam sententiam inveni apud quandam ex Christianis, hanc pœnam diminutionis populi irrogatam fuisse propter Bathabam, & sanguinem Uriæ Chittæi, & hujus respectu dici; Et addidit ira Domini, &c. Nam in multitidine populi consistit decor Regis, & deficiente populo, est attritio principis, Prov. 14. 28.

Sed & hæc sententia nullum habet fundamentum. Nam in peccato Bathabæ & Uriæ indicavit Propheta Davidi non solum peccatum, sed & pœnam ejus; quod sc. non recessurus sit gladius à domo ipsius, & quod concubitus sint cum uxoribus ejus in oculis Solis, 2. Sam. 12. 11. Quod totum etiam impletum fuit. Nequaquam autem comminatus fuit ei Propheta, quod morituri sint propterea Israëlitæ, nedum post tot annos. Et pœna hæc irrogata fuit Israëlitis, non Davidi. Quamvis enim obierint 70000. viri ex ejus populo, non tamen prophanata prorsus fuit Gloria ejus. Adde quod sic mortui fuissent sine ulla ipsorum culpa.

Quandoquidem ergo ex his luculenter appetet, vel, evídens est vanitas & nullitas sententiarum istarum Quatuor, rectius videtur, ut dica-

mus, Peccatum & prævaricationem Israëlitarum fuisse hanc, quod sequuti sunt Schebanus, ben Bichri. Quod ita declaro: Israëlite peccarunt in hoc, quod adjunxerunt se Absalom, cum rebellaret contra patrem suum. Et quia adjuverunt rebellionem ipsius, & cum ipso conjurarunt, propterea puniti sunt, ut cederint in bello coram servis Davidis, die uno, viginti millia, 2.Sam.18.v.7. Quia itaq; Israëlite peccarunt, & quia contra Davidem peccarunt, idèo puniti sunt propterea, & quidem per servos Davidis. Cum verò postea Seba ben Bichri levasset manum suam contra Regem, & dixisset; Non est nobis pars in Davide, neque haereditas nobis in filio Isai, quisque revertatur ad tabernacula sua ò Israel, 2.Sam.20.1. ibi memorat Scriptura, quod ascenderit omnis vir Israelis à Davide, post Seba filium Bichri; & per hoc facti fuerint Israëlite mali, & peccatores Domino valde, dum rebellarunt contra Davidem, & murmurarunt contra Dominum, & unclum ejus. Scriptura verò dicit; Quicunque rebellaverit ori tuo, morietur, Jof. 1. 18. Neque dubium est, quin peccatum hoc longè gravius fuerit, quam cum sequerentur Absalomum. Nam ille fuit Filius Davidis, & justum ac æquum erat, ut, quia ipse maximus natuerat inter fratres suos, primogenituræ jus haberet, & regnum ad ipsum pertineret. Unde Israëlite non tantæ conspirationis, nec tantæ rebellionis in domum Davidis rei erant, quod sequerentur Absalomum: Sed hic in negotio Seba ben Bichri, quem sequuti sunt, ad rebellandum contra Davidem regem suum, fuit rebellio vehementissima & longè gravissima, & mortis rei erant. Idèo dicitur; Et addidit furor Jehovae irasci contra Israëlem. Nimirum Additio hæc fuit, quod cum memoretur, illos iam punitos fuisse propter negotium Absalomi & rebellionem ejus, ulterius puniti sint propter negotium Seba ben Bichri.

Hunc verum esse sensum, docent quatuor:

1. quod dicitur; Et concitavit Davidem in eos, q. d. Quandoquidem peccarunt contra Davidem, dum rebellarunt regno ipsius, justum & æquum fuit, ut punirentur per manum ejus, ac proinde incitavit Deus Benedictus ipsum, ut numeraret eos, quod per manum ejus punirentur. Et quamvis David pro sua pietate remitteret ipsis peccatum ipsorum, & condonaret iniuriam ipsorum, neque propterea voluerit punire eos, tamen de jure, quod Rex esset, honori ejus non satisfactum fuit.

2. ex eo quod Propheta dicit; Tria ego offero tibi, elige tibi unum ex his, ut faciam tibi: Hæc Tria fuerunt ad puniendum populum, vel Fane, sicut propter iniuriam Gibeonitarum: vel Bello, ut fuit propter iniuriam Absalomi: vel Peste, sicut accidit Generationi deserti, cum loquutis essent contra Deum, & contra Mosen, &c. Non addidit quartum; Mortbos videlicet malos & graves venturos super Davidem, aut pænam aliam ipsi soli infligen-

infligendam. Omnia hæc propterea, quia Israëlitæ fuerunt peccatores, & ipsi erant digni qui acciperent pænam, non David, quamvis Deus, ut honoraret eum, & quia pretiosus fuit in oculis ejus, pænæ optionem liberam ipsi fecisset.

3. ex eo quod Deus dicit ad Angelum vastatorem; *Sufficit nunc: quiesce-re fac manum tuam, cùm extenderet manum suam contra Hierosolymam, ut perderet eam.* Quare non pænituit Deum, cùm veniret Angelus vastator contra reliquas urbes Israëlis? Non alia de causa hoc factum fuit, quām quod Jerusalem fuit ex filiis Jehuda, qui non peccarunt cum Seba ben Bichri, sicut dicitur; *Viri autem Jehudah adhaerunt Davidi Regi suo;* idcirco Deus præcepit ei, ut remittat manum suam à perdendo in domo Jehudah, & Jerusalem. Nullum interim est dubium, quin non nulli de viris Jehudah, peccantes in animabus suis, etiam sequuti sint Sebam ben Bichri, cum viris Israel. Quamvis enim dicatur; *Viri Jehudah adhaerunt Davidi Regi suo;* tamen est propositio indefinita, Particularis, non Universalis: & illi, qui mortui fuerunt eâ plagâ, fuerunt, qui participes se reddiderunt illius iniquitatis; *Domini enim sunt cardines terra, ad dandum unicuius secundum vias suas, & secundum fructum operum suorum,* i. Sam. 2. 8.

4 quia non invenimus, quod Propheta Gad redarguerit Davidem propter numerum populi, vel quod de eo cum ipso sit loquutus quicquam. Quod docet, Davidem non peccasse, sed incitatum fuisse à Deo, ut numeraret Israëlem, quòd sic adduceret hanc pænam super eos per manum ipsius: quia ipsi peccarant, & per ipsum puniendi erant. Modus autem incitandi fuit, quod licet David esset humillimo spiritu, & Deo confidens summè, induxit tamen eum, ut se efferret in senectute sua, & fiduciam suam poneret in hominibus, sicut dixi. Et ex hac Incitatione quoque fuit, quod Joabo duci exercitus sui mandavit, ut numeraret populum *secundum capita, non per rem aliam,* neque curaret dampnum oculi mali, ut, quia incauti & imprudentes essent circa iniuriam commemoratam, dominetur in ipsis damnum oculi mali; *Itaq; exarsit in illos ira Dei, & consumpsit in castris, &c.* Præcepit autem, ut numeraret eos per capita, quando dixit; *Vade, numera populum;* docet hoc enim, populum fuisse numeratum in capitibus suis, non per agnos aut lapides, aut rem aliam. Ideò præcepit Joabo, duci exercitus, & principibus, ut transeant per omnes tribus Israëlis, & recenseant populum. Si voluisset, ut recenseret eos per aliquid aliud quod ipsi darent, ut Saul fecit, non opus fuisse isto duce exercitus, sed simpliciter jussisset rex singulos affere lapidem, vel aliud quid, per quod numerarentur, & sciret num-

rum ipsorum. Propterea mens ejus fuit, ut recenserentur per capita. Hac quippe de causa debuerunt Principes exercitus cogere populum, & colligere universum numerum.

Sic ergo ostensum est, Prævaricationem Israëlis hanc fuisse, quod participes se fecerint rebellionis Sebæ ben Bichri; & Davidem concitatum fuisse per superbiam, & modum illicitum numerandi populum per capita, non alio medio, quod sic per ipsum punirentur. Quod volui hic demonstrare.



DISSERTATIO SEXTA.

De
N O M I N E M O S I S.

Ad Exo. CAP. II. v. 10.

Nomen מֹשֶׁה esse Hebraicum, non Aegyptiacum.

Mox crevit puer, & adduxit eum ad filiam Pharaonis: Refert Scriptura, cùm accresceret Moses, piam ejus Matrem Jochebed adduxisse eum ad filiam Pharaonis, dicens ei; *En, mea Domina, puerum quem commisisti mihi.*

Quod verò dicitur; מֹשֶׁה מֶלֶךְ אֶת יִשְׂרָאֵל Et vocavit nomen ejus מֹשֶׁה Mosche, & dixit, *Quia ex aquis נִצְחָנָה;* cùm & Nomen & Nominis ratio, sint petita ex lingua Hebraica; Filia Pharaonis autem non calluerit loqui Iudaice, quia Aegyptiacâ linguâ loquebatur; nec probabile sit, illam mulieres Hebræas rogasse de Nomine ipsius, & Nominis ratione (cur enim hoc fecisset?) idcirco ratio videtur dictare, illam Nomen ipsi inuidisse Aegyptiacum, quod Extrahendi significatum habuerit: & illud Nomen à Scriptore Legis translatum fuisse in Linguam Sanctam, & per ἄρτη redditum. Sic scripsit Aben Esra; *Nomen מֹשֶׁה Mosche esse translatum ex lingua Aegyptiacâ, in qua vocatus fuerit מַנְיָם Monios;* testaturq; se sic vidisse in libris Zabiorum, qui translati sunt ex lingua Aegyptiacâ in linguam Arabicam.

Quod si verò res ita haberet, quis impediret, quò minus idem dicemus de aliis quoque Nominibus, veluti Adam, Eva, שָׁׁמֵן Isch & שָׁׁמֵן Ischah, Kain, Scheith, Noah, Peleg, reliquisque Nominibus propriis Virorum priscis;

priscis; quod licet sint derivata à vocibus significativis in lingua Hebræa, fieri tamen possit, ut sint ex lingua illa, quâ primò loquebantur, in Hebræam translata. Ut sic non firmum argumentum ex illis peti posset ad probandum, Lingua Hebræam esse omnium linguarum primam, in qua creatus sit mundus, & Lex data, ut Sapientes nostri volunt. Verum non potest probari in ulla Lingua usitatum esse, ut Nomina Propria particularia, derivationem suam à verbis significativis trahentia, transferantur ex una Lingua in aliam, quamvis res vel voces illæ transferantur, unde sunt deducta: quia id foret absurdissimum & ineptissimum, quod non committet quisquam prudens & cordatus. Annen vides, Ex. gr. eum, qui vocatur in lingua Hebræa שִׁמְעוֹן Schimeon (quod nomenderivatur à verbo שָׁמַע Andavit), Simeonem vocari in omnibus Linguis, Hebræa non solum, sed & Arabicâ, Persicâ, Græcâ, Latinâ, Indicâ, & aliis? quia Nomen proprium particularre non transfertur ullâ ratione ex una lingua in aliam: sed tantum verbum illud יְהֹוָה à quo nomen יהֹוָה derivatur, pro varietate populorum, hanc vel illam linguam habentium. Et hoc est in confessio in omnibus linguis. Ideo quivis Interpres libri alicujus transfert omnes voces rerum & significativas, historias item, & nomina generalia omnia, non verò nomina Propria hominum particularium. Hæc nullo modo transfert, sed relinquit illis eadem, quæ ipsis primò sunt indita. Sic fecit Onkelos, & reliqui Paraphraſtæ Chaldaei. Ideo transtulit hic; Et vocavit nomen ejus Mosche הַשֵּׁמֶן, & dixit, quia ex aquis שְׁכָלָתָה Schechalteh. Scilicet non transtulit nomen מֹשֶׁה: sed verbum שְׁכָלָתָה: unde nulla est affinitas & convenientia in verbo Chaldaeo שְׁחָאָת Schachal, & nomine מֹשֶׁה Mosche, sicut inter illa est convenientia in lingua Hebræa. Ideo etiam Lex adducit nomina specialia virorum, prout vocati fuerunt primò in Linguis suis; ut, יְהֹוָה Jethro, Reuel, Balak, Bileam, Sichon, Og, Potiphar, Osnat bat Popherah, quæ sunt nomina petita ex linguis illorum populorum, & citra dubium in linguis illis derivata à rebus, quæ contigerunt, vel vocabulis significativis. Sic Aben Esra scripsit, תְּרוּפָה נָתָנָה Izopnath Paaneach, quod nomen Pharao dedit Josepho, fuisse nomen Aegyptiacum, & significare פָּרָה niphay. Revelatorem profundorum. Quamvis autem esset nomen Josephi Hebræi, non transtulit tamen illud Lex, dicendo; Et vocavit Pharao nomen Josephi, יְהֹוָה מְלֹא קָדְשָׁךְ Revelator profundorum: quia Nomina propria non transferuntur de Lingua in linguam.

Quod cùm ita sit, quare diceremus de nomine Moses, quod Lex nomen ipsius notum, quo nominatus fuit à nativitate sua, mutarit vel trans-

transtulerit, & pro Monios substituerit מֹשֶׁה Mosche? Quare non fecisset Lex ita, ut Abé Esra ipsem dicit & testatur, quòd fecerit Arabs ille, qui translatis libris Zabiorum ex lingua Aegyptiaca, qui semper retinet nomen Monios, prout fuit in lingua Aegyptiaca; quare, inquam, Lex non itidem ita fecisset, & nomen illud retinuisse?

Verùm in hoc sine dubio Aben Esra erravit manifeste, ut & reliqui Interpretes. Nam Moses, Prophetarum ille princeps, semper fuit vocatus Mosche מֹשֶׁה, à principio usque ad diem mortis suæ, neque unquam translatum vel mutatum fuit nomen ipsius.

Error autem hic inde illis venit, quòd existimaverunt, id quod Lex dicit; וְיַעֲרֵא שָׁמָּה מֹשֶׁה Et vocavit nomen ejus Moschē, referri ad filiam Pharaonis; & eam in prima persona de se dicere; וְיִתְּבְּחֵר בְּנֵי הָעָם מֹשֶׁה h.e. Quia ego ex aquis extraxi eum. Atqui res non ita habet. Omne enim ḥ. fæmininum, quod occurrit in isto versu, refertur ad matrem Mosis, non vero ad filiam Pharaonis; veluti; וְיִקְרְבֶּן Et accepit mulier puerum מִצְרָיִם & lactavit eum, וְיִתְּבְּחֵר אֶת בָּתָהוּ & adduxit eum ad filiam Pharaonis. Itaque de hac eadem quoque dicitur; וְיִתְּאַמְּרֵן Et vocavit nomen ejus Mosche. Unde genuinus sensus hujus Versus hic est; Quod mater Mosis acceperit puerum, eumq; lactarit, & postea quum lactasset eum, adduxerit ad filiam Pharaonis, quæ receperit eum loco filii: & cùm illum ad eam adduxisset, vocari nomen ejus מֹשֶׁה Mosche; (Jochebed, inquam commemorata), dicens, (sc. eadem mater Mosis) ad filiam Pharaonis; Ego, & reliqui populares mei Judei, nomen מֹשֶׁה ei imposuimus; Quia ex aquis מִצְרָיִם extraxisti eum; quasi dixisset; Mea domina, vocavi nomen ejus מֹשֶׁה, propter id quod tibi cum puer accidit; quia sc. ex aquis extraxisti eum. Notandum enim, מִשְׁתַּחַת non esse primam personam Præteriti, cum affixo masculino (ut vulgo existimant) sed esse personam secundam Præteriti fæmininam, cum Affixo pronomine masculino; Idque evincunt Leges vel Regulæ Grammaticæ. Quod si namque esset prima persona Præteriti, dicendum fuisset מִשְׁתַּחַת, cum Joth inter Thau & He; Joth enim est signum primæ personæ. Atqui deficit Jod inter Thau & He, & scribitur, מִשְׁתַּחַת, quomodo significat אָתָּה Extraxisti eum, juxta formam, יְנִזְנֵנִי Geniisti me, Jerem. 15, 10. Cor abstulisti mihi, Cantic. 4, 9. quæ sunt personæ secundæ fæmininæ, pro לְבָבְךָ אָתָּה &, atque ideo non est in illis Jod post Thau. Neque invenies deficere Jod in persona prima, sive masculinæ, sive fæmininæ illa efferratur. Masculinorum, & cum affixis pronominibus masculinis & fæmininis, exempla sunt: פְּנַצְחָתְּךָ i. Sam. 16, 7. לְדַתְּךָוּ Numer. 11, 12. פְּנַצְחָתְּךָ Ezech. 29, 3. פְּנַצְחָתְּךָ Genes.

Genes. 38. 22. גַּדְעֹן Genes. 23. II. hæc omnia scribuntur cum Jod post Thau. Generis fæminini exempla sunt; בָּקָרִת הָנָה Quasivi eum, Inveni eum (verba sunt sponsæ de sponso) Cantic. 5. 6. שָׁאֵלָת הָנָה Commodity eum (dicit Hanna) I. Sam. I. 28. quæ in libris emendatis scribuntur cum Jod post Thau, ad indicandam personam primam.

Ex quibus liquet, Matrem Mosis fuisse, quæ nomen ejus vocavit מֹשֶׁה Moscheh in Lingua Hebræa; non verò filiam Pharaonis; neque translatum esse Nomen hoc ex lingua Ægyptiaca in Hebraicam, ut voluit Aben Esra; de Matre item Mosis dicere Scripturam; Et vocavit nomen ejus מֹשֶׁה Moscheh, & dixit, quia ex aquis extraxisti eum: Dixit enim ad filiam Pharaonis, En ego vocavi nomen ejus Moscheh in lingua nostra Hebraica, quia Tu ex aquis extraxisti eum.

Quod attinget ad Testimonium Aben Esræ ex libris Zabiorum, qui vocarunt eum מֹנֵס, id non destruit id quod ego dixi. Potest autem illud duobus modis consistere:

I. Quia מֹנֵס idem videtur esse quod מֹשֶׁה Mosche, quia vox est ei pronunciatione affinis: Syllaba enim prima eadem est utriusque vocabuli, nempe Mo ו, quæ continet literam primam radicalem ו nominis מֹשֶׁה: secunda, nempe ו, est Samech sive וּ, quod est in מֹנֵס: plerique enim Schin pronunciant Sin. Et sic hodiè Israëlitæ vocant eum מֹסָע Musa. Deest autem in מֹנֵס tertia litera radicalis, nempe He, quia ea non auditur in pronunciatione; unde in nulla lingua nomen מֹשֶׁה Mosis scribitur cum He, præterquam in Hebraica. Quod in מֹנֵס additur ו, id est à variatione quæ accedit cùm transmutantur & transferuntur nomina ex una Lingua in aliam, per linguam aliam; sicut nomen Mosis Hebraicum translatum est in linguam Arabicam, per linguam Ægyptiacam, aut Græcam, vel Persicam, vel aliam. Quisque enim mutat aliquid in Nominibus propriis, pro ratione pronunciationis suæ. Sic Romani vocant nomen ejus Moses, & Judæi vocant Divinum illum Platonem Aplatonem, & Alexandrum vocant Alexandros. Quamvis enim pleraque Nomina propria eadem sint in omnibus linguis, pronunciatione tamen illorum variat in illis, quandoque magis, quandoque minus; non verò transferuntur Nomina, sed semper ea vocant secundum impositionem illorum primam; quamvis non nihil deflexa, & immutata ratione pronunciationis, in unaquaq; gente. Idem est ergo hic quoque de מֹנֵס, quod est ipsum nomen מֹשֶׁה, sed mutatum, propter varietatem pronunciationis in illis linguis, per quas est translatum.

2. Viri cordati & prudentes dicunt mihi, Nomen מֹנֵס Monios in lin-

QQQ

gua antiqua Ægyptiaca significare Admirabilem, vel Miraculosum. Vocatus itaque fuerit sic Moses ab Ægyptiis, tempore legationis suæ ad Ægyptios, q. מִרְכָּלָס Miraculosus, vel Miracula faciens, propter miracula quæ fecit in oculis ipsorum; Ut nomen מֹשֶׁה sit Appellativum, & Epitheton, nomini ejus vero מֹשֵׁה Mosche superadditum. Fortè est מַגְנָן, quod in lingua Graeca significat Magnum, & admiranda patrantem (puto illum respicere ad ipsam vocem Latinam Magnus).

Ex his omnibus colligimus, Nomen מֹשֵׁה Mosche, esse Nomen proprium & verum, quod Mater ejus ipso indidit: Nomen מַנוֹּס Monios esse Epitheton, ei ab Ægyptiis inditum, propter ipsius præstantiam, & insignem sapientiam, cum natus octoaginta annos, staret coram Pharaone, & admiranda ejus facta, & sapientia, se exeruerunt. Sic enim & nos ipsum in lingua nostrâ vocamus לְגִיסְתָּא Legislatorem, וְאֶתְנָהָרָא Virum Dei, הַבָּרוּךְ servum Domini, & similibus Epithetis,



DISSERTATIO SEPTIMA.

De

IDOLOLATRIÆ VARIIS
SPECIEBUS.

Quarum in SS. Literis fit mentio:

Ex ABARENELE, ad 2. Reg. 17. v. 7. 10.

15. 16. 17. 21.

 Uta Scriptura hîc recenset varias species Idololatriæ, ideo visum est mihi de illis agere, & Species, modosque earum colligere.

Rabbi Moses Nachmanides in Legem, in sectione י' scribit;
Ex iis q. e Scriptura commemorat de Idololatria, Tres ejus fuerunt Species. Prima est, que incepit colere Angelos, qui sunt Intelligentia abstracta, & constituti Principes super Populos, sicut scriptum est; Princeps Regni Græciæ, & Princeps Regni Persiæ; existimantes illos habere potestatem benefaciendi, vel malefaciendi: Et hi sunt.

funt, qui in Scriptura vocantur אֱלֹהִים אֱלֹהִים Dii alii: אֱלֹהִים אֱלֹהִים Dii populorum; Angeli enim in Scriptura vocantur אֱלֹהִים אֱלֹהִים Dii, sicut dicitur: Ipse est אֱלֹהִים Deus Deorum: Item: Et incurvabant se ei omnes אֱלֹהִים אֱלֹהִים Dii: Item: Magnus est DOMINUS præ omnibus אֱלֹהִים אֱלֹהִים diis, Exo. 18.11. Et quanvis cultores illorum agnoscerent, summam Virtutem, & potestatem absolutam esse penes Deum, ut & Rabbinæ nostri ajunt, quod idèo vocetur Deus Deorum; nihilominus tamen colebant creature as istas. Et de his dicitur, Sacrificans אֱלֹהִים אֱלֹהִים Diis, occidetur, Exod. 22.19. Secunda species fuit, quod coluerint Exercitum cælestem, Solem, Lunam, aut aliud aliquod Sydus cælestis. Quilibet enim populus scivit virtutem Syderis super se dominantis, juxta dominium quod ei in terram illam datum. Existimabant itaque, cultu suo se demereri Sydus illud, ut eis profit. Hi sunt, qui incepérunt facere figuræ, in Sculptilibus, Lucis, & Statuis subdialibus, certis quibusdam horis, quibus virtutem eas habere putabant: & hinc existimabant, se ab iis obtinere felicitatem & prosperitatem. Utrig, isti habebant Prophetas falsos, qui prædicebant ipsis futura per divinationes & auguria. Tertia species fuit, quod etiam incepérunt colere Dæmones, qui sunt Spiritus, & existimabant, ex his etiam quosdam esse prefectos populis, ut nocerent hostibus ipsorum, sicut hoc apparet ex Necromantia, & verbis Rabbinorum nostrorum. Hinc dicitur Deuter. 32.17. Sacrificaverunt dæmoniis, quæ non Deus, q. d. qui non sunt sicut Angeli, qui vocantur אֱלֹהִים; Additur, Diis novis, quia Israëlite hoc didicerant à Magis in Aegypto. Lex verò prohibuit omnem cultum, præterquam Dei solius. Hinc horatur; Non erunt tibi Dii alii coram facie mea; intelligens per hoc Angelos, qui sunt coram Deo. Et rursus: Non facies tibi sculptile, vel ullam similitudinem eorum quæ in cælo suprà; respectu speciei secundæ, Exercitus sc. cælestis: Et; Et quæ in terra, & in aquis sub terra; respectu dæmonum, qui sunt sub aquis, & eorum quæ habitant in eis: Et de universis simul dicit; Non incurvabis te eis, neque coles ea.

Hæc est sententia Nachmanidis, quæ vera quidem est juxta Scripturas, Sed, more suo, nimis generaliter ista exposuit, & quasdam etiam Idololatriæ Species omisit, quarum non meminit.

Idèo specialius ista sunt declaranda, & explicandum, *Quot species idololatriæ fuerint apud Veteres, juxta testimonia Scripturarum, & verba Sapientum nostrorum?* ut videoas, Scripturam in hoc præsenti loco omnes recensere, & indicare, quod illas exercuerint, ne uncâ quidem exceptâ.

Dico ergo, quod si rem hanc propè excusserimus, nos inventuros, Cultuum alienorum, quos exercebant, Decem reperiri species:

Prima species est ea, quam primo etiam loco adducit Nachmanides, quod sc. coluerunt Angelos, & crediderunt, illos esse Principes populorum, & benefacere cultoribus suis, Idcirco dicitur hic, dum recensentur peccata

Israëlis; 2. Reg. 17. 7. *Et timuerunt Deos alienos: quia, ut dictum, Angeli vocantur Dii.*

Secunda iterum est secunda, quam adducit Nachmanides; Cultus sc. Exercitus cælestis, Stellarum, & Planetarum. Hæc coluerunt, quia existimarent, illa magnam virtutem habere in terram, & omnia ex ea crescentia, sicut scriptum est: Et expandent ea ad Solem & Lunam, & ad omnem exercitum celi, quæ dilexerunt, & quibus servierunt, &c. Jerem. 8. 2. Et sic dicitur in Lege; Nevé attollas oculos tuos in calum, & videoas Solem, & Lunam, & stellas, omnem militiam celi, & impellaris, & incurvate illis, colasq; ea, quæ distribuit Dominus Deus tuus omnibus populis sub toto cælo, Deut. 4. 19. De hac specie dicitur hic; Incurvaverunt se universæ militiae celi, v. 16. Et quia Sol est Agens maximum, & principium generationum omnium, deque eo dicebant, nihil ei esse simile; idcirco de eo in specie dicitur; servieruntq; בָּאֵל Baali, & transire fecerunt filios suos & filias suas per ignem; hic enim erat Cultus Solis, eò quod dominetur in elementum Ignis.

Tertia species est Cultus figurarum & imaginum, Talisman dictorum, quas certis horis faciebant, ut ipsis eloquerentur & indicarent futura. Et quamvis hoc habuerint pro Demissione spiritualis virtutis Planetæ alicujus super illam figuram vel imaginem; tamen constituitur hinc species peculiaris; quia Cultores speciei secundæ colebant Sydera cælestia ipsa, non Imagines & figuræ. Hæc itaque Species tertia est alia, illorum sc. qui colebant illas figuræ, existimantes, illas habere virtutes ad faciendum quod ipsis volunt. De tertia hac specie dicitur hic; Atq; fecerunt sibi conflatile, duos vitulos, & lucum, v. 16. Nam Vituli & Lucus, sive Arbor ista אֲשֶׁר dicta, fuerunt apud ipsis Figuræ, & לְמַצְעָה, vel Talisman.

Quarta species est Cultus Imaginum peculiarium, pro felici Accretione plantarum, & Agriculturæ. Circa hæc enim viri tertiae hujus speciei peculiariter occupabantur, ipsorumque Artificium vocabatur מִנְגָּדָל, & Cultores seu artifices ipsi מִנְגָּדָל: quia præcipuus ipsorum finis erat, Electio horarum certarum, quæ utiles sint & conducant ad multiplicandos preventus terræ, ad arationem, & sementim. Respectu hujus speciei dicitur hic; Statueruntq; sibi statuas & lucos super omnem collum elevatum, & subter omnem arborem viridem, v. 10.

Quinta species sunt figuræ Teraphim (תְּרָאֵפִים), quarum factores credunt, quod & ipsæ doceant, per signa ab ipsis prodeuntia, res futuras, dicuntq; qui eas interrogant; Ex. g. Si prosperè cedet id quod ego facturus sum, videam in visione diurna, aut in visione nocturna, Virginem formosam, cum lucerna ardente in manu; si minus, videam mulierem nigram cum face extincta in manu; ac si figuræ istæ

istæ Teraphim cultæ, essent causa, ut in somnio aut in visione eveniret signum, quod Interrogans constituit pro responso suo. De hac specie dicit Propheta; *Teraphim loquuta sunt vanitatem*, Zach. 10. 2. *Interrogavit Teraphim*, Ezech. 21. 21. Et quia, ipsorum opinione, illorum ratio eadem fere erat quæ Urim & Thummim, idcirco dicitur; *Sine Ephod & Teraphim*, Hos. 3. 4. Atqui ita differunt inter se, sicut res verè sensibilis, à figuris imaginariis falsis. De hac specie dicitur hīc; *Et fecerunt res malas, irritando Deum*, v. Irritabant enim eum faciendo Teraphim, ad similitudinem instrumentorum sacrorum, Urim & Thummim.

Sexta species Idololatriæ est, quòd coluerint Animal aliquod, existimantes, ei inesse Spiritualem virtutem à superioribus. Talis fuit ratio אַשְׁתָּוֹרֶת Astaroth, & צָנוֹן Dagon, idoli Philistæorum. Sic errarunt Chaldæi de Dracone vel Balæna magna, quam Sapientes nostri dicunt interfecisse Daniellem. Sic Chaldæi, qui venerunt ut habitarent in terra Israëlis, fecerunt סְכֻת בְּנֹת Succoth-benoth. De quo Rabbini nostri scribunt in Capite Talmudico, ארבע מיתות, quòd fuerint colentes Gallinas: ut & Cuthæi fecerunt Nergal, quod erat Gallus: Hivvæi fecerunt נִפְחָן Nifchan & תַּרְתָּק Tartak, quæ fuerunt Canis & Afinus, ut Rabbini nostri scribunt in loco allegato. Quia igitur Levitas & fœditas hæc erat magna, ut homines rationem & intellectum habentes colant Animalia irrationalia, ideo dicitur hīc; servientes מְגַלְוֵי idolis stercoreis, de quibus Dominus dixerat eis; Ne feceritis hoc, v. 12.

Septima species Idololatriæ est, quòd colebant etiam Mortuos, aut Offa eorum, existimantes, in eis, vel per eas, esse Scientiam futurorum, dissentientes hac in parte à Salomone qui dixit; *Mortui non sciunt quicquam*, Eccles. 9. 5. Ex hac specie fuerunt, Ἀρίοι Arioli, & Querentes mortuos, de quibus Lex scribit. Hæc species propriè vocatur θυμῷ Divinatio, & de ea dicit Propheta; *Quum autem dixerint ad vos, Querite à pythonibus, & à Divinis qui pipiunt, & loquuntur, ducite illis*; Nonne populus à Deo suo requireat? an pro vivis à mortuis? Esa. 8. 18. Respectu hujus speciei dicitur hīc; *Et divinarunt divinationes*, v. 17.

Octava species Cultūs erat, quem exhibebant Cæsaribus & Regibus, qui prosperè gesserunt bella sua, multasque terras sibi subjecerunt, dicentes, illos hæc non fecisse sine singulari Virtute Divina. Hinc faciebant illorum Imagines, & incurvaverunt se eis. Dicebant enim, Deum illos in terra constituisse suo loco. Talis fuit ratio Nebucadnezaris, cuius subditæ existimarent, quòd si in se reciperen cultum ejus, & ad eum respicerent, pro-

speros & felices se futuros ut & ipse. Hæc, secundum Rabbinos nostros, fuit sententia & mens Pharaonis; Senacheribi item, qui dixit; *Ascendam super altitudines nubis, similis siam altissimo*, Jesa. 14. 14. Chirami item & sociorum ejus, qui scipios Deos fecerunt. Et de hac specie dicitur hic; *Quia scidit Israelem a domo Davidis, & Regem constituerunt Jerobeam filium Nebat: expulit autem Jerobeam Israelem, ne iret post Jehovam, & peccare fecit eos peccato grandi,* §. 21.

Nona species est eorum, qui judicant ex rebus quæ per accidens eveniunt. Existimant enim & hi, se posse ex illis judicare de futuris, juxta principia universalia. Hæc species propriè Vocatur נִיחוֹשׁ, & de ea dicit Prophetæ; *Tersit sagittas, interrogavit Teraphim, inspexit jecur*, Ezech. 21. 21. Ad hanc speciem pertinuerunt Sortes variæ. Ideò dicunt, *חַסְקָן אֲרֵי אֶוּ אָבָא אֶוּ שָׂוָל נִירָךְ*. Respectu hujus speciei dicitur hic; *וְיִנְחַזֵּה*. Et augurati sunt, §. 17.

Decima species est tertia, cuius suprà meminit Nachmanides, eorum qui protestatem & dominium attribuunt quoq; Dæmonibus, qui, ut illi credunt, sunt in aëre. De his quidam existimant, illos esse substantias separatas & abstractas à materia; alii credunt, illos esse compositos ex aëre & igne, arbitranturque se attrahere posse eos per Sacrificia, aut incantationes, quæ habeant proprietatem peculiarem adducendi eos, quo tempore & loco voluerint. Hæc species propriè vocatur קְשָׁפִים. Et quia frequentius inventur inter Mulieres, ob infirmorem ipsarum animum, ideo dicitur מִכְפְּשָׁה חַבְרִים Magam vel beneficam non sines vivere; Exo. 22. 17. Hujus speciei est חַבְרָר חַבְרִים & de ea dicitur; *Et non sacrificabunt ultra sacrificia sua dæmonibus*, Levit. 17. 7. Item; *Sacrificaverunt demonis, non Deo*, Deuteron. 32. 17. Et quia in his nulla est soliditas, ideò dicit de iis Deus; *Ipsi zelare fecerunt me in re qua non est Deus, irasci fecerunt me in vanitatibus suis*, Deuteron. 32. 21. De hac specie dicitur hic: *Et abierunt post vanitatem, vaniq. facti sunt*, §. 15.

Omnis autem istas Cultuum species comprehendit Prophetæ, dicens; *Et tradiderunt se ad faciendum malum in oculis Domini, ut irritarent cum*, §. 17. quæcunque enim Idolatriæ species ad iram provocat Deum.

Ex his patet, Modos Idolatriæ omnes comprehendi sub istis Decem speciebus; & omnes inventas fuisse in filiis Israel. Non commemoravi autem eas ordine, secundum loca Scripturarum, sed juxta Gradus illarum.

Et secundum has species divisæ fuerunt religiones apud antiquos, constituebantque in iis felicitates suas quæ ipsis obtingebant, & attribuebant eas Diis suis, sicut dicitur; *Ex eo autem tempore, quo cessavimus suffire regne cali, & libare ei libamina, caruimus omnibus gladioꝝ, & fame consumpti sumus*, Jerem. 44. 18. Et

18. Et Habacuc dicit; *Propterea sacrificabit sacerdos suus, sufficiet reti suo: quia per illa impinguata est portio ejus, & cibus ejus pingue pecus*, Habac. 1. 16. Et Job.; *Prospere agunt tabernacula predonum, & secura sunt provocantibus Deum, & ei qui producit Deum manu sua*: cap. 12. v. 6. Etrevera Octo posteriores ex decem istis speciebus fundatae sunt super lineam desolationis, & lapides vacuitatis (ex Esai. 34. II.) quia sunt res à veritate & ratione deflectentes: *Duae vero priores species, quæ versantur circa Intelligentias abstractas, & Stellas, entitatem aliquam per se habent: Cultus vero illorum est amentia & stupor cordis: quia Virtutes & potentiae Intelligentiarum abstractarum, & Corporum cœlestium, Syderumque, sunt limitatae & determinatae, neque pertingunt nisi eò quo destinata sunt. Quemadmodum enim Ignis potentiam habet calefaciendi, Aqua, refrigerandi: sic ex. gr. Mars potentiam habet perdeni & destruendi, Jupiter, prosperandi, ditandi; neque in ipsorum potestate est istam proprietatem mutandi, & contrariam influentiam demittendi super aliquem, prout quisque ea vel colit, vel non colit, sicut Aqua non potest contra naturam suam facere. Quando vero subiectum aliquod dispositum est ad recipiendum influentiam illam, quæ provenit ex natura Planetæ alicujus, veluti ad recipiendam humiditatem à Luna, calorem ab Igne, & illam accipit; non sequitur tamen inde, quòd Operatio illa proveniat ab Arbitrio & Voluntate Planetæ: ille enim operatur per dispositionem naturalem. Atque hoc est fundamentum & principium erroris plerorumq; Idololatrarum, quòd existimârunt, Influentiam, quæ provenit à Planeta, provenire à beneplacito ejus, propter opus illud quod faciunt coram eo; non reputantes, opera seu actiones illas vel nihil quicquam facere, vel naturaliter largiri qualitatem aliquam recipienti seu subiecto: quia potentia Virtutum superiorum est determinata, & operantur naturaliter, non ex arbitrio & voluntariè. Unde Oratio & reliquus cultus, qui illis exhibetur, prorsus est inutilis, quia non possunt mutare terminos sibi præscriptos & operationes suas: sed id fit à solo Deo, qui pro sua voluntate & mero beneplacito omnia agit, prout voluerit, sive subiectum sit aptum, sive non sit aptum & dispositum. Hinc dicit Propheta per Iudibrium quasi de illis; *Ne timeas ab illis, quia maleficere non possunt, neg, etiam benefacere penes ipsos est*, Jer. 10. 5. Et de Figuris seu Imaginibus; *Quid prodest sculpire, quod sculpsit factor ejus, aut conflatile, quod docet mendacium, quòd speret factor in figimento suo, ut faciat Idola muta: Væ dicenti ligno, Experciscere, & lapidi silenti, Excitare, Habac. 2. 18. 19. & aliis in locis.**

DISSER-

DISSERTATIO OCTAVA.

*De*LIBRORUM BIBLICORUM
DIVISIONE IN LEGEM, PROPHE-
TAS & HAGIOGRAPHA.

Ex Præfat. Comment. in JOSUAM.



UÆRITUR;

Quare Veteres Libros Sacros diviserint in Legem, Prophetas, & Hagiographa, & quæ sit harum trium appellationum ratio?

Videtur mihi, Libris istis hæc Nomina indita esse propter unam ex tribus sequentibus rationibus; *Vel* propter suam Quidditatem & Materiam, sicut Prima pars vocatur *תורה* Lex, ratione quidditatis suæ, quia est *Doctrina docens nos viam in qua incedere debeamus*, omnia præcepta complectens: *Vel* propter Causam Efficientem illorum: sicut pars Secunda vocatur נביאים Prophetæ; quia Prophetæ Domini illos libros composuerunt: *Vel* ratione Formæ, h. e. modi tradendi, an sc. libri illi traditi sint per os, aut scripti in libro, sicut pars Tertia hoc respectu vocatur כתובים Scripta, Hagiographæ.

Si dicamus, omnes Libros Sacros vocari Legem, Prophetas, & Hagiographa, ratione considerationis prima; obstat, i quod pars secunda vocatur, Prophetæ; potius enim dicenda fuisset, Prophetæ, aut Prædictio futurorum, quod esset Nomen ipsis conveniens, secundum Quidditatem illorum: 2. quod libri partis Tertiæ vocantur כתובים עתנפאות Hagiographæ. Appellari debuissent potius, *Spiritus Sanctus*, aut, *Verba Sanctitatis*, quæ essent nomina convenientia quidditati illorum.

Si dicamus, illos sua nomina obtinuisse respectu considerationis secundæ, quod adscribantur Authoribus suis, iterum queritur; 1. Quare prima pars vocetur *תורה*? Dicenda potius fuisset נזחנת זונה Legislator, aut, אדון הנביאים Dominus Prophetarum, aut, *Lex Mosis*: 2. Quare vocentur Libri partis, tertiae,

tertiæ, קהgiographæ? Dicendi potius fuissent; Loquentes per Spiritum Sanctum, quæ sunt Nomina Causam efficientem indicantia.

Si ad tertiam Considerationem inclinemus, & dicamus, illos hæc nomina habere ratione modi & forma dationis ipsorum; dubium est, Quare prima pars vocetur Lex, & libri partis secunda, Prophetæ? Nomina ipsorum sic petenda fuissent à Modo dationis illorū, h.e. כתובים Scripta; eò quod comprehendant res per Scripturam datas, & non per os, juxta illud vulgatum Sapientum nostrorum; Verba tradita Scripto, non licet Tibi proferre Ore. Et in genere dico tibi, quod nomine Prophetarum comprehendatur quandoq; etiam Lex una cum libris Prophetarum, & sic Lex eodem nomine appellanda fuisset; vel omnes libri Sacri vocandi fuissent כתובים Scripture; quia omnes Scripti sunt. Quare itaque pars prima vocatur nomine peculiari, quod non competit reliquis duabus partibus posterioribus; & pars secunda nomine, quo discernitur à parte tertia, sed convenit cum parte prima; & pars tertia nomine communi, in quo omnes tres partes, omnesque libri Sacri convenient?

De hac re neminem vidi ex Sapientibus nostris aliquid dicentem, præter Ephodeum, in Præfatione libri sui Grammatici. Dicit illic; quod propterea, quia systema librorum sacrorum equatur in suis proprietatibus Domui Sanctuarii, & Mundi in genere, idè dividatur in tres partes, sicuti divisum fuit Sanctuarium. In eo enim fuisse primò, Sanctum Sanctorum, in quo erant Arca, & in hac Tabula & Liber Legis, Cherubinis alas suas super eam expandentibus: & hoc fuisse signum Mundi Intelligentiarum, Dei sc. Benedicti, & Angelorum Sanctorum. Illis respondere Librum Legis Divinæ, Divinitus inspiratum Moysi à Deo Benediclo ipso: secundo fuisse in sanctuario Templum Sanctum, quod fuit locus Mensæ, Candelabri, & Altaris aurei. Hoc typum fuisse Mundi Spherarum seu Orbium caelestium & corporum illorum purorum: Illis respondere Libros Prophetarum: quamvis enim sint à Deo, tamen Prophetias illorum fuisse mediante Intellectu agente, influentiam accipiente à Motribus caelorum, sicut R. Moses ben Majemon scripsit: tertiam partem Sanctuarii, fuisse Atrium, in quo fuit Altare holocausti, Labrum & Scapi ejus: hoc fuisse Typum Mundi hujus inferioris, mundi inquam generabilis & corruptibilis: & illis respondere partem tertiam librorum Sacrorum, Hagiographæ sc. dicta per Spiritum Sanctum: quia gradus Spiritus Sancti inferior est gradu Prophetæ. Ita tres istas partes gradibus respondere tribus illis partibus Sanctuarii, neq; convenire ut mutetur ordo illorum. Haec tenus Ephodeus.

Hæc Sapientis hujus verba quamvis sint eximia, non tamen solvunt dubia à me proposita, neque dant causam, quare Sapientes nostri ordinant nomina partium Scripturæ Sacræ hoc ordine, Lex, Prophetæ, Hagiographæ, quæ est insignis quæstio.

Mihi ergo videtur, Sapientes nostros voluisse Nominibus istis monere de Perfectione singularum harum partium, & Gradu supremo, quo unaquæque alteram superat.

Quod *Primam partem* vocarunt *תורה Legem*, eo voluerunt discernere & separare Librum Legis Dei à reliquis libris Sacris, Dignitate gradus, quo superat gradum illorum ratione Influentiæ. Et quia non discernitur ab illis quoad rerum præteriorum enarrationem (multi enim alii Prophetæ præter Mosen enarrarunt & indicarunt res præteritas: quia etiam non discernitur ab illis quoad indicationem rerum futurorum (cæteri enim Prophetæ quoque futura prænuntiârunt); ideo Differentia propria & peculiaris Legis, ejusque præstantiæ, consistit in Præceptis, quæ data sunt per Mosen Doctorem nostrum: quia nullum præceptum datum est per manum Prophetæ alterius. Ideò propter differentiam hanc peculiarem, & ejus præstantiam, vocatur hic Liber, in quo Præcepta Divina continentur, *Lex*. Hoc enim respectu discernitur, & præstantior est reliquis Sacris libris omnibus.

Secundæ partis Libri vocantur *Prophetæ*, non ut hoc nomine discernantur à libro Legis: nam jam discreti sunt ab illa, dum ea vocatur *תורה Lex*: Sed vocarunt eos ita, ad designandam illorum præstantiam: tūm ad discernendum eos ab Hagiographis; tūm etiam ad monendum, quod librorum illorum Authores fuerint *Prophetæ*; authores Hagiographorum non fuerint *Prophetæ*, sed *Loquentes per Spiritum Sanctum*, unde & illorum Libri non vocantur *Prophetie*. Nam quamvis in libris Chronicorum occurrent etiam *Prophetie*, quas *Prophetæ* prophetârunt; quia tamen author illorum non fuit *Propheta*, non numeratur liber ille inter *Prophetas*. Ergo hos vocarunt *Prophetas*, ad denotandam hanc illorum præcellentiam, quod Scriptores illorum *Prophetæ* fuerint. Et R. Moses ben Majemon scripsit in libro *Moreh*, quod *Moses non vocetur Propheta absolutè, neq[ue] comprehendatur cum reliquis Prophetis, eodem nomine & definitione, propter differentiam maximam qua est inter eos*. Itaque nomen hoc *Prophetarum* docet de præstantia librorum illorum, & discernit eos ab Hagiographis. Dicere etiam possumus, libros illos non vocari *Prophetias*, quod magna pars illorum contineat Historias rerum quæ acciderunt illis temporibus, in libris putâ Josuæ, Judicum, Samuelis, Regum: ex parte etiam in Jesaja, Jeremia, & Ezechiele. Quia itaque hæc non sunt Annuntiatio rei futuræ, non vocantur *Prophetie*, quod est nomen proprium Prædictionis futurorum. Hoc ergo invenerunt ad indicandam hanc præstantiam illorum, quod authores illorum *Prophetæ* fuerint.

Tertiæ partis Libros, eorum sc, qui loquuti sunt per Spiritum Sanctum,
vocâ-

וְתּוֹבִים *Scripta, Hagiographa;* non ad discernendum eos à Libro Legis, quia ab eâ jam discreti sunt per nomen illius ; non etiam ad discernendos eos à Prophetis, quia ab illis jam discreti fuerunt ratione Efficientis, quo respectu dicti sunt נְבָאִים *Propheta;* sed vocarunt eos sic à Gradu, quem habuerunt ratione Influentie Divina in illis ; hoc est, quia gradus Scriptorum illorum non fuit, quod viderint formas Propheticas, nec quod audiverint verba Dei vivi; sed quod fuerint in gradu Spiritus Sancti, qui, ut R. Moses scribit in More, par. 2. cap. 45. fuit Res Divina, comitata virum illum, quem excitavit, & instruxit ad Loquendum aut ad scribendum verba Canticorum, vel Gratiarum actionum, aut verba Sapientiae, modo admirabili. Hinc scribit ibidem R. Moses, Ideò vocatos esse hos libros כְּתּוֹבִים, quod scripti fuerint per Spiritum Sanctum. Itaque nomen hoc non hoc indicat, vel hoc innuit, quod Scriptæ sint res illæ in libro, non verò ore traditæ, sed quod scripti sint per Spiritum Sanctum, & in gradu illo ; & quod Spiritus Dei non fuerit cum ipsis, praterquam in Scriptione illorum in eâ Lingua, & illâ Sapientia, non in re alia: quod deniq; hac dignitas & præstantia illorum Summa sit. Ideò vocati fuerunt כְּתּוֹבִים. Nam, ut dixi, Nomina illorum docuerunt de perfectione illorum summâ. Et sic solutæ sunt quæstiones istæ omnes juxta mentem Sapientum nostrorum, benedictæ memoriae : & simul explicata est intentio illorum in hac Divisione, fundatâ in Gradu & Præstantia librorum illorum ; ostensumque, Legem vocari תּוֹרָה, propter præcellentiam ejus, quæ consistit in Præceptis, & non in re alia.

F I N I S.



SUMMA PRIVILEGII

S. Romani Imperii VICARI.



AROLI LUDOVICI, Dei gratiâ, Comitis Palatini Rheni, S. R. I. Architheatrarii & Electoris, ejusdemque in partibus Rheni, Sueviæ, & Juris Franconici, Provisoris & Vicarii, Ducis Bavariae, Privilegio cautum est, ne quis ea, seu Propria, seu Paterna Opera, quæ JOHANNES BUXTORFII Filius, S. Theologiæ & Linguæ Hebrææ in Academia Basileensi Professor, suis Sumptibus, vel de novo editurus, vel suo studio & labore recensita, locupletata, aucta, notis illustrata, vel quacunque ratione emendata, recusurus est; ullo modo, sive collectim, sive divisim, intra spaciun viginti annorum, à prima editionis die cujusque Operis computandorum, in S. Rom. Imp. imitari, interpolare, transformare vel recudere, aut alii recudenda dare, vel etiam alibi impressa vendere, distrahere, clâm palam, citra prædicti JOHANNIS BUXTORFII, vel Hæredum ipsius, & jus vel causam ab eo habentium, voluntatem & consensum specialem, præsumat, sub pena amissionis Librorum illorum, & mulcta Decem marcarum auri, partim fisco Imperiali, fraudis vindici, partim dicto Impetranti, pendendâ; prout latius in Originali habetur, Dato Heidelbergæ, 12. die Novembris, Anno 1657.

UNED

UNED